



# F. Armandi de Bellovisu Sa-
cri ordinis predicatorum: et Theologie professoris eximij:
Sermones plane diuini assumptis ex solo Psalterio Daui-
dico thematis: per totum fere anni circulũ declamabiles: ac
omnium quos hactenus videre contigit: exemplorum preser-
tim naturalium applicatione facetorum: sed castorum prouer
biorum salibus: ⁊ mirifica vbiqꝫ eruditione refertissimi: pre-
misso vt suo quiqꝫ tempore facile reperiri possint ⁊ collatio-
num ⁊ foliorum indice.







15



¶Grauissimo patri ac inclite prouincie francie ordinis predicatorum prouin-
ciali meritissimo: necnon illustrissimarum dominarum de Borbonio confesso-
ri dignissimo magistro petro Martini: Frater Joannes de vero sacre theologie
baccalaurius formatus cum felicitate. Salutem.

Quoniam sanis & rectis litteris non vir tantum factus / sed a lanugi-
ne & cunabulis vigilantissime pastor ac preceptor a me semper semp
obseruande applauseras: Cogitaui te non cum diuitiis / opibus / ga-
zis / et suppetiis (vt persarum mos est:) sed nouo munerum genere. i.
hoc libello salutare decreueram: sed quod omnem omnium doctri-
nam calcetenus perlegeris repente mihi persuasi / vt pote qui nunquam a lucubra-
tionibus / vigiliis / sudoribus continuis ac indefessis studiis abstinueris / defece-
rat profecto scribendi propositum nisi satis importune (oportune tamen) armā-
dus hic de bello visu sese manibus meis iniecisset / obliteratus / incognitus ni-
mis / situ tantum & puluere obtectus / tinearū: & eruginum epulum: dolui quod tan-
tis temporibus diuina hec & celestis, semimortua disciplina latuisset: & depres-
sam erexi: erectamque tibi pater deuoueo / vt tua et auctoritate armata & maie-
state / securius in lucem vulgique conspectum prodeat. De laudibus autem au-
ctoris in presentiarū semiplena verba facturus / nō demosthenis petulantiam
de corona / non ciceronis colores pro milone non obscurum quintiliani artificiū
mutuabor: quippe cum res sponte formosissima fucos non postulet / neque persua-
sione sit opus vbi satis persuasum. Si materiam requiras. tractat non de ma-
tre andromaches / seu de niobes filiis: non de lana (vt aiunt) caprina contendit
et quod canem momorderat asellus: sed de diuinarum rerum rationibus / sa-
pientia / salute / virtutibusque & vitiis disputat / ita absolutus / ad vnguem poli-
tus / ac si prodiret ex ouo: Ita formatus / mundus / tersus / concinnus / vt ni-
hil insulsum / inornatum incultum: incongruum: insipidum: imbelle: nec quid
omnino in eo extat quod modum ipsum: ipsam decori lineam excedat. Oratio
nō manufacta non bracteata: non torta: sed suo ingenio erecta: candida: qua-
drata non ieiuna: non ingrata / dulciter grauis / grauiter amabilis / verba pro-
fecto dicam etiam melius flammea: aculeata: ad imū penetrantia hominem to-
tum potestate mirabili transformantia: que non mouēt modo: sed & vim infe-
runt: cogūt: agitāt: quorum collocatio ita apta vt nec coherere melius / nec fluere
rotundius nec cadere nūerosius vllomō possint. Cuius voces singule sole sunt vel
spo'cunis oracula: vt puta in scribendis virtutū titulis copiosissimus: in scrutan
scripturarū secretis diligentissimus / in inquirēdis vere philosophie thesau
solertissimus: in fugandis scelerum agminibus seuerissimus. Quod si singu-
descendant timeo / ne tale mihi quoddā eueniat quale de lernea hydra
antur poete vt pro vno resecto capite ampliora septem succrescant: & pro
o oculo / plures subnascantur pro recissa dextra robustiores multe suppu
t. Elucescat ergo hoc tam insigne opusculum: sanctoque tuo nomini dice-
quo certe quodā quasi munimine fretum: villicantium inuidieque latran-
morsus floccifaciat: habeatque fulcimē ceteras liuoris labes propugnaturū
d / faciesque si tibi tuisque consulueris. Vale et me ama.

¶ Reuerendo in chꝛisto patri ꝛ dn̄o dn̄o. R. diuina proui-
dentia tituli sancti Eusebij pꝛesbytero cardinali frater Ar-
mandus de bello visu: de oꝛdine pꝛedicatoꝛum vestre reuerē-
tie minimus seruitoꝛum cum humili recōmendatione pꝛom-
ptum in omnibus famulatum.



D deum laudandū in dauidico decachoꝛdo psalterio ꝛ in psalmis
suaui modulamine iubilandū: nō solū sacrosctē ꝓuocat mandatum
eccl'ie / verūetiā scripture diuine in eisdē psalmis cōtenta auctoꝛitas
mentes excitat deuotoꝝ: q̄. ps̄. lxxx. ita canit. Exultate deo adiutoꝛi
nr̄o: iubilate deo iacob. Sumite psal. ꝛ date tympanū: psalteriū io-
cundū cū cythara. Huius aūt ratio ꝑ glosam oꝛdinariā in ꝓemio sup̱ psalm̄.
multiplex assignat̄. ¶ Pꝛia qꝛ in psalmis ꝛ in psalterio cōtinet̄ ↄsūmatio et
ꝑfectio toti⁹ theologice facultatis: qm̄ octo beatoꝝ p̄mia: repꝛoboꝝ supplicia
rudimenta incipientiū: ꝓfectus pꝛocedentiū: vita actiuoꝝ: cōtemplatiuoꝝ spe
culatio: q̇d culpa auferat: quid pn̄ia restituat: qūo miserere mei deus peniten
tes dicāt: qūo inter innocētes innocēs man⁹ lauans / altaria dn̄i virtutū intro-
eat / armonica resonantia edocet̄: vn̄. ps̄. xciiij. sic ait. Uenite exultem⁹ dn̄o: iu-
bilemus deo salutari nr̄o: p̄occupemus faciē eius in confessione ꝛ in psal. iu. ei.
¶ Scd̄a ratio est / qꝛ oēs scripturas pꝛopheticas scriptura. ps̄. sua claritate pre
cellit. Aliqn̄ nāqꝫ ꝓphete q̇ de xp̄i diuitate vel hūanitate ab vtriusqꝫ mysterijs
altisonis ꝓphetauerūt ꝑ ymagies ꝛ enigmata verboꝝqꝫ tegumēta ꝑsonāt q̄ ꝓ
fant̄: dauid aūt a spū ꝓphetico de post fetantes accept⁹ ꝛ fact⁹ eximius ꝓphe
taꝝ sic luculēter texuit telā suā vt magis euangelizare q̄ ꝓphetare cernat̄: vt
sit scribe calami⁹ velociter scribētis. Ob h̄ xp̄m in psalterio sic descriptū a ↄcinē
te psalterio psalteriū appellauit. Cū patrē ad filiū loquentē aperit ꝛ reuocan
tē eū ab inferis ꝛ sepulchꝛo ad resurrectionis gl'iam. ps̄. lvj. tanq̄ leonē rugitu
excitantē catulū itroducit. Exurge gl'ia mea exurge psalteriū ꝛ cythara: exurgā
diluculo. Un̄ cū psal. xviij. dixisset. Audite h̄ oēs gētes ꝛc. Inclinabo i ꝑabolā
aurē meā: stati adiūxit in psalt'io ꝓpōnē meā. ¶ Tertia rō est / qꝛ in scriptura
psalmoꝝ decē p̄ceptoꝝ impletio edocet̄ nō solū in gn̄ali vt ibi: declina a malo
ꝛ fac bonū. verū et̄ in sp̄ali ad doctrine sufficientiā enucleat singl'a documenta
ob hoc liber psalmoꝝ a psalterio istrumēto musico q̄d nabulū hebꝛaice: grece
psalteriū dr̄: psalterij nomē soꝛtitur: qꝛ sicut illud instr̄m est decachoꝛdū: ita li-
ber iste docet obseruationē decē mandatoꝝ dei: quoꝝ q̄dlibet btūs Aug. in ser-
mone de decē choꝛdis cōpat vni choꝛde Et sicut illud instr̄m a ꝑte supioꝛi ta-
ctu debito redit vnde psalteriū dicitur a psallin grece q̄d est tangere latine: ita
scriptura psalmoꝝ docet bn̄ operari nō ꝓ terrenis inferioꝛibus sed ꝓ celestib⁹
que sunt sursum. Ideo cū. psal. ps̄. lxxxix. laudis iubilationem ꝛ bonā opatio-
nē preconio debito extulisset di. Bonū est cōfiteri dn̄o ꝛ psallere no i tuo altissi-
me: consequenter impletionē decē preceptoꝝ intulit. di. In decachoꝛdo psalte-
rio cum cantico in cythara. ¶ Quarta vero ratio esse p̄ot / quia vt philosophi
naturales aiunt. In sono musico est virtus mentis reparatiua ꝛ passionū in-
surgentiū sedatiua. vnde narrat Boetius: in pꝛincipio musice quod cū quidaꝫ
adolescens pꝛopter ebꝛietatem in amentiam esset versus intantū q̄ nec ab ami
cis nec parētibus posset a furiosis actibus cohiberi: pythagoꝛas pꝛesene de no
cte cursum stellarum considerans aduertit ibi tibicinem qui canebat modum

phrygium qui modus a modernis cantoribus b.molle dicitur ⁊ precepit mu
tari modum et succinere spondeum qui modus est grauis ⁊ asper ⁊ designat
apud nos per.b.quadratum ⁊ statim sedata est passio adolescentis ⁊ perfecte
ad mentem rediit ordinatam. Ita etiam legimus primi Reg.xvii.ꝙ quando=
cunq̧ spiritus domini malus arripiebat saul Dauid percutiebat citharaꝫ ma
nu sua:⁊ refocillabat saul:⁊ leuius habebat sicut ꝫ a psalterio musico ꝓcedit
sonus mentis reparatiuus/et passionum sedatiuus/ Ita a doctrina psalmoꝝ
procedit sonus mentis reparatiuus in deum,⁊ passionum sedatiuus q̄tum ad
seipsum. Unde Psal.trigesimosecundo. Exultate iusti in domino: rectos decet
collaudatio. Confitemini domino in cythara:in psalterio decem chordarum
psallite illi. Ex his omnibus colligitur/ꝙ scriptura dauidica ceteris ꝓphetis
perfectior edocet quid agenduꝫ quid omittendum/quid diligendum/quid cor
rigendum/quid fugiendum/quid recognoscendum. vnde q̄uis Moyses ⁊ mul
ti prophete ante Dauid in laudem dei sua ediderunt cantica: Dauid tamen su
per laudes aliorum hoc adiecisse videtur in signum preeminentie sue laudis/
quod per modulationes instrumentorum musicorū precipue decachordi psal
terii sua cantica/ob memoriam decalogi legis voluit decantari. quapropter
cum Psalm.lxx.dixisset. Ego autem adiiciam super omnem laudem tuam. Cō
sequenter in eodem quid adiecerit aperit dicens/ego confitebor tibi in vasis.
Psalm. hec est sane ratio quare sacrosancta mater ecclesia in vsum laudis di=
uine quotidianum per septem horas canonicas:scripturam dauidicam attin=
gentem sublimia/penetrantē infima/⁊ extrema quecunq̧ circulariter concludē
tem/scripturis ceteris preassumpsit septies in die laudem dixi tibi. Concinnēs
cum eadem quod videtur primi Reg.decimo in prophetis deum laudantibus
figuratum cum Sauli per Samuelem predictum est:obuium habebis gregem
prophetarum descendentium de excelso ⁊ ante eos psalterium propterea hic
propheta singulari preconio de suis carminibus attollitur per scripturam /vt
a psalmis editis non solum psaltes vocatus sit verum psaltem egregium scri=
ptura.ii. Regū. vigesimotertio ipsum intitulet ita dicens dixit. Uir cui cōstitu
tum est de christo dei iacob:egregius psaltes israel. vere egregius qui non so=
lum coram hominibus. Uerumetiam coram angelis fuit dignus psallere deo
celi. Unde Psalm.cxlviii.sic testatur. In conspectu angelorum psallam tibi. Ue
re egregius:qui non solum in iudaico/verum etiam in gentili populo. vt vtrū
q̧ parietem connecteret ecclesie regis magni et ciuitatis grandis de qua loqui
tur glosa vniens viuas petras in christo angulari ⁊ summo lapide/laudes per
sonat deo suo. vnde Psal.lvi. Ita promit confitebor tibi in populis domine/⁊
psalmum dicam tibi in gentibus. Uere egregius/qui non solum temporaliter
sed in euum creatori suo cupit q̄diu fuerit iubilare. Psalm. cxlvi. ita loquens.
Lauda anima mea dominum:laudabo dominum in vita mea : psallam deo
meo q̄diu fuero. Uere egregius/qui non solum suum nititur laudare redem=
ptorem. Uerum etiam omnem creaturam et omnem concludens spiritum in to.
tius cōsummationis sine intuitu excitat ad laudandum: Laudate eū (inquit)
in sono tube:laudate eum in psalterio ⁊ cythara. Laudate eū in cymbalis iubi
lationis:omnis spiritus laudet dominum. Ob horum igitur scriptorum ⁊ scri
pture preeminentiam singularem/ad tam suauia carmina vehementer affectꝰ
que dulcia degustata dulcius sitiuntur cū ad theologice facultatis lecture ara
trum me mittere manum oportuit:vt in ea ipse proficerem et auditoribus non
obessem/scripturam istam amplectendam pre ceteris elegi/quam velut paradi
sum ingrediens voluptatis/eam lignum vite non solum in medio. sed in psal=
morum occursu primario reperi continentem ⁊ secus decursus aquarum suo

suum fructum in tempore perducentem quinimmo tot cōsitam arborib⁹ quot psalmorum stipatam agminibus: qui sub quingenario triplici non sine altiori misterio concluduntur. Ad carpendos igit̄ fructus arboris pulcherrime plā te in principio inhians toto corde nisibus totis adij reptans pedibus ꝛ manibus que solis sunt peruia ibicibus in eadem. Inde fluuiorū profunda innaludus perscrutator deo semel loquente: duo hec audio / qꝛ ibi abyssus abyssuȝ inuocat / ꝛ vox dñica super aquas multas tonante deo dño maiestatis: sȝ in mari facta via / ꝛ in aquis multis reperta semita: laboriose per vndas inter dēsa frō dium per poma arborum lucidorumq̄ fructuum solis lunarium cursu pertrā siens giganteo forsan per illum fluuiū aque viue splendente lucide cristallinū quem a dei sede. Apoc. vlt. Aquilaris cernit intuitus procedere: ꝛ lignum vite in vtraq̄ parte fluminis continere sic a ligno in lignum remigans ꝛ diem solē nem constituens in condensis ad illam vsq̄ deo duce perueni que centesimade cimaseptima / lapidem preciosum continet ad radicem ab omnibus quideȝ reprobatum: a deo autem electum in caput anguli constitutum. Ex ore infantiū: ꝛ lactentium laude perfecta venientem in nomine dñi benedictum. Et qm̄ in cā ticorum canticis sponsa deuota venientis amore languida arborum istarum floribus fulciri desiderat: ꝛ ad cultores doctores clamitat / fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo: flores aliquos colligere: ꝛ ex floribus aliquid de fructibus excerpere: ꝛ de spicis honustis grana excutere: De botris cyperinis vinum exprimere: fauorum cellulis mella recipere: de saxo durissimo sugere oleata: ꝛ de psalmorum nectare potum conditum in cellavinaria propinare: non tanq̄ cultor ꝛ doctor precipuus: sed post tergum laboratorum inspector assiduus: vt petentibus darem: deuote postulantibus aperirem sedulius insudaui themata ad faciendas predicationes inde recipiens ꝛ in collationes sermonesq̄ tam ad clerum quam ad populū exponens moraliter iuxta talētuȝ ingenij modici a dño mihi datum. In his itaq̄ proceditur isto modo. Namq̄ in singulis in adeptationem thematis moraliter quedā premittunt̄ quib⁹ ad thema iuxta placitum applicatis: semper trimembris sequitur diuisio: ꝛ ī eadem tria membra principalia: ꝛ aliquando breuior / aliquando prolixior (petē te materia) prosequutio eorumdē: quorum vt sit facilior inuentio quesitorum principium cuiuslibet incipit Quantum ad primum / Quantum ad secundum vel Quantum ad tertium: s̄m qd̄ sunt in diuisionibus per prius ꝛ per posteri⁹ ordinata: premisso paragrapho maiusculo singulis. Sunt autem quedam collationes de tempore non pro singulis dñicis singulares sed generales pro aliquibus temporibus in quibus opportunius predicare contigerit: sunt ꝛ collationes de sanctis in generali ꝛ in singulari de multis cum alijs ordinatis pluribus ad materias generales que patent inferius in tabula describente. Poterit autem vestre reuerentie circunspecta dñatio in huiusmodi collationib⁹ admirari quod quedam sunt sicut in principio multum breues: alie vltra principium multum longe: ꝛ q̄ in principio in quibusdam thematibus vnica diuisio trina vero in pluribus ab altera reliqua interclusa: q̄ de quibusdam primis ꝛ secundis festis plures de multis vnica: de pluribus nulle: collatiōes in h̄ opusculo sunt inserte: quod ideo eo est quia in principio lecture morem tenens legē tium non tractatum ordinantium semel in hebdomada de occurrente festo dicebam ex p̄o. habito pre manibus ꝛ ex psalmis verbo appropriato ꝛ amplius pauca verba postea vero auditorium multa pertrahente instantia / qꝛ eodeȝ festo etiam vno die contigit pluries predicare: ꝛ que sunt vni vno tempore grata altero ꝛ alteri sepius sunt ingrata: ideo plures ꝛ vnam alia latius diuisiones ꝛ prosecutiones contexuit prolixius: vt grata possint recipi reliquis pretermis-

rs. Nõ aũt de olbus psalmis sumpsi dũ legerẽ: frequenter aliis actibus scholasticis occupatus: nec de estiualibus festis oib⁹: qr illo tpe nõ legebã. sed solũ de aliquib⁹ put aliqñ mihi videbant occurrentia themata concordare. scripsi nihilominus alibi de sanctis ꝛ de tpe non hinc assumptis thematib⁹ ſm ꝙ me cõtigit clero vel ppło pponere verbum dei q̃ tñ hic nõ inserui: qr hoc presens ppositum non poscebat. Frequẽter aũt in opusculo eadem collatio in tabula diuersis festis ascribit: qr idem thema ꝛ eadẽ prosecutio ppter vicinitatem ꝛ ppter colligantiã materie diuersis sunt festis ppria paucis additis vel subtractis. De festis omissis itaqꝫ vita ꝛ oportunitate comitibus perfecte intẽdo scribere vt per totum annum de singulis lector valeat aliquid inuenire. Jntm aũt vestre dñatiõi ꝛ paternitati precelse in nouitate vestre assumptiõis tã digne tã vtilis: tã grate ad celi cardines ad tm collegiũ: ad tm cetũ plãcetarũ celestiũ quos cuncta veneratur ecclesia: quibus ducibus ꝛ directoribus gubernat qui libet xpianus ois exercitus merito famulat. cupiens offerre aliquid nõ tamen cum paupcula ad mittendum in gazophilaciũ minuta possidens duo era: compellor cum petro dicere: Argentum ꝛ aurũ nõ est mecũ aut mihi: qđ autẽ habeo hoc tibi do. Jn hoc opusculo laboris mei forsan nõ inutilis fructũ de floribus sonũ de cantibus cythared: deuotus offero tanto patri vt vestra paternitas reuerenda: perfecta diuinarum peritia literarum que summũ tenet apicẽ in canonum notitia ꝛ quã ceterarũ vtpote humanaꝝ scientiarũ penetrans intelligentia nõ euadit q̃ a dextris ꝛ sinistris lucem habens intuentem: nouit recta respicere: obliqua despicere: iusta retinere: deuia corrigere praua dirigere: ꝛ bona reddere meliora: q̃ in dictis ꝛ scriptis per me dissona viderit a debita harmõia ꝛ non dulcem in mẽtib⁹ legentiũ de scripturarũ resonãtia facere melodiam tẽdi vel laxari: pulsari acrius vel plectro remitti suaui⁹ pcipiat musico dissonãti: parato humiliter suscipere disciplinã ꝛ vestre dñationis singularis iussib⁹ obedire. Ualeat incolumis tanta paternitas per tpa longiora sue sancte ecclesie ad vtilitatem fidelium ab altissimo consummata.

## ¶ Jncipit tabula collationum super Psalterium

### Collationes per totum aduentum.



### Per totam quadragesimam



### Jn ramispalmarum



### Feria quinta in cena domini

## De apostolis.



## Pro quolibet martyre.



## Pro quolibet confessore.



## Pro quolibet pontifice.



## De sancto Andrea.



## De beato Nicolao confessore.



## De conceptione beate Marie virginis.



## De beata Lucia virgine.



## De pluribus sanctis.



## De beato Thoma apostolo.



## In vigilia natalis domini.



## In festo natalis domini.



¶ Quere plures in festo annunciationis dominice: quia omnes ille possunt ad istud propositum applicari.

## In festo circuncisionis domini.

¶ Finis Tabule.

¶ Incipiunt collationes fratris Armandi de Bello visu ordinis predicatorum: quas fecit pro diuersis festiuitatibus sanctorũ et aliis per annum occurrentibus: ex thematibus super psalterio sumptis.

## ¶ De beato Andrea collatio prima.



Erit tanq̃ lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. In psalm.i. Differentia est inter arborem que naturaliter oritur et non transplantatur et illam que transplantatur: quia que non plantatur et est nata in terra sterili non fructificat ibi: sed que transplantatur de terra sterili ad fertilem illa plurimum fructum affert: sic dicũt ortolani experti. Et huius signum est ꝙ arbores steriles in desertis: redduntur fructuose transplantate in ortis. Status mundane vanitatis in quo homo nascitur est terra sterilis/ et sine aqua. In terra deserta et inuia et inaquosa. In hac terra homo nõ facit fructum meritoriũ: ideo ad hoc vt homo fructificet necesse est ipm transplantari in terrã status gratie q̃ est fertilis. terra nostra dabit fructũ suum. in Psal. Sed summopere cauendum est ne cum arbor transplantatur inter radices de peiori vel priori terra aliq̃d remaneat: sed totaliter excutiatur: alioquin vt prius sterilis remaneret nec posset fertilis terre attrahere humorem. Sic dimittens mundum et transplantatus in terram religionis: debet excutere omnẽ affectionem terreni vel parentele carnalis amoris: aliter non fructificabit (Puluerẽ pedum vestrorum excutite) Luc.ix. figura Genes.xij. Abrahã erat sine prole. dictumq̃ est ei a domino (Egredere de terra tua. i. de mundo sterili et de cognatiõe tua) quãtũ ad omnem affectionem (et veni in terram quã monstrauero tibi fertilem: faciamq̃ te crescere in gentem magnam.) Ecce fructus ibi habuit prolem: ita homo habet exiens mundũ: plantatus in religionis orto. Ad propositum beatus Andreas natus in terra sterili legis iudaice et status mundani non portabat fructus meritoriorum operũ. Et ideo Christus volens ab eo fructus colligere transplantauit eum in ortum religionis christiane/ multis gratiis irrigatũ et fructiferũ: omni mundana affectione a radicibus excusse volũtatis. Unde Mat.iiij. (Petrus et Andreas relictis retibus sequuti sunt xp̃m.) Habemus ergo ꝙ christus beatum Andream natũ in synagoga sterili ad ortũ christiane religionis vt fructus plurimos faceret tanq̃ lignum ibi sterile hic fertile transplantauit/ et hoc est. Erit tanq̃ lignũ qđ plantatum est secus decursus aquarum. Ubi commendatur a tribus scilicet.

| | | | |
|---|---|---|---|
| a vite sanctitate qua micuit | in sua | conuersatiõe angelica | tanq̃ lignũ |
| fidei firmitate qua ferbuit | | predicatiõe euãgelica | quod plan. |
| mortis acerbitate quã sustinuit | | passione beatifica | secus decur. |

Et hec tria conueniunt triplici nominis beati Andree interpretationi: quia.

| | | |
|---|---|---|
| interpretatur decorus | | sanctitatē cōuersationis angelice |
| interpretatur rīdens | qđ ptī | firmitatē pdicationis euāgelice |
| interpretatur vitalis | net ad | acerbitatem passionis beatifice. |

¶Quantū ad primū cōmēdaꝶ beatus Andreas a vite sanctitate qua micuit in sua cōuersatione angelica: ⁊ hec fuit virtuosior. Erit tanq̄ lignū. Nota sapiens artifex ad forte edificiū ⁊ solidū fabricandū nō eligit virgas fragiles ⁊ flexibiles sꝫ ligna firma ⁊ fortia que possint edificiū sustētare: Christꝰ nō elegit ꝓ suo edificio spūalis ecclesie sustētando ⁊ fundādo: virgas.i. homines flexibiles ad peccatū ⁊ cuilibet suggestioni aut tētationi cōsentientes: sed elegit hoīes fortes virtuosos impulsionibꝰ ⁊ tētationibꝰ resistētes: Apostolos. De quoꝝ numero precipuū lignū infrāgibile fuit beatus Andreas: de quo dicitur Esa.xl. Lignū imputribile elegit artifex sapiens: Christus: bene imputribile: q: in eo nō fuit nodus rancoris seu immunditie: tortuositas inuidie: putredo luxurie: nec vermis corrodens cōsciētie. Un̄ erat lignū vite in medio paradisi. Nota si vis: quare ipse ⁊ alij prelati debēt esse in medio paradisi.i. ecclesie militātis: sicut alibi dixi de medio: in sermone penthecostes vbi est ⁊ spiritum meum ponam in medio vestri. Hec de primo.

¶Quantū ad secundum dico: q̄ cōmēdatur beatus Andreas a fidei firmitate qua ferbuit in sua ꝑdicatione euāgelica: ⁊ hec fuit solidior: quod plantatum. Arbor sita ⁊ plātata intra viridariū citiꝰ habet fructū ⁊ florē q̄ sita in cāpestribus: quoniā frequētius irrigaꝶ: ⁊ magis a ventis ⁊ predātibus custodiꝶ. In cāpestribus autē fructus nō sequitur aut ante maturitatē faciliter asportaꝶ: sic in cāpestribus mundane vite aut nullus est fructus propter carentiā humoris deuotionis: aut propter tēpestates importunas: aut incursus demonū: ꝓbona proposita ante maturitatē opus tollentiū que auferunt fructus bone operationis: sed in orto religionis: propter humorē deuotionis/propter tuitionē a tentationibus: propter cautelā ab infestantibus demonibus afferūt fructus plurimos in eo plātati. Talis fuit beatus Andreas: ideo dicitur in Psal. Plātatus in domo dñi.i. in orto religionis ecclesie militantis. In atrijs domus dei nostri florebit: hoc est in atrijs ecclesie triūphantis. Hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū dico/ q̄ cōmendatur a mortis acerbitate quam sustinuit in sua passione beatifica: ⁊ hec fuit penalior: secus decursus aquarū. Per quas intelliguntur tribulationes martyrij.

¶Circa qđ nota: q̄ via aquarū sicut via nauis vel fluminū q̄uis sit multū penosa ⁊ laboriosa tn̄ nō est alia ita facilis ad perueniendū ad terminū nec ita magni lucri vel mercedis: ⁊ ideo mercatores nauem talē libenter ascēdunt: ⁊ potissime nauē velociter discurrentē. Spiritualiter loquēdo nō est via ita breuis ad paradisuꝫ sicut per aquas martyrij: que est valde penosa: ⁊ ideo penā nō timēs beatus Andreas nauē ascēdit velociter discurrentē.s. nauē crucis: per quam ad terminum paradisi peruenit. Unde clamabat de cruce. Dñe suscipe me pendentem in patibulo. In Psal. In mari via tua ⁊ semite tue in aquis multis. Johā. iiij. Qui biberit ex aqua hac fiet in eos fons aque salientis in vitam eternam. Ad quam ⁊c.

¶Collatio.ij. de natali dñi: vel de annūciatione. Ex Psal.ij.



Filius meus es tu. In Psal.ij. Tema cōueniēs ⁊ in annūciatione dñica ⁊ in natiuitate dñi: tn̄ q̄tum ad collationē presentē potest sic exponi. Aduocatus nō pōt melius .. nē bonū reportare de causa sicut bonū ius: bonā rationē: legē nō solū scriptā sed nature allegando. In figuram cuius legimus q̄ filie Salphaat obtinuerūt in causa cū Moyse de hereditate paterna: q: allegauerunt iustā rationē ⁊ legē naturalē. Unde di=

ctum est a dño iustã rẽ postulãt filie Salphaat: da eis hereditatẽ. Num. xxxvij. Uirgo bea est in celesti curia vt sit peccatorum aduocata. Uñ cantamus ei. Eya ergo aduocata nostra: vt ergo nobis obtineat hereditatẽ eternã a filio nõ põt aliquid melius allegare ꝙ legẽ nõ scriptã solũ: sed etiã nature. Pete mater mi neqꝫ fas est vt auertã faciẽ meam. Certe hec sunt verba veri Salomonis. i. Christi ad matrẽ: vt ergo ipse imploranti virgini hereditatẽ illã peccatoribus negare nõ possit Psalmista eius allegationẽ ⁊ legẽ naturalẽ quã ipsa ꝓponit hic interserit dicens. Filius meus es tu. Ubi de dilectione ⁊ lege naturali matris ad filiũ notantur tria. Nã ostẽditur ꝙ dilectio matris ad filiũ est lex nature.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1 | est | cõnaturalior | nãqꝫ ibi est | sine paternitate maternitas | filius |
| 2 | | ꝑmanentior. | | cum tẽporalitate eternitas | es |
| 3 | | singularior | | cũ hũanitate diuina ꝑsonalitas | tu |

¶ Quantũ ad primũ dico: ꝙ lex naturalis siue dilectio matris ad filiũ est cõnaturalior. Naꝫ qr ibi est sine paternitate maternitas. Ideo dr filius meus: nõ filius noster. Nota. Miles naturalius ⁊ intimius diligit castrũ quãdo habet vnum: ꝙ quãdo habet plura. Amor enim diuidit in plura: in vnũ adunat: ⁊ similiter intimius ⁊ naturalius diligit castrũ in quo nullũ habet parẽ ꝙ vbi habet aliũ cõdominium. Sic beata virgo Christuꝫ diligit naturalius omni alia creatura: qr alterius creature Christus est dñs nõ filius: beate marie virginis ⁊ dñs ⁊ filius. Ad hoc tñ põt esse duplex rõ: qr alie mulieres hñt aliquãdo nõ vnicũ filiũ: sꝫ plures filios in quos amor diuiditur matris. Sed beata virgo nõ habuit nisi vnicum in quo totus suus amor vnit. iij. Reg. j. Sicut mater vnicũ amat filiũ ita te diligebam. Secũdo. Quia alie mulieres ⁊ si aliquãdo habẽt vnicũ filiũ tñ nũqꝫ sole: qr semper habẽt cõparẽ. Unde nũqꝫ fuit sola maternitas sine paternitate: nisi in virgine benedicta: vnde nulla sic proprie põt dicere filius meus sed filius noster. In figurã huius Deut. xxj. Preceptũ fuit vt cũ filius adduceret cõtumax ad seniores nõ diceret filius meus: sed filius noster: vnde ibi sic dicit: dicent ad eos filius noster iste. Sed beata virgo sola dicere põt filius meus: ideo amor cõnaturalior: qr ibi sine paternitate sola maternitas. Mat. xvij. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cõplacui. Hec de primo.

¶ Quantũ ad secundũ dico: ꝙ lex naturalis siue dilectio virginalis ad filiũ est permanentior. Nã ibi est cũ tẽporalitate eternitas: ideo dicit es: hoc verbo substantiuo ⁊ permanentiã significãte sacra scriptura proprie vtit. Joh. j. In principio erat verbũ ⁊c. Et infra. Uerbũ caro factũ est. Hoc aũt ratione subsistẽtie et permanentie. Et nota ligare vel appodiare se regi fragili flexibili instabili: fatuum est: qr sm Grego. Qui labẽti innitit necesse est vt cũ labente labat: sed res fragilis ⁊ flexibilis rei permanẽti appodiata vel ligata securitatem habet. Spiritualiter nulla res tẽporalis habet firmitatẽ: durationẽ: aut stabilitatẽ: sꝫ omnia trãseunt in momento. In Psal. Trãsiui ⁊ ecce nõ erat. Unde de illis nõ potest dici ꝓprie ꝙ sint: ⁊ ideo nullus debet se ligare per amorẽ vel appodiare: id est cõfidere in tẽporalibus: qr qui eis innitit cũ eis labit: sicut figurat in Sansone qui innitebat fragilibus colũnis. Judic. xv. Sed filius dei quãtũcũqꝫ hũanitatem tẽporalẽ assumpserit: tñ ipse deus permanens semper ⁊ existẽs ipse permansit. Et ideo qui deo ligat se per amorẽ nõ oportet timere de casu: qr ego deus ⁊ nõ mutor. Malach. iij. Et hec est causa quare Phus. viij. Ethico. dicit: ꝙ amor delectabilis ⁊ vtilis nõ perseuerat: sed amor virtutis. Christo ergo ꝓprie cõuenit vt sit quãtũcũqꝫ humanitatẽ fragilẽ assumpsit: ⁊ ideo amor virginis ad filium est permanentior: qr ibi cũ tẽporalitate virginis: eternitas diuinitatis. In Psal. Tu aũt idem ipse es: ⁊ anni tui nõ deficient. Hec de secũdo.

¶ Quantum ad tertium dico: ꝙ amor virginis ad filiũ est singularior ibi nãqꝫ

est cum humanitate diuina personalitas. Tunc singularius dicit a matre dili-gi filius: qꝛ nõ solũ hereditatẽ susceptã bene disponit sed etiã est tãte virtutis ꝙ perditã restituit: sic fecit Christus: qꝛ nõ solũ hereditatẽ terrenã bene disposuit quod fecit ex parte humanitatis: sed etiã hereditatẽ celestẽ restituit: quod fecit ex parte diuinitatis que in supposito filij cũ humanitate assumpta est ſm psal. Operatus est salutẽ nostrã in medio terre: ideo dicit singulariter. Tu es qui re-stitues hereditatem meã mihi. Ad quam hereditatẽ ⁊c.

Collatio .iij. de beato Antonio Abba. ⁊ cõfesso. Ex psal. ij.



Cum exarserit in breui ira eius: beati oẽs q̃ cõfidũt in eo. In. ps. ij. Tã-ta est ergo diuina pietas ⁊ benignitas eius: vt omnibus nocumẽtis ⁊ cõtrarijs de salubribus remedijs voluerit prouidere: qđ patet multi-pliciter. Primo in operib⁹ nature. Quia enim aqua sulphurea nimis calida in fontibus vel nimis virtuosa lederet: prouidit statim deus ꝙ semper iuxta fontẽ sic feruidã de ꝓpinquo fons frigidus inuenitur. Iterũ qꝛ in pratis mõtuosis est helleboꝝ qđ est herba venenosa ⁊ mortifera comedẽtib⁹ ideo deus ꝓuidit de medicina: qꝛ semper gẽtiana virtuosa cõtra illud venenũ de ꝓ-ximo inuenitur ⁊ reperit. Iterũ qꝛ aque quorũdam fontiũ in collo carnosam de formitatem generant circa guttur: ideo deus prouidit: qꝛ semper in proximo est fons alius vt dicunt naturales ⁊ medici cuius aqua potata habet infirmitatẽ huius curare ⁊ sanare. Secũdo idem ostẽdendo ex verbis scripture. Nã legitur Nume. xi. ꝙ cũ filij israel peccassent cõtra deũ accensus ignis deuorabat popu-lum. Psal. hoc recitãs dixit ꝙ arsit ignis in synagoga eoꝝ flamma cõbussit pec-catores. Sed deus statim prouidit de remedio qꝛ dedit eis Moysem ꝓ intercess-sore: ⁊ statiꝫ eo orante cessauit. Nã dicit ibi ꝙ cũ clamasset popul⁹ ad Moysem orauit Moyses ad dominũ ⁊ absorptus est ignis. Ad propositũ per aquam sul-phuream ⁊ feruidã ⁊ fetentẽ per helleboꝝ venenosuꝫ per aquã scrophulã in gu-ture generantẽ: peccatũ originale vel actuale intelligo: sed per medicinas cõtra rias sacramentũ penitẽtie quo ad actuale: vel baptismũ quo ad originale: que sunt medicine cõtra predictas infirmitates ordinate. Infirmitas aũt gutturis ⁊ id est peccatũ originale propter peccatuꝫ gule contractũ: curatur per fontẽ sacri baptismatis: aqua calida fetentis luxurie remediatur aqua lachrymarũ ⁊ dolo ris ⁊ generat ex fonte cõtritionis venenũ hellebori cuiuscũꝙ peccati mortalis cu ratur per amaritudinẽ gentiane. i. asperitatẽ penitẽtie dolorosa scꝫ cõtritione: cõfessione: satisfactione. Sed inuenit alia terribilis ⁊ grauis mortalisꝙ infirmi tas. s. ignis beati Anthonij quo homines ardent ⁊ cõsumuntur: que infirmitas quãdoꝙ prouenit a natura vt queciꝙ alia. Quãdoꝙ ꝓuenit ex diuina sententia ⁊ iustitia homines aspere punitẽte. Nũquid ergo dñe deus ꝓuidebis hominib⁹ in hac infirmitate de remedio: peribunt homines igne isto ⁊ tu non misereberis: vtiꝙ non sicut igne accenso in populo deus dedit Moysen pro curatore et ex-tinctore illius ignis filijs israel combustis ⁊ eius meritis ⁊ orationibus extin-ctus fuit: ita ⁊ deus cum fuerit iratus misericordie recordabitur. Et ideo contra ignem sic comburentem prouidit nobis de medico curatore ⁊ extinctore. scilicet beato Anthonio: ⁊ ideo ignis ille vocat ignis beati Anthonij: non qꝛ ipsum in ferat sed quia deus precibus Anthonij ipsum extinguit: ideo si diuina ira: diui na sententia contra aliquem seuierit si illo igne vel infirmitate alia percussus fuerit confidat in beato Anthonio: ad ipsum recurrat: quia ipse in se confidentes liberat: hoc est cum exarserit in breui. Ubi inde tria notantur.

Cominatum iudicium } in breui ira eius.
Illatum supplicium } cum exarserit
Oblatum presidium. } beati oes q con.in eo.s.beato Antho.

¶Est autem sm ista:nostri
Continuatio iudicii } celeritate: in breui ira eius
Illatio supplicii } cu magna penalitate: cum exarserit
Oblatio presidii } securitate: beati oes q cofi.in eo.

Ergo aduertamus diligenter de
Cominato iudicio festinatius afflicturo } In breui ira eius
Illato supplicio acerbius afflic uro } Cum exarserit:
Oblato presidio felicius pfuturo. } beati oes q cofi.in eo.

¶Quantu ad pmu aduerte peccator et domini time sententiam:futuru dei iudicium no credas te posse euadere:no diu letabere qr in breui ira eius. No iuuētus:no fortitudo:no pulchritudo:no diuitie:no amici:no parentes rc. poterunt liberare te:nec differet:qr in breui ira eius. Mihi videt sic esse de hominibus sicut de nauigatibus:cotingit sepe hominibus nauigatibus qr eis per fluuiu rapidu descendentibus et prosperu ventu habetibus q obdormiunt in naui: et qr nauis multu inaduertēter descēdit subito ad portu et ad terrā venientes et ferientes ab ictu nauis excitatur: et tunc percipiut subito se cursum perfecisse et ad portum applicasse:ita est de nauigatibus in hoc mundo:vita nostra est aque decursus:aqua rapide defluēs ad mare.i.ad mortē.ii.Reg.xiiii.Omnes morimur:et quasi aque dilabimur super terrā que non reuertuntur. Per istā aquā currēdo ad mortem festinamus: et habent aliqui ventu ita prosperu mundanorum pspe ritatem diuitiarum:delitiarum:honorum:parentum:negociorum: messes:vindemias:mercationes. Veniunt itaqz prospere cuncta q obdormiunt: no sentiut motum:cursum ad mortem non perpendunt cum tamē continue nocte et die currant et ad mortem descendant:imo qd plus est qto habent ventum prosperiorem tanto magis festinant:quia diuitie et delitie citius mortem inducunt et subito dum non credunt per vnam infirmitatem imo per senectutem ad mortis portum venientes ad terram sepulchri impingentes:talem ictu recipiunt q tunc excitantur tunc primo cognoscunt se applicasse in portum:esse in morte: ad terram cimiterii et sepulchri venisse: et totum quod transiit nihil et breue eis videtur fuisse et vere et breue fuit. Ad hoc loquebat Job.x. Paucitas dierum meorum finietur:in breui:vadam ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine:terram miserie et tenebrarum vbi vmbra mortis rc. Nota q dicit terram mortis: sic est de via mortis sicut est de via ad aquas mortuas in prouincia. Qui eni vult ad aquas mortuas ire:ponit se in lacu in tunica stricta et intrat iurisditionem viguerii aquarum mortuarum: et breuiter aquas mortuas attingit. Ita spiritualiter homo intrans mundum ponit pedem in stricta tunica:in stricta vita:in stricta miseria et penam infantuli inde intrat.id est recedit versus mortem: postea post modicum intrat stagnu iuuētutis:latitudinē fluctuantis seculi:vbi diuersis vndis et fluctibus: diuersis vanitatibus agitatur: et cito redit in tunicam strictam senectutis in qua stringuntur omnes sensus: visus qui caligat: auditus qui surdescit rc. Et breuiter attingit homo aquas mortuas: locum mortis: hoc totum fit vna die: et certe minus est vita nostra: q vna dies: immo sm Psalmistam. Mille anni tanq dies hesterna que preterijt: tunc homo est in iurisditione viguerii mortis: id est domini dei: quia ipse dominus est custos partus et mortis. Domini dei exitus mortis. In Psal. Ideo dicit Job. Paucitas dierum meorum finietur breui: vadam ad terram opertam: mortis caligine. Sapientie quinto. Consummatus in breui expleat tempora multa. Ergo qr

vita brevis: potius mortis proximus/z peccatori deus cōminatur irat⁹ faciamus iuxta illud Eccl'.v. De propiciatu peccatorum: noli esse sine metu: neqꝫ adijcias peccatum super peccatum; ne dixeris. Miseratio domini magna: multitudinis peccatorum meorum miserebitur: mia enim z ira ab illo cito proximat z in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad dominum: z ne differas de die in diem: subito em̄ veniet ira illius z in tpe vindicte disperdet te Beatus antonius ita fecit/ipse em̄ sciens irā dei super peccatorē: z brevitatē vite nō tardavit cōverti. Sed iuvenis viginti annorum existens audiens illud legi Si vis pfectus esse: vende oīa: z da pauperib⁹. Ita fecit: z statim mare pnie intravit. Non vtiqꝫ navigans prope ripam: prope terram: sꝫ altum mare penitentie ascendens eremū. s. desertum. Et nota ꝙ volens ire hincvsqꝫ hierusalē ad terram promissionis/tarde veniret: si semper ripa ad ripam; prope terrā navigaret. Sed volens cito venire z applicare hierusalem: terrā dimittit/z altum mare petit: z sic cito via breviata hierusalē pervenit. Ita volens cito venire ad celestem hierusalem ad terram promissionis non debet navigare: negocia agere/vivere circa terrena: divitias/temporalia/z mundana: qꝛ licet hō possit aliquando attingere: tamen est difficile z multum retardant: immo multominus circa terrena lucra/indebite remigātibus: sicut vsurarijs: raptorib⁹/falsis mercatoribus/est possibile: qꝛ deus contra tales remiges irascitur z eos interficit z prosternit: Exemplum z figura. Exodi.xv. De egyptijs volentibus filios israel spoliare/qui non pervenerunt hierusalem: sed/submersi sunt in ira dei vnde ibi dicitur. Misisti iram tuam que devoravit eos/sicut stipulam. Abbac.iij. Nunquid in fluminibus iratus es domine: vel in mari indignatio tua? Utiqꝫ eo volens venire: debet altum mare petere/altam pniam z asperam: qꝛ illa est brevis via ad deū veniendi: z divinam iram fugiēdi: z terram promissionis habendi. psalm. Ut avertat iram eius: ne disperdat eos: z pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Ita fecit beatus Antonius altissimam eremum intrando primus post christum eremita: temporalia fugiendo divitias contemnendo. Narra de disco argenteo: z massa auri in eremo repertis: quo modo fugiendo reliquit. hec enim via recte ad deum dirigit: z dei iram a peccatoribus intrantib⁹ penitentiam mitigat z avertit: z peccata dimittit. In psalmo. Remisisti impietatem plebi tue: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignacionis tue. hec de primo.

¶ Quantum ad secundum ꝙ ſm naturales Iuniperus est arbor calide nature z si semel ardeat z inflammetur: in cineribus longis temporibus ignem servat Et etiam vt fertur ab aliquibus vltra annum. Unde merito ignis postea inflammatur. Et ideo dicitur iuniperus: quasi gignens pyr. i. ignem. Per iuniperum intelligo peccatorem/z potissime cōcupiscentia ardentem. sive cōcupiscentia avaritie: sive immunditie. Avaritie quidem: quia arbor illa spinosa est. Spine autem a christo divitie vocātur. Luce octavo Ratio est ſm Grego. quia spina se contractantem vulnerat/lacerat/z cruētat. Ita divitie suos amatores: vulnerant/z cruentant. dum acquiruntur cum labore/ custodiuntur cum timore dimittuntur cum dolore. versus. Dives divitias: non cōgregat absqꝫ labore. Non tenet absqꝫ metu: non deserit absqꝫ dolore. Nota ꝙ circa arbores spinosas pascuntur oves quandocunqꝫ autem prope arborem transit ovis: semper dimittit aliquid de lana. Sive enim ovis attonsa fuerit: sive cum vellere semper spine retinet aliquid de lana ovis et vellere. Sic spiritualiter oves simplices. i. pauperes: habent nasci/habent negociari operari/mercari/victum querere: iuxta iuniperū. i. divitē/avarū/ sed vere nihil cum faciēt: quin dimittant ibi de lana aliquid de suo: semper pauperes perdunt, semꝑ divites istas oves

deprimunt/etiam attonsas.i. depauperatas: vel mercedem retinendo vel malã pecuniam: vel tarde soluendo. Usuras in eo et rapinas committendo/ decipien do. Dic de paupere: qui soluendo diuiti: res emptas non habebat obolũ qui re stabat: et tandẽ oportuit soluere denariũ pro obolo: quia non habebat cãbiuz. Dilata etiam de illis qui monetã tondent ꝛc. ergo iste diues spinosus est iuni perus: sed vide: de iunipero non fit aliud nisi magnus ignis: prescindunt enim et ponuntur in ignẽ: ita diuites huiusmodi prescindunt morte/ et sicut spine ꝓij ciunt in ignẽ inferni. psal. Exarserũt sicut ignis in spinis. Homines etiã immun di iunipero cõparant/ q: fluit humor ab arbore faciliter inflãmabilis: sicut glas sum/ seu vernitiũ/ ita ab immundis humor immũditie quo ardent in hoc mũdo per culpã/ et in alio per gehennã/ sicut illi senes de quibus Danie. iij. ꝙ exarse runt in concupiscentiã susanne. Eccle. xiiij. Propter speciẽ mulieris multi perie runt/ et ex hac concupiscentia quasi ignis ardescit/ peccatores ergo tam isti ꝙ alij sunt iuniperus/ quia sicut ex cineribus remanentibus ex igne ignis conser uatur/ qui postea post longa tẽpora inflãmat/ ita ex igne concupiscẽtie i culpa remanente seruat ignis gehenne/ qui in morte postea inflãmat/ et in peccatores exardescit. In psal. Concalcauit cor meũ intra me/ et in meditatione mea exar descit ignis. Ab ista concupiscentia cauit sibi: et ab isto igne beatus Antonius vnde non fuit iuniperus/ nec in auaritia/ nec in immũditia. Dic quomodo dia bolo tentante de immunditia/ qui apparuit in forma domicelle/ se proiecit in ignem vt igne lignorũ fugaret ignẽ concupiscentie. Ad hoc videtur fuisse locut⁹ psal. Cum dixit ignis in conspectu eius exardescit/ et in circuitu eius tẽpestas valida. s. temptationes/ sed ipse aduocauit celũ desursum/ quia semper oratio nibus ad deũ recurrebat. Hec de secundo.

¶ Quantũ ad tertiũ. Nota ꝙ oblationẽ habent quandam suorũ sanctorũ qui habent apud regem talem aduocatũ cui propter suã probitatem ꝛ valorẽ suas petitiones expediendas promisit. Beatus antonius fecit plures probitates fre quẽtissime dyabolũ vincendo et fugando: propter quod deus ei promisit ꝙ euz in toto mundo faceret nominari. Nota conflictus et victoriã contra demones in sua legenda: facit aũt deus eum nominari quia eius petitiones expedit et ex audit et hoc in vita sua incepit. Unde legitur ꝙ estate feruidissima aquis defi cientibus sua oratione fontem aque frigide aperuit: quo sitim et estum aliorũ monachorum extinxit: figuram dans in hoc ꝙ deus orationem estuantib⁹ igne beati Antonij exaudiret et ad eius preces sanaret. Idcirco beati sunt qui confi dunt in eo. in psal. Beatum dixerunt populuz cui hec sunt: beatus populus cui⁹ dominus deus eius. Eternam nobis beatitudinẽ tribuat qui sine fine viuit et regnat. Amen.

¶ Collatio quarta de festo conceptionis seu sanctificatiõis bea te marie: ex psalmo tertio.

Exsurrexi quia dñs suscepit me. in psal. iij. Domus quaz debet rex ha bitare non solũ debet purgari: sed ruina et casura domus reparari. fi gurat. ij. paralipo. xxiiij. vbi dicit qđ rẽplũ qđ de⁹ erat habitatur⁹ Joas rex purgauit qđ violauerat athalia et ruinosa repauit. vñ dr ibi opa bant industrieet obducebat pietuz cicatrix ꝛ suscitauerũt domũ dñi. Spiritualiter virgo beata fuit habitaculum filij dei in psal. Hec requies mea in seculum seculi hic habita. quoniã ele. eam. Debuit ergo prius purgari et qđ ruerat reparari: athalia enim eua per peccatũ violauerat corpis rẽplũ cuiuslibet nascentis per habitualẽ concupiscentiã et fecerat ruere animã cuiuslibet per pec cati originalis maculã quam et naturaliter virgo contraxit: et ideo necessariũ fuit ipsam purgari per regem Joas. i. dei filium regem olim et a ruina culpe orĩ

ginalis relevari: quod factum est immediate in primo instanti postq̄ concepta est: et hoc ipsa confitetur in verbis assumptis exsurrexi quia dominus suscepit me: vbi nota tria: ipsa namq̄ virgo beata fuit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| purgata ab originali | secretiori prodigio | | | exsurrexi |
| pseruata ab actuali | potētiori mysterio | quia | | dominus |
| prelata in eternali | et altiori solio | | | suscepit me. |

¶Quantū ad primum nota surgere non est nisi cadentis: et q2 ipsa in pctō orignaie verissime naturaliter cecidisset (ol privilegio secluso) sicut et ceteri: iō dicit exsurrexi. q2 hoc fuit necessariū. Nō est vinitores volentes habere vuas mundas et vinū defecatū ac mundū vites que ceciderūt ad terram erigunt/ vn̄ pro tē pore ne pulvis vel lutū terre vuas reddat immundas aut lutosas/ beata virgo cōparat se viti. Eccle. xxiiij. Ego quasi vitis fructificaui. Ad hoc ergo vt botrus ille preciosus dei filius a quo vinum sumimus in sacramento altaris exp̄ssum in torculari passionis nihil contraheret impuritatis necesse fuit pro tempore. i. statim in puncto conceptionis vitē. i. virginē erigi a peccato originali. in psal. Exurge gloria mea / exurge psalteriū r cythara exurgā diluculo. i. añ ortū. Job. 3 de peccato originali loquens. Expectet lucem. i. christum et non videat nec ortū surgentis aurore. s. virginis marie. Hec de primo.

¶Quantū ad secundū nota q̄diu tyriaca servat̄ in crystallo nō est timendū de veneno / quia tyriaca crystallū vel locū etiā vbi est preservat a veneno r ab alali venenoso. Sic cor quod habet tyriacā. i. diuinā gratiā nō op3 timere de criminali veneno. i. diabolo / nec illud quod habet eā oportet timere de pctō. Beata virgo non solū secū sed plenissime habuit tyriacā spiritualē / q2 in crystallo vteri virginalis gestauit diuinā personā r in anima plenissimā et abūdātissimā dei gratiā / ideo fuit ab omni peccato actuali preservata. Augustinus de virgine cū de peccatis agit̄ nullā3 volo prorsus habere questionem. ideo dixit ei angelus Aue gratia plena dominus tecum. Luce primo.

¶Quantū ad tertiū nota q̄ res q̄to est maioris levitatis et puritatis tanto in altiori loco suscipit̄ et situat̄ sicut patet de elementis respectu elementatorū et de igne respectu elementorū. Beata virgo s̄m Anselmū fuit tante puritatis q̄ sub deo nequit maior intelligi: et ideo debuit suscipi altiori solio et maiore sub deo. in psal. In voluntate tua deduxisti me: et cū gloria iterū suscepisti me/ r cū gloria iterum q̄tum ad corpus. Ad illam rc.

¶Collatio quinta de beata Lucia r quolibet sancto vel sancta p̄ quolibet mortuo ex psal. iiij.



In pace in idipsum dormiā et requiescā. ex psal. iiij. vulgare prouerbiū est tale. A chascum oysel son nyd est bel. Cuilibet aui placet nid⁹ p̄prius. i. locus. rō est / q2 locus sicut est principiū gn̄ationis ita r cōservationis q2 et quelibet res appetit conservari / appetit locū sibi cōuenientē / exemplū in natura / coruus nascit̄ in montibus et pascit̄ ex cadaueribus et colūba in petre foraminibus et pascit̄ ex seminibus / et ideo coruo placent mōtes et cadauera / columbe grana et petre foramina. Geñ. viij. Noe misit coruū et columbā de archa: coruus remansit cum cadaueribus: columba cum ramo virentis oliue cum non haberet vbi requiesceret pes eius ad archam reuersa est ad arche sc3 foramina et grana. Locus noster in quo origo nostra est per creationē et a quo egredimur est deus et ad quē boni reuerti desiderant / ab eo ergo r a sua sapiētia tanq̄ a Noe archa egredit̄ coru⁹. i. peccator r colūba. i. innocēs ala. Et i p̄posito pascasi⁹ r lucia. sed coru⁹. i. pascasi⁹ mā sit i cadaueribus. i. i carnalib⁹ delectatiōib⁹ / s3 btā lucia nō habēs i mūdo vbi requiesceret pes eius. i. amor ad archā. i. triūphātē ecclesiā p̄ martyriū cū ramo virētis oliue. i.

cũ corpe virentis virginalis mũdicie reuersa est/vbi sicut in loco ꝓprio delectaꝛ ꝛ requiescit vbi dicit i ꝟbis assumptis. In pace in idipsum/vbi notanꝛ tria.

| | | |
|---|---|---|
| ecce ꝗta | viget cõsummatiõis trãsquillitate<br>gaudet cõtẽplationis suauitate<br>pollet fruitionis securitate | In pace i idipꝫ dormiam et requiescam. |

¶ Quantũ ad pimũ nota ꝙ quiescẽs in re strepituosa et mobili nunꝗ reqescit vt in quadriga/sed quiescens in re immobili ꝛ sine strepitu/ille requiescit in pace/ꝗdiu sumus in mundo/sumus in strepitu et re mobili et in curru currenti velociter siue quadriga/ne dixerim vnica sed multiplici et quatuor rotis volubilibus/rotamur em̃ ꝛ mouemur continue curru tempoꝛis quatuor rotis estatis/hyemis/veris/et autumni. Itẽ mouemur curru corpoꝛis quatuor rotis cõplexionũ et humoꝛũ scꝫ sanguinis flegmatis/colere/et melancolie. Itẽ mouemur ꝛ rotamur quatuoꝛ rotis in curru corpoꝛis quatuoꝛ qualitatũ.s.calidi/frigidi/humidi/et sicci. Itẽ mouemur curru etatis in quatuor rotis.s.iuuentutis et senectutis infantie et adolescẽtie.et iste rote multiplices in quibus vehimur tm̃ strepitũ faciũt et motũ ꝙ alteraꝛ homo a iuuẽtute in senectutẽ/a sanitate in egritudinẽ/a pulchritudine in turpitudinẽ/a fortitudine in debilitatẽ/a pꝛosperitate in aduersitatẽ/a vita in moꝛtẽ.ideo nullus in hoc mũdo põt quiescere in pace/sed in deo est habitatio pacis/qꝛ ille immobilis manens dat cuncta moueri.vñ Augu. Inquietũ est coꝛ nostrũ dñe donec quiescat in te.beata Lucia hoc optime cognouit vnde noluit in hoc mundo facere lectũ suũ:sed cum xp̃o in pace in idipsum.in psal. Posuisti fines suos pacem/et iterũ in pace factus est locus eiꝰ et habitatio eius in syon. Et hec de pꝛimo.

¶ Quantũ ad secundũ nota ꝙ superfluitas in stomacho vel toꝛtiones in vtero summe impediunt doꝛmitionem:vnde supfluitas cibi non sinit hominẽ doꝛmire. Eccles.v.saturitas diuitis non sinit eam doꝛmire:nec toꝛtiões similiter. Per saturitatẽ intelligo superfluitatẽ peccatoꝛũ et reliquias in purgatoꝛio purgandas:per toꝛtiones intelligo peccata moꝛtalia in cõscientia:toꝛquẽtia animã in hoc mũdo nũc et postea in infeꝛno:vñ isti in moꝛte non doꝛmiũt sed vigilãt isti ad tẽpus isti in ꝑpetuũ. Sed beata lucia nõ habuit supfluitatẽ quia omnia dedit paupeꝛibus.nec toꝛtiones peccati moꝛtalis immo se permisit hic toꝛqueri in coꝛpoꝛe:vt posset post moꝛtem cum christo in anima doꝛmire. Matth.viij. Nõ est moꝛtua puella sed doꝛmit. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertiũ. Nota ꝙ aliter stat colũba in valle aliter in monte vel foramine. Nam in valle semper timet.nũc sagittã.nũc accipurẽ.nũc lapidẽ ꝛ ideo ea videns fugit:sed in monte vel foramine manet tuta. Sic ꝗdiu homo manet in hoc mundo non manet tutus ab incursu demonũ et tẽptationũ ingruentiũ: sed in monte paradisi. in foraminibus christi. ibi manet tutus. Ideo illuc hõ debet volare sicut fecit beata Lucia:pꝛimo deuotione/intentione/dilectione/ac pꝛo ħ tandẽ in reali inhabitatione. in psal. Quis dabit mihi pennas sicut colũbe et volabo et requiescã:ibi requiescit lucia requie eterna. in Apoc.xiiij. Amõ dicit iam spũs vt requiescãt a laboꝛibus suis. Ad quã requiẽ ꝑducat ꝛc.

¶ Collatio sexta de annunciatione dominica.ex psal.quinto.



Introibo in domum tuam.in psal.v. Aliter et alibi habitant homines tempoꝛe belli et guerre: alibi et aliter tempoꝛe pacis et treuge. Nam tpe belli habitant in exercitu in campestribus super faciem terre in tentoꝛijs et papilionibus. Sed tempoꝛe treuge habitant in ciuitatibus, villis / et domibus / figura secundi regum vndecimo. Tempoꝛe belli vrias noluit ire in domum suam Unde cũ dauid peteret: quare nõ descẽderit in domũ suã. Rñdit. Dñs meus Joab.ꝛ serui dñi mei sup faciẽ

terre manent ꝛ habitant in papilionibus: ꝛ ego ingrediar domũ meam ideo signũ guerre est hoíes nõ hītare in domib⁹. ꝛ signũ pacis est hītare in eis ꝛ introire. Ab Adã vsq̧ ad ꝟginẽ mariã durauit guerra inter deũ ꝛ hoíem: ꝛ iõ filius dei nũq̧ aliquã domũ humanam intrauit: sꝫ hītauit in tentorio eternitatis in papiliõib⁹ celestib⁹ Eccl. xxiiij. Ego in altissimis hītaui: sed qñ missus ē angel⁹ gabriel: facta est pax ꝛ treuga inter deũ ꝛ hoíez: vñ ꝗ habitat misertus est nr̃i: ꝛ verbũ caro factũ est in celis ꝛ habitauit in nobis. Joh. j. Ideo cãtant angeli. Glĩa in excelsis deo ꝛ in terra pax hoīb⁹ bone voluntatis. Luc. ij. signũ eñi est vere pacis qñ rex venit inermis ꝛ pedes ad domũ inimici ita fecit dei filius⁹ q̄ꝛ venit sine armis potẽtie solum habẽs secũ sceptrũ mie ꝛ venit in humanitate nostre fragilitatis nõ ostendens arma diuinitatis. Itẽ inter omnes domos humanas virgĩs marie virginalẽ aulã elegit in hītationẽ sibi: vnde pacem factã denunciat: ꝛ in signum pacis in ea se habitaturum prenunciauerat dicens. Introibo ꝛc̃. ibi no. hec tria.

Primo inclinaꝶ imensa sublimitas fraterno amore.<br>
Scđo sublimaꝶ hũilitas intẽsa materno honore<br>
Tertio donaꝶ ostensa vtilitas superno valore:<br>
— q̄ꝛ introibo i domũ tuam

¶ Quantuꝫ ad primũ no. ꝙ imensa sublimitas diuine bonitatis inclinari tñ voluit vt nostrũ genus introiret / ꝛ frater noster fieret. noluit eñi solũ esse amator diuinitate sed etiã fraternitate. Est aũt sciendũ ꝙ nõ põt fieri vt sint fres q̄ non cõicant eodẽ sanguine. vñ ad hoc ꝙ aliqui duo fratres dici possint opꝫ ꝙ sint vni⁹ ꝛ eiusdẽ sanguis: vel ex pte mr̃is: vel ex pte pr̃is vel vtriusq̧. fili⁹ dei ĩ diuinitate nihil nobiscũ habebat cõe: ꝛ iõ nõ erat frater: sꝫ creator ꝛ dñs: sꝫ voluit assumere carnẽ nostrã ꝛ sanguinẽ vt eiusdẽ sanguis existentes fratres essem⁹: qđ fecit introiens in sctã sanctoꝝ. i. ĩ vteꝝ ꝟgialẽ scm sctõꝝ cũ sanguie ipm s. assumẽdo. Et figurabat illa figurã quã recitat apl's ad Heb. Sũm⁹ eñi sacerdos. s. xp̃s semel introiuit in sctã sctõꝝ. i. vterũ virginalẽ cũ sanguine. ipꝫ assumens ꝑ nostroꝝ expiatione pctõꝝ: vñ ibi dicit. xp̃s assistẽs põtifex ꝛc̃. nõ ꝑ sanguinẽ hyrcoꝝ: aut vituloꝝ: q̄ꝛ tunc nõ fuisset de genere nostro: sed ꝑ ꝓpriũ sanguinẽ nostrũ humanũ. s. assumendo: introiuit semel in sancta sctõrum. s. virginem eterna redẽptionẽ inuenta: ibi eñi precursor ꝑ nobis introiuit Jesus ẞꝫ ordinẽ melchisedech Heb. vj. Melchisedech figꝫ xp̃m ꝗ sine pr̃e. s. in terris. ꝛ sine matre. s. in celis. qđ describit Heb. x. de hoc põt exponi illud Jo. iij. Põt hõ. s. filius dei in ventrẽ matris sue virginis iteraro introire: q̄ꝛ primo fuit ꝑ creationem iterato per cõceptionẽ ꝛ renasci: q̄ꝛ primo natus de patre eternaliter. vl' tn̄o mo de matre temporaliter: hec de primo.

¶ Quantũ ad scđm ꝙ xp̃s assumẽs carnẽ in domo ꝟgis hospitat⁹ immensam humilitatẽ: q̄ in ea fuit mirabiliter sublimauit. Ratio huius est. Potẽtes hui⁹ mundi non libenter hospitanꝶ in domo pauperum: q̄ꝛ ibi nõ pñt recipi: nec ibi inueniunt necessaria: nec vtensilia: nec supellectilia: sed in domo diuitũ vbi oīa necessaria inueniuꝶ libenter veniunt ꝛ domũ recipiunt. Sic consueuit obseruari in via gallica. princeps aũt bene receptus sicut rex vel papa consueuit retributionẽ dare hospiti vel aliquos redditus vel aliquid speciale locale: de hꝫ est figura Luc. xix. Cũ xp̃s voluit hospitari cũ aliquo: voluit ad domuꝫ publicani venire ad domũ cuiusdam principis vel diuitis: cui dixit zachee festinãs descende: q̄ꝛ hodie in domo tua opꝫ me manere: cũq̧ fuisset bñ receptus optie remunerauit eũ vnde subdiꝶ: ait illi Jesus: hodie salus huic domui facta est. Spiritualiter christus dei filius voluit hospitari nobiscum / veniens in hunc mundum: ꝛ similiter petens hospitium: ꝛ mittens angelum suum forarium angelum suum Gabrielem archangelum non inuenit domum sufficientẽ necessa

ria vtensilia ꝓ eo habentem: oēs eñ erant pauperes: depauperati in mercatio
ne pomi Ade ⁊ eue. vnde quilibet se excusabat ſm illud ps. pauper sum ego ⁊
in laboribus a iuuentute mea: finaliter tñ inuenit angelus vnam domuꝫ abū
dantem diuitijs: plenam oībus bonis ⁊ oī dono celestis gratie: q̄ spūsancto
abūdātissime repleta fuerat: ideo pro xp̄o domū illā significauit recepit dicēs
Aue gratia plena dñs tecū. Lu. j. De hac eñ domo dictū erat in ps. gloria ⁊ di
uitie in domo eius: ⁊ ideo finaliter xp̄s ibi hospitatus fuit: sed dedit ei iocale
mirabile fecūditatem cū virginitate: maternitatem cū virginitatis honore: be
neficium cum redditibus: annulum cum lapide: bursam cum auro: in quo nec
primam similem visa est: nec habere sequenteꝫ. Et ideo: hic fuit sublimata in-
censa humilitas cum materno honore: ⁊ ipsa facta est domus dei. Geñ. xxviij.
Non est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi: vñ peccatores debent ad eam eē
deuoti. Pōt in persona xp̄i ad eā dici illud verbū cantico. iij. apprehendam te/
⁊ ducam in domum matris mee: ⁊ cubiculū genitricis mee: ⁊ dabo tibi poculū
ex vino conditū. s. deuotionis quod est conditum ex speciebus diuinitatis ⁊ hu
manitatis: hec est domus domini de qua in psal. Beati qui habitant in domo
tua dñe. s. per confidentiam ⁊ deuotionē in secula seculorum laudabunt te/ ex-
pone ad placitum sicut vis ꝓsequi. hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium nota ꝙ q̄muis embrio in ventre matris organizetur et
disponatur ad vitam rationalem: non tñ viuit vita rationali donec rationalis
anima infundatur: sed vita plante vel vita animali: sed adueniente anima ra
tionali vita rationalis ei donatur. Sic in vtero ecclesie ⁊ sinagoge q̄ntumcūq̄
per figuras testamenti veteris disponeremur tñ vitam gratie non haberemus
sed solum animalem ⁊ nature: adueniente aūt forma vltima. s. xp̄o collata est
nobis vita gratie. vnde ſm illud Actu. nono. In ipso viuim⁹ mouemur ⁊ sum⁹
Deut. xxx. Diligas dominum deum tuum: ⁊ voci eius obedias ⁊ illi adhereas
ipse eñ est vita tua ⁊ longitudo tua ⁊ dierum tuorum. Est enim vita nostra in
presenti per gratiam: in futuro per gloriaꝫ. Ad Collo. tertio. Uita nostra abscō
dita est cum christo. Cū aūt xp̄s apparuerit vita vestra: tunc ⁊ vos apparebi-
tis cum xp̄o in gloria. Ad quam ⁊c̄.

¶ Collatio septima de beato Thoma apostolo.

Ex psalmo quinto.



Stabo tibi ⁊ videbo. In ps. v. Aliter est de seruitoribus continue se
quentibus curias/ ⁊ de scholaribus continue sequentibus scholas ⁊
magistrum: ⁊ aliter de non continue sequentibus. s. aliquādo rema
nentibus. Nam continue sequens seruitor dominum videt plura se
creta ⁊ plura ardua. Discipulus continue sequens magistruꝫ videt
plura puncta: ⁊ plura dubia. figura. vij. Mat. j. xp̄s qui dicit Joan. xiij. Uos vo
catis me magister ⁊ dñe: ⁊ bene dicitis. sum etenī. In monte thabor egit quedā
ardua ⁊ secreta: ⁊ legit lectionem in qua erant quedam difficilia dubia ⁊ pun
cta. Illi ergo qui semper se quebantur eum: petrus: Jacobus ⁊ Joannes: vide-
runt secreta: q̄ transfigurationē: ⁊ viderunt dubia ⁊ puncta difficilia: quia cor
poris glorificationem. Alij autem qui defuerunt nihil viderunt. Quinimmo
istis dictum est. Uidete: ne cui dixeritis visionem. Inter ceteros xp̄i seruitores/
⁊ discipulos. Thomas fuit vnus: semel autem in scholis xp̄s post resurrectio-
nem: vbi erant discipuli congregati legit vnam lectionem / ⁊ secreta ostendit:
lectionē dilectiōis. Pax vobis. Jo. xx. ⁊ secreta resurrectiōis palpate ⁊ videte: q̄
ego sum. Thomas non erat cum eis: remanserat enim illa die extra scholas: ⁊
ideo lectionem non audiuit: secreta non vidit: sed considerās ꝙ per exhibitio
nem seruitij in charitatem: ⁊ sollicitudinē studij in fide ista videre possit, pro

misit seruitium z studium continuum: vt videret dicens. Astabo tibi z videbo vbi tria facit. Nam aliquid.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| offert | 1 offert studiũ | cũ | ministerio continuati laboris | astabo |
| effert | 2 effert dñium | | magisterio sublimati honoris | tibi z |
| affert | 3 affert premiũ | | mysterio lucidati decoris | videbo |

¶ Quantum ad primum. Nota q illi domino z magistro debetur singulariter studiũ cum ministerio cõtinuati laboris qui est huius conditionis q oi assistẽti sibi in seruitio ipse assistit in periculo ipsum liberando z assistenti in studio assistit in dubio ipm instituendo: talis est xps/ non mund⁹. Nã xps seruitorib⁹ suis assistit in periculis ipsos liberando z eripiendo in psal. Cũ ipso sum in tribulatione eri. eũ z glorificabo eũ. Et iterum cũ inuocare exaudiuit me deus iustitie mee: in tribulatione dilatasti mihi. Itẽ assistit in dubijs instruẽdo in ps. Intellectum tibi dabo z instruã te. Et iterũ de⁹ docuit me a iuuentute mea sed mundus dimittit: z in periculis: z in dubijs nullũ prebens auxilium in psalm. Nõ es ei auxiliatus. Non sic xps cuius figura habeatur Actu. xij. Beatus Petrus qui erat xpi seruitor z discipulus fuit in periculo: qz in carcere z in dubio de via siue itinere: sed qz ipse assistebat xpo z xps astitit ei. vñ ibi dicit. Astitit/ z lumẽ refulsit in habitaculo carceris. Ecce periculum percussoq latere excitauit eum dicens. Surge velociter: ecce dubium: ad literam beatus Thomas / q fuit senior: z discipulus fuit in periculo: qz in carcere positus per regẽ indie qz ipse non fabricauerat ipsi templũ materiale sed spũale: fuit etiã in dubio de resurrectionis articulo: sed qz xpo astitit famulatu z discipłatu z xps astitit: eũ de fide instruendo: sicut magister pueri volens bene instruere puerũ in alphabeto continue astat ei: z facit q puer ponat digitũ super dictionẽ: ita facit xps de thoma supra se qui est alphabetũ nostre fidei Apo. j. Ego sũ alpha z o. Infer digitum z cognosce zc. z noli esse incredulus. Jo. xxij. Et eũ de morte a carceris periculo eripiendo: fratrẽ regis suscitando. Nota historiã: ideo potest dicere de xpo illud psal. Astitit a dextris pauperis vt saluam faceret a persequẽtibus aiam meã. Hec de primo.

¶ Quãtũ ad scdm q illius dñium z magisterium dz efferri oibus z preferri. qz magister z dñs hz veritatem in promissis pro seruitoribus z in dictis. p scholaribus mendax doctor nihil docere potest qz ois scientia est de vero: ventus z nubes z pluuie non sequentes: vir gloriosus z promissa non cõplens Prouer. xij. xps est doctor verax. Magister/ scimus qz verax es z viã dei in veritate doces. Mat. xxij. Item donator verax de facto complens. In psalm. Ipse dixit z facta sunt. Sed mundus z mũdani non sunt veraces nec in dictis nec in promissis in psal. Nõ est in ore eorũ veritas: figurat Geñ. xxix. z. xxx. Dixit Jacob socero suo Seruiã tibi pro Rachel. z cũ deberet dare Rachel: dedit Lyã: cum deberet dare oues albas dedit nigras. Unde ibi dicit. Mutauit decies mercedem meam: ita faciet mũd⁹ qñ homo credit habere vnũ hz aliud: promittit iuuentutez soluit senectutẽ: sanitatẽ/ soluit infirmitatẽ: diuitias: soluit paupertatẽ zc. Sz nõ sic xps: nõ pretulit seruitiũ dei seruitio mũdi Thomas dicens. Astabo tibi. qz tu solus verax in dictis. ois aũt homo mẽdax. In psal. In promissis diminute sunt veritates a filijs hominum tibi dñe q habes veritatẽ. In psal. Dñe de⁹ virtutũ qs silis tibi potẽs es dñe: z veritas tua/ in circuitu tuo. ideo tibi derelict⁹ est pauper: orphano tu eris adiutor. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertiuz. Nota q premiũ qd beatus Thomas reportauit quia xpo astitit in seruitio z studio/ fuit visio. Uisio nãq est tota merces. Nã pri⁹ vidit eũ per fidem/ nũc videt eũ facie ad faciẽ. Causa aũt quare aliqñ nõ vidit/ fuit hec. persona que vertit dorsum z nõ faciem alicui ipsum videre nõ potest.

sed quando cõuertit ei faciem tunc põt eũ videre:huius figura Joã.xx.Maria
Magdalena vadens ad monumẽtum habebat dorsum versus xp̄m:⁊ ideo non
videbat eũ:sed postea vidit eũ cũ faciẽ ei vertit.Unde dr ibi.Conuersa retrorsũ
videbat iesum stantem.Cã quare peccatores non vident deũ est qr vertunt ei
dorsum per pctm̃.Hiere.ij.Uerterũt mihi dorsum ⁊ nõ faciẽ.Jta aduerterat se
Thomas ⁊ xp̄o per pctm̃ incredulitatis.vnde dixit Jo.xx.Non credã:sed postea
cõuertit se ad xp̄m ⁊ venit ad cetum aplõꝝ:⁊ tunc vidit xp̄m ⁊ credidit.qr vidi
sti me Thoma credidisti.Ezech.vj.Conuersus leuaui oculos meos.⁊ vidi. Er=
go ne thoma de xp̄o est sicut audiuisti ab apostolis.Rñdit illud psalm̃.Sicut
audiuimus/sic vidim⁹ in ciuitate dñi virtutũ in ciuitate dei.Sed mirabile est
ꝙ xp̄m vocat ciuitatẽ dñi ciuitatem dei.Ratio est:sepe contingit ꝙ moneta de
fornace nouiter apportata alicui demonstreť.Aliter aũt se habet monetam no
uam respiciens solũ:aliter respiciẽs ⁊ tangens.Nã respiciens solũ/videt ima=
gines ⁊ characteres.sed non certificať de pondere ⁊ numero.Sepe eñ cõtigit ꝙ
non videť nisi vnus denarius ⁊ sunt duo:qr vnus contineť sub alio.Ad tactuȝ
aũt cognoscitur ⁊ pondus ⁊ fortitudo ⁊ numerus.Sic fuit in discipulis alijs a
Thoma.de fornace quidem passionis:vnus nouam monetam ⁊ preciosissimã
ac indefectibilẽ humanitatem.s.immortalitatem attulit:habentem imagines
⁊ characteres indelebiles cicatrices:hanc eñ ostendit discipulis ⁊ solũ vidẽdã
⁊ nõ palpãdã dicens.Uidete manus meas ⁊ pedes meos.Magdalena aũt be=
ne voluit monetam palpare:sed dictũ fuit ipsi.Noli me tangere:ideo apostoli
nõ agnouerũt nisi vnũ denariũ.s.humanitatis nõ diuinitatis.qui interius la=
tebat.vnde dixerunt.Uidimus dominum.Maria similiter nõ agnouit nisi vnũ
scȝ humanitatis.Unde venit tertio annuncians discipulis:quia vidi dominũ
Joannis.xx.sed Thome non suffecit videre sed tangere:ideo christus se ei non
alteri ad palpandum tribuit:vnde dictum fuit ei.Jnfer digitum tuum et ma
num tuam affer ⁊ cognosce ⁊c.⁊ ideo vidit ⁊ cognouit pondus:quia diuinita=
tem fortitudinem/quia dominum virtutum:⁊ numerum:quia dominũ ⁊ deũ:
Unde exclamauit dicens.Dñs meus ⁊ deus meus.Ergo ne inuenistis vt audi
uistis?certe sicut audiuimus sic vidimus:quia vidimus dominũ ⁊ vltra mul
to:quia vidimus dominum virtutum:vidimus dominum nostrum.iij.Reguȝ
iiij.Uerus est sermo quem audiui ⁊ non credebam narrantibus mihi donec ve
ni ⁊ vidi oculis meis ⁊ probaui quod media pars mihi nunciata non esset: cer
te verum est non media pars:quia dixerunt:vidimus dominum/ecce humani=
tas sed ipse vidit dominum deum:quod est vltra mediam partem; dominus
inquit meus:⁊ deus meus:potest ergo Thomas dicere illud Genesis.xxxij. vi
di dominum facie ad faciem:⁊ salua facta est anima mea.Ad quam salutem
nos perducat ⁊c.

¶ Collatio octaua:De beata virgine in sabbatis.

Ex psalmo.7.



Ropter hanc in altum regredere.ex psal.vij.Homines piscantes cir
ca terram in ripa maris paruũ lucrũ recipiũt.Parũ de fructu repor
tant:sed quando terram ⁊ ripam dimittentes altum mare piscanť ⁊
ascẽdunt:ibi multum fructum inueniunt:lucrum magnuȝ reportãt.
Luce.xxv.figura.Petrus ⁊ alij Apostoli piscati fuerunt circa terrã
⁊ ideo dixerunt ei.Preceptor/per totam noctem laborãtes nihil cepimus:ideo
dixit xp̄s.Duc in altuȝ.Tunc concluserunt multitudinẽ piscium copiosam qr
traxerũt rete plenum magnis piscibus.Sic spũaliter homines negociantes cir
ca terrena parũ inde de lucro reportant:⁊ ꝙ in terrenis ponunt fiduciaȝ nihil
capiunt:aspexi terram/⁊ ecce vacua erat ⁊ nihil.Hieremie quarto.Maria autẽ

interpretatione dicitur mare. Unde qui in altum deuotionis istud mare per fiduciam ascendunt recte.i.orationē plenam fructu magno reportant: ꝓpter hoc dicitur in psal. Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus. ideo vt in ipsa spē ponamus ꝛ fiduciā / excitamur: sicut fecerunt tres reges magni qui circa Herodem negociantes nihil inuenerunt: sed in altum ascendentes ad Mariā venientes inuenerūt puerum cum Maria. Ideo in verbo assumpto ad simile excitamur. Propter hanc in altum regredere: vbi notantur tria.

primo animamur } —— { ad singularis } —— { deuotiōis affectū pp hāc
scdo subleuamur } —— { ad singularis } —— { opationis effectū in altū
tertio reformamur } —— { ad singularis } —— { correctiōis ꝑfectū regredē

¶ Quantum ad primum nota / hoīes ꝗuis timeāt dominos suos rōne iustitie tamē habent singularē dilectionē ꝛ deuotionē ad dominas ratiōe mie: q꞉ dñe cōsueuerunt esse pie ꝛ misericordes / ꝛ ita in curijs vbi nō sunt dñe nō inuenitur certa mia ꝗuis inueniatur iustitia. Eccl. xxxvj. Ubi non est mulier ibi ingemiscit eger. In curia dei est iustitia / ꝛ per filiū virginis iustitia exercet: hoc est nomen qd vocabunt eum domin⁹ iustus noster. Hier. xxiij. Quādiu ergo illa curia fuit sine dña inueniebat iustitia sed non mia. Sed postꝗ ibi fuit hec domina: fuit ibi pro peccatoribus aduocata: fuit in illa curia misericordia: vnde et vocatur mater misericordie: et ideo ad eam debemus habere singularis deuotionis affectum. Sapientie. viij. Hanc amaui et exquisiui a iuuentute mea: hec me consolata est in humilitate mea. ¶ Quantum ad scdm nota ꝙ fructus arboris medicinales sunt meliores ꝛ efficaciores in summo ꝗ in imo ratione maioris digestionis ꝛ virtutis solaris: ꝛ ideo qui vult habere tales fructus oportet ꝙ in altum ascendat: xp̄s est fructus nobis medicinalis natus in summo arboris penitentie: q꞉ in summo paupertatis vt patet in pannis: ꝛ in summo puritatis vt patet in maria: in summo obediētie ꝛc. In psal. Quis sicut deus noster q̄ in altis habitat et ideo volenti habere et sumere istum fructum oportet in altitudinem bonarum operationum ascendere per penitentiam: et sic habebit fructus optimos. in psal. Ascendisti in altum cepisti captiuitatem accepisti dona in hominibus: q꞉ cum illo omnia nobis donauit. ad Rom. ij. Hec de scdo. ¶ Quantum ad tertium nota venatores a via amena et herbosa ad viam spinosam ꝛ petrosam libenter regrediuntur etiam peditando et etiā baculū in manu tenendo et portando / sperantes predam perditam inuenire ꝛ capere posse et potissime vbi sperarent duplicem predā inuenire: matrē cum filio / auem cū pullo. Spiritualiter peccatores perdūt xp̄m in via herbosa delitiarū ꝛ diuitiarū: q꞉ ibi christ⁹ nō est natus nō conuersatus: sed introiuit nemus spinosum ꝛ petrosum penitentie: ꝛ ideo qui illuc voluerit regredi cum baculo crucis inueniet predā / auem cū pullo: matrem cū filio: patrem cum filia. predam duplicatā scꝫ matrē cū filio: virginem cū xp̄o: patrē cum filia diuinitatem cum humanitate. Sic venatus est Jacob. Gen. xxxij. In baculo meo transiui iordanem istum et nunc cum duabus turmis regredior scꝫ ad patriam. Ad quam ꝛc.

¶ Collatio nona de beato Uincentio et pro quolibet martyre ex psal. viij.

Gloria ꝛ honore coronasti eū. In psal. viij. Nemo repēte fit summ⁹ et etiā ad magnū honorē ꝛ gloriā sine labore maximo et tribulatiōe nō venit. Nō eni mōtis cacumē attingit sine laborioso ascēsu: nec sine limatione ꝛ malleatiōe ac fornace aurū fit: qd in regis mēsa ponit. Sic ad honorē ꝛ gloriā eternā sine labore penitētie ꝛ ascēsu virtutū peruenire nō pōt: nec homo ad mēsam nec ad gloriam peruenit paradisi: nō trāsiens per tribulationum et persecutionum fornacem. figuratur Genes. xxxix. Joseph fuit in multis tribulatiōib⁹: q꞉ primo vēdit⁹ a fratrib⁹ ꝛ deinde ab hysmaelitis

tandē incarcerat⁹:ſed p hec venit ad ſummā gloriā/q̄ dn̄iū ꝛ regimē egypti:vñ dixit fratrib⁹ ſuis. Ite nūciate patri meo vniuerſam gloriā meam. Gen.xlv. Ad ꝓpoſitū inter oēs xp̄i martyres beat⁹ Uincētius aſcēdit montē altiſſimū.ſ.martyrij:q̄ vt tribunal ſpōte rogū ꝓ Chriſto aſcēdit:intrepidus fuit in fornace penarum examinatus/limatus/malleatus:quia pectinib⁹ ferreis carnes vſqꝫ ad viſcera laniatus ꝛc. Et ideo debuit de magno labore/ dolore/ et tribulatione ac tormentis pro Chriſto ſuſceptis ad honorem magnum et gloriam peruenire. et hoc eſt gloria et honore coronaſti eum:vbi nota tria.ꝫ lam eum inuenies.

j.ſociatum virtutibus } in ſua { lucente conuerſatione } ideo ei { debetur hoñ.
ij.ſauciatū vulneribus } in ſua { vincente paſſione } ideo ei { datur coro.
iij.ſatiatū muneribus } in ſua { excellēte premiatione } ideo ei { confert gl̃ia.

¶ Quantū ad primū ſciendū q̄ q̄uis ſm apoſtolū. Rom.ij. debeat gloria ꝛ honor ꝛ pax omni operāti bonū. Specialiter tamē debet honor ſtrēnuo militi rōne virtutis fortitudinis. beatus aūt Uincētius in ceteros decē milites in bello pro xp̄o ſuſcepto ſingulariter fuit fortis ꝛ ideo ſingulariter debuit honorari:q̄ꝺ aūt in bello fuerit fortis ptꝫ. Philoſophus in.iij. Ethico.inquirēs precipuū actū determinat q̄ ꝑcipuus actus et potior actus fortitudinis eſt ſuſtinere et pati magis q̄ꝫ inuadere ꝛ aggredi. Cuius ratio eſt q̄ ſuſtinere importat diuturnitateꝫ temporis:ſed aggredi pōt aliquis ſubito motu. Difficilius eſt aūt diu manere immobilē q̄ꝫ ſubito moueri ad arduū. vnde dicit ibidē philoſoph⁹ q̄ q̄dā ſunt ibi preuolētes ante pericula:in ipſis aūt diſcedunt. Fortes aūt econuerſo ſe habent:cū igitur virtus ſit circa difficile:aggredi ꝛ inuadere ſit difficile:pati ꝛ ſuſtinere ſit difficilius:fortitudinis actus erit aggredi ꝛ pati:ſed pati ꝛ ſuſtinere precipuus. Beatus aūt Uincenti⁹ habuit duplicē actū fortitudinis. Primo q̄dē in inuadendo ꝛ aggrediendo. vñ dixit beato Ualerio. Si iubes pater ſancte reſpōſis iudicem aggrediar. Inuaſit aūt nō ſegniter nō imprudēter: ſed primus ictus fuit validus ꝛ verberans vſqꝫ ad cor impij daciani. vñ euaginato gladio ſpūs q̄ꝺ eſt verbū dei Ephe.vltij. Scutū fidei inimici ſcuto fidei catholice eleuato:inuaſit valider percuſſit dicēs ad dacianū: hactenus ad te ſermo de negāda fide porauit. ſed nephariū apud Chriſtianoꝝ prudentiā eſſe cognoſce diuinitatis cultū blaſphemando abnegare. Habuit etiā actū ſcōm precipuum fortitudinis in patiendo ꝛ ſuſtinēdo. Quis eñ militū xp̄i acerbiora tormenta ſuſtinuit? diſtentus fuit in aculeo: laceratus pectine ferreo: carceratus carcere teterrimo: craticulat⁹ igne ſanguineo ſalit⁹ ſale igneo/vulneratus/laniatus/rubricat⁹ corpore toto:heu rubebāt vulnera/patebāt in carbones interna viſcera:atqꝫ ſic oīa ſuſtinet dāna/ q̄ inter hec manet immotus ſtrēnuus miles xp̄i ꝛ ſolū erectis in celū luminibus deū precabat:ergo iſte miles fortis et patiens. Fortis in prelio et aggrediēdo aduerſariū/ꝛ in ſuſtinēdo ſuppliciū:propter q̄ꝺ pōt et merito cōparari adamāti lapidi precioſo:de quo dicūt philoſophi q̄ nec ferro frāgitur nec igne diſſoluitur. O q̄ꝫ precioſus adamas fuit beatus Uincētius qui nec ferro frangi in mente nec craticula adurante nec pectine artus corporis diſſipāte: nec etiam igne diſſolui potuit incendente:immo moras carnificum arguēdo ad penam alacriter properabat. Idcirco quia fortis fuit aduerſarium ſuuꝫ vicit: intantū vt diceret. Puto quoniā victi ſumus. ideo dicit Auguſti. beatus Uincentius vicit in verbis/vicit in penis/vicit in confeſſione/vicit in tribulatione/vicit euſtus/vicit ſubmerſus/vicit ortus:vicit mortuus. ergo quia virtutem habuit fortitudinis et triumphum obtulit:erat a rege ſuo merito honorandus. Eccleſia.xxvij. Sapiens in populo hereditabit honorem et nomen illius erat viuens in eternum. Certe chriſtus beatum Uincentium honorauit viuentem et morientem: viuentem tenebras carceris luce celica illuſtrando: eſcas diuerſiſſimas in

flores roseos cōmutando: choros angelicos sociando: cātibus celestibus modulis suauib⁹ ꝯfortādo. Honorauit etiā morientē corpus angeloꝝ custodie deputādo a feris ꝛ auib⁹. i. coruis diligētia ꝑseruādo: a marinis fluctib⁹ littori reuocādo: ꝛ spm̄ in sua gloria coronādo vt sic dici posset illud Hester. vij. Sic honorabit̄ quēcūqꝫ rex voluerit honorare. ¶ Quātū ad scdm̄. nota ꝙ de leone tradūt philosophi ꝙ in periculis apparet maxime generosus: nā qñ venatoris ꝛ canū instat ꝑsecutio nō se abscōdit nō latitat nō se occultat. sed pugnā generosam et certamē forte diligēs in cāpis vt videri possit se ad defensionē parat. ideo solus inter animalia ratione huius generositatis natura cū in capite coronauit. Sic beatus Uincētius inter oēs martyres habuit canes pessimos ꝛ crudelissimos venatores ip̄m acerrime ꝑsequētes: scꝫ dacianū ꝛ carnifices: intantū vt dētes canū maledicentiū non sufficerēt ad opprobria. sed vngues adiungerēt. non corneos sed ferreos ad inferēda supplicia. Sed beatus vincētius in pugna cōtra aduersarios nobilis. animosus ꝛ generosus nō latibulā non fugā petiuit. sed statim in publicū campū se posuit. vnde beato valerio leuius pugnanti et quasi timide respōdēti dixit. Noli pater venerabilis quasi mēte timida submurmurare. sed libera voce clama. Si ergo iubes respōsis iudicē aggrediar: vnde ipse generose cāpo ꝛ bello vltimo se exposuit: ꝑpter qḋ merito debuit coronari. Apoc. vi. Uidi ꝛ ecce equus albus ꝛ qui sedebat sup eū habebat arcum. ꝛ data est ei corona et exiuit vincēs vt vinceret. Quis igitur est iste vincens nisi vincentius q̄ a re accepit nomē: q̄ vicit incendia / vicit omnia supplicia cuius.

| | | |
|---|---|---|
| Albus equus est proprium corpus | | Albens puritate munditie |
| Assessor proprius spiritus | | Presidens equitate iustitie |
| Arcus habitus scientificus | | Percutiēs veritate scientie. |

¶ Iste etiā gratis sic dispositus. sic armatus generose exijt contra dacianū vinces vt vinceret. ꝛ ideo data est ei corona dicit ps̄al. Preuenisti eū in bn̄dictiōib⁹ dulcedinis. Posuisti in capite ei⁹ coronā de la. dixerat eīm Iacob⁹ canonica sua ꝑma. Beat⁹ vir q̄ suffert tentationē qm̄ cū ꝓbatus fuerit suscipiet coronā vite. hec de scdo. ¶ Quātū ad tertiū. Nota ꝙ pauper mercator volēs suā pecuniam pauperē mutuare: si sciret mercatorē et cāpsorē ita iustū ꝙ redderet equaliter: nō solū equalitate ꝓportiōis. sed de meliori pecunia: equalitate eiusdē quātitatis. libenter iret ad illū et illū fugeret a quo nō redderet̄ equale. nec proportiōe nec eadē quātitate. Cū primo eīm esset lucrū magnū: cū scdo dānū. Quicūqꝫ viator est pauper mercator q̄dā ergo negotiant̄ ꝛ mercant̄ cū dyabolo. ꝛ cū mūdo. ꝛ semp illi cū peccatorib⁹ lucrant̄. q: semp aliquid eoꝝ retinēt: ꝛ volūt cum eis lucrari: ꝛ ideo depauperant̄ homines cū eis. Ps̄al. Pauperes facti sumus nimis: deus aūt illis qui volunt pauperem pecuniam meritorum commutare in pecuniam premiorū reddit equalitatem. non solū equalitate proportionis sed eiusdē quantitatis. quia loco decem obolorum dat meritum decem florenorū. vnde Matth. xxv. Quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: commutat enim iustorum pauca merita in multa ꝑmia: ꝑsertim penā et miseriā in futurā coronā ꝛ gloriā: ideo apostolus q̄ hoc lucrū cū mercatore isto fuerat expertus. Dicebat ad Rom̄. viij. Nō sunt condigne passiones huius tp̄is ad futurā gloriā. Sed btūs petr⁹ etiā q̄ multa lucrat⁹ fuerat. in Canonica. ij. dicit. Uocauit nos in eternā gloriā in xp̄o iesu meritū passiōis btūs Uincenti⁹ mercator discretus audiuerat. illud Augu. in ꝑsona dei loquētis: venale habeo: quid: regnū celorū: quo emit̄: paupertate regnum / labore requies / dolore gaudiū / ignominia gloria morte vita. ideo noluit cū diabolo ꝛ cum mundo aliqd negociari q: isti depauperāt ꝛ spoliant suos cōmercatores vsqꝫ ad capitale: q: illud etiā rc̄cipiūt scꝫ animā peccatoꝝ. Matth. v. Mitteris in carcerē ꝛ non exies inde do-

nec reddas nouissimũ quadrantẽ. sed festinauit mercari ⁊ lucrari cum deo exhibuit pauca merita ⁊ recepit magna premia. exhibuit tormẽta. ⁊ recepit paradisi talẽta. exhibuit vulnera ⁊ recepit munera. exhibuit miseriã ⁊ recepit coronã. exhibuit penã ⁊ recepit gloriã. temporale supplicium ⁊ reportauit eternum brauiũ. ideo Psal. Uocat eũ gloriosum ⁊ diuitẽ. q: sic sciuit mercari, dicens. Gloria et diuitie in domo eius ⁊ iustitia eius manet in seculũ seculi. hec est illa gloria de qua Psal. Exultabũt sancti in gloria ⁊ letabũtur in cubilibus suis. Nec mirũ: q: gloria hec est omnibus sanctis eius. Ad quam ⁊c.

¶Collatio.x. De purificatione beate Marie ex Psal.ix.

Exultabo in salutari tuo Psal.ix. Aues que sole occidẽte cãtum perdunt. sole oriente cantũ recuperant ⁊ exultãt. propter virtutem quã a sole recipiũt, etiã si sol oriatur in nubilo vel sereno. Sic auis spiritualis anima fidelis sole xp̃o sibi occũbente ꝓpter peccatũ perdit: et ideo exultare nõ potest: sed sole sibi oriente per penitentiã et gratiã iubilat ⁊ exultat. figuratur Luce.j. Maria salutauit Elizabeth. in qua erat sol sub nubilo, xp̃s in vtero, ⁊ statim illa auicula Joã. bapti. cantauit in vtero matris. Ecce inquit exultauit infans in vtero meo pre gaudio. Spiritualiter aues paradisi homines per peccatũ perdiderũt deum in paradiso terrestri. ⁊ ideo de terra letitie proiecti sunt in terrã exulatus incolatus ⁊ fletus vbi tristitia est et non gaudiũ: neqꝫ cantus. quomodo cantabimus canticum dñi in terra aliena? in Psal. Non gaudere poterant. quia Thobie.v. quale gaudium mihi est q̃ in tenebris sedeo: ⁊ lumen celi non video? Sed tandem Maria ascendit in templũ sicut aurora cum christo filio sole: ⁊ sine nubibus in sereno: ⁊ tunc illa auis antiqua deplumata. Symeon sentiẽs radiũ solis celestis. cãtare cepit et exultare dicẽs. Exultabo in salutari tuo: vbi tria. Nam aduẽtum solis scꝫ xp̃i sereni. hoc est de virgine iam nati in templum inuenies.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Gaudiosum | in | occursu | ex | spirituali leticia | exultabo | |
| Uirtuosum | | succursu | | causali influẽtia | in salutari | |
| Fructuosum | | recursu | | speciali efficacia | tuo. | |

¶Quantũ ad primũ. Nota q̃ infirmo ad mortẽ aduẽtus salutaris medici nunciatus ipsum gaudere facit: sed dilatus ipsum molestat. presentia autem dilati et nunciati ipsum exultat. genus autem humanũ per peccatũ in tantã egritudinem incidit vt apud homines non inueniatur medicus salutaris. in Psalte. Infirmati sunt nec fuit q̃ adiuuaret: ideo consuluit. Nũ euadere potero de hac infirmitate. iiij. Reg. viij. Dixit deus. illud Psal. Eripiã illũ ⁊ ostendã illi salutare meũ: tunc genus humanũ gauisum est: sed aduẽtus huius medici intantũ est dilatus. vt Psal. diceret. Defecit in salutare tuum anima mea: ideo deꝰ tandem hodie hoc salutare misit in tẽplum: ⁊ tunc symeon in ꝑsona omniũ non solum gauisus est: sed etiã exultauit dicens illud Abacuc.iij. Ego autẽ in domino gaudebo (supple modo ꝑ prophetas ꝓmisso ⁊ denũciato) et exultabo in deo iesu meo: per deũ misso ⁊ per virginẽ in templo presentato. Ergo exultate iusti in dño q: rectos decet collaudatio. in psal. hec de primo.

¶Quantũ ad scdm̃ nota q̃ in ciuitatibꝰ vbi est portꝰ maris ꝯsueuit poni luminare vulgariter loquẽdo falos vt nauigãtes de nocte: ⁊ existẽtes in piculo illud respicientes ad portũ salutis veniãt: et illuc dirigãt gressus suos: ita in ꝓposito genꝰ humanũ est in vita presenti vadẽs sicut in mari. In mari via tua. in psal. et fuit nox vsqꝫ ad christi solis veri ortum, et erat in tot temptationibus q̃ nunq̃ ante vna nauis vna persona potuit ad portum paradisi peruenire: sed omnes descendebant ad infernum Exo.xv. Submersi sunt in mari rubro descenderunt in profundũ quasi lapis: ⁊ ideo beata virgo posuit illud magnũ lumina-

re hodie in templo: vt nos omnes illud lumen respiciētes iter nostrum ad eum dirigamus. et sic ad portū paradisi et salutis veniamus. In psal. Illic iter quo ostendā illi salutare meū: hoc videns ille naufragus symeon qui ad portū venire volebat: dixit. Nūc dimittis seruū tc. Quia viderūt oculi tc. Qd parasti tc. Lumen ad reuelationem tc. Luce. ij.
¶ Quantū ad tertiū nota q nulla medicina quātūcūq bene preparata et disposita efficiat salutaris egroto nisi ab egroto sumat: et sibi incorporet et sua efficiatur: dei filius fuit medicina parata et disposita pro nobis in toto veteri testamēto: sed nō fuit incorporata. et ideo nō erat salutaris / ideo petebat psal. Ostende nobis dñe miam tuā et salutare tuū da nobis: sed adueniēte tēpore gratie hec medicina est nobis incorporata / cū carnē nostram assumpsit et inti auit et nobis tunc facta est salutaris. ideo Deut. xxx. Illi adhereas ab ipso enim est vita tua. In psal. Memento nostri domine in beneplacito populi tui visita nos in salutari tuo ad videndum tc. Ad letandū in letitia. Ad quam tc.

¶ Collatio vndecima de beata virgine in sabbatis vel in processionibus generalibus vt orationes exaudiantur ex psal. ix.

Desideriū pauperū exaudiuit. In po. ix. quādo pauperes in curiis magnorum nō possunt habere aditū ad regē: et suas petitiones expedire sepe per personā intermediā suas petitiones expediūt figura. Nūeri xi. populus desiderauit carnes desiderio magno et petiuerūt a deo: tandē per Moysem tanq per personā mediā et obtinuerūt. Vñ in po. Manducauerūt et saturati sunt nimis et desideriū eorum attulit eis. nō sunt fraudati a desiderio suo. Peccatores sunt pauperes qui lōge sunt a deo: lōge a peccatoribus salus: et ideo eorum petitionē nō expedit: sed persona intermedia virgo beata desiderantibus carnes agni immaculati dat escam in tēpore opportuno sicut dicitur in po. Unde ipsa tanq persona media petitiones et desideria peccatorum iusta expedit et exaudit / et hoc ē desideriū pauperū exaudiuit. vbi ponit tria.

| | | |
|---|---|---|
| Primo: patentē indigentiā hūane calamitatis | | pauperum |
| Scdo. diligentē instantiā humane volūtatis | qr | desideriū |
| Tertio: tribuentē clementiā superne pietatis | | exaudiuit |

¶ Quātū ad primū. Nota q ille est proprie pauper qui nihil habet nisi ab alio / talis est peccator qr oīa habemus et bona nature / et bona fortune / et bona gratie a deo quid habes qd nō accepisti. Ideo psal. Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea / et tñ beata virgo audiuit pauperes de inopia. In psal. Et sicut dicit Jacobi. ij. Elegit pauperes. Nota q electio ad dignitatē valet per cōsensum electi alias nō. Sic spiritualiter pauperes mūdus abiicit / sed beata virgo recipit / tibi derelictus est pauper. In psal. Et ad dignitatē glorie / celestis elegit / sed electio nihil valet nisi electioni cōsentiat / quod est cum sunt pauperes spiritu / tunc adipiscunt dignitatē eternā. Math. v. Beati pauperes spiritu / qm ipsorū est regnum celorum. Ipsa autem astitit a dextris vt saluam faceret animam meam. In psal. hec de primo.
¶ Quantū ad secundū. Nota q ceruus insecutus a venatoribus summe desiderat fontē vel fluuiū: qr per aquā refocillat: et per fluuiū a canibus et venatoribus sepe liberat. Ceruus est quelibet persona habēs duo cornua: intellectus: et appetitus. Istū ceruū insequit mūdus / caro / dyabolus: qr mūdus / caro / demonia / diuersa mouent prelia: ideo si volumus eripi: desideremus aquā vel fluuiū. s. virginē mariā: ad ipsam desiderio et deuotione curramus. Nā ipsa est fluuius qui de terra paradisi nobis attulit: merces gratie et glorie. In psal. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. In isto aūt flumine refocillant deuoti: et eripiunt tentati et tribulati. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat

anima mea ad te deus. Et certe merito: q: desideriū suū iustis dabit. Prouer.x. Nota. hoc modo expertū est ꝙ a terra vapor siccus eleuatus vadens ad mare: aquā haurit de mari in maxima ꝙtitate: ⁊ postea cadens in terrā ipsam infundit: ⁊ germinare facit. Sic deuotior ⁊ desideriū pauperū subintrans mare. i. mariam eleuat inde ⁊ reportat plenitudinē ⁊ copiam gratiarū. que facit in hac vita hominē fructificare. In psal. Replet in bonis desideriū suum. Et alibi. Desiderium anime eius tribuisti ei: ⁊ voluntatem labiorum ⁊c.

¶ Quantū ad tertiū. Nota ꝙ ad petitionis exauditionē multū facit locus debitus: ⁊ ideo locus debitus in quo deo porrigunt̄ orationes est tēplū. In psal. Adorabo ad tēplū sanctū tuum. Sic certe nō est locus in quo ita cito exaudiamur: sicut si vadamus ad illā que facta fuit tēplū dei. s. virginē mariā. ideo cū ibi deus semper habitet: ibi nos semper audiet ⁊ exaudiet ꝙ ibi sit in psal. Dominus in tēplo sancto suo: ꝙ ibi audiat ⁊ exaudiat. ibidem. Exaudiuit de tēplo sancto suo vocē meā: ⁊ clamor meus introiuit in aures eius. Ad illū introitū ⁊c.

¶ Collatio duodecima de penitentia per totā quadragesimā. Ex psalmo decimo.



Ransmigra in montē sicut passer. In psal. x. Boni medici male dispositos ex infectione aeris: ⁊ fumositate aquarū cōsueuerūt monere ad dimissionem valliū: ⁊ ascensum montiū: in quibus vt plurimū inuenitur aer purus: ⁊ salutaris. Scriptura statū peccati vocat malam dispositionē: ⁊ infectionē aquarum delitiarū. Saluum me fac deus quoniā intrauerunt aque. vsq ⁊c. Statū aūt penitentie curantis malā dispositionem peccati: vocat montē. In psal. Quis ascēdet in montē dn̄i. Innocens ⁊c. ideo Psal. Bonus medicus illis qui tēpore preterito fuerūt in valle circa aquas delitiarū indicit vt accedant ad montē salutiferū penitentie: q: ibi est solū cura. Figura horū. Gen̄. xiij. Loth habitauit in sodomis: que regio vniuersa irrigabatur aquis sicut paradisus dn̄i. Gen̄. xiij. Sed propter hoc habitatores terre pessime erāt dispositi: q: ibi dicit̄ ꝙ homines sodomite pessimi erant: ⁊ peccatores nimis coram dn̄o: volens ergo deus sicut bonus medicus Loth liberare de illa mala dispositione. Dixit ei. Gen̄. xvj. Salua animā tuā: ne stes in omni loco circa regionē: sed in monte saluū te fac. Hoc modo loquit̄ hic Psal. qn̄ dicit. Transmigra in montē sicut passer. Ubi admonet nos de tribus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | vt | fugiamus vitiorum dānosam turpitudinem | transmigra |
| 2 | | conscendamus meritorū celsitudinē | in montem |
| 3 | | assumamus doctoꝝ virtuosam similitudinē | sicut passer |

¶ Quantum ad primum. Nota ꝙ illud quod facit hominem citius mutare locum ⁊ lectum est immunditia ⁊ fetor punctura ⁊ dolor sicut nullus vult in estate iacere in lecto pleno cymicibus fetentibus ⁊ pungētibus. Istud est quod peccatorem animare debet ad mutandū statum peccati in statum penitentie. quia in lecto eius cōscientie est fetor inficiens: cōpunctio cōsciētie remordens. ⁊ ideo debet se mutare sicut dicitur Threnorū. j. Migrauit iudas qui interpretatur cōfitens: propter multitudinem ⁊ afflictionem seruitutis sue: habitauit inter gētes nec inuenit requiem. Omnes inimici eius apprehenderunt eum inter angustias. Sed quomodo confitens debet migrare: certe nō nisi perfecte. s. corde: verbo: ⁊ opere. sicut scribitur Hieremie. xiij. Translata est omnis iudea trāsmigratione perfecta. Unde mulieres volentes gallinis nidum mutare nō possunt eas facere transmigrare ad alium perfecte nisi amouendo ⁊ transferendo ouum de loco priori ad alium: sic ad hoc ꝙ aliquis transferatur transmigratione perfecta de peccati nido ad nidū penitentie oportet ouum. s. consensum ⁊ voluntatē peccati transferre in consensum ⁊ voluntatem penitentie. Alias ꝙtumcūq con

fteretur statim rediret ad nidū peccati. Prouer.xxvij. Sicut auis transmigrās de nido suo: sic vir relinquit locū suū. Sed nota aliqui sunt ad modum accidē=tia: aliqui malignantis sunt nature secundū Boetium qꝛ nō migrant de subie=cto in subiectum parū quidē possunt mutari: migrare vero minime. cōtra quos Ezech.iij. Ueni ad transmigrationem ꝛ aceruum nouarum frugum.

¶Quantū ad secundū nota. ꝙ per montem intelligitur penitentia. ratio est: qꝛ mons est primo solaris luminis receptiuus/ sic existentes in penitentia primo recipiunt diuinam gratiam ꝛ cōsolationem. secundo est valliū obūbratiuus ꝛ refrigeratiuus: sic penitētes refrigerant estuꝫ peccantiū. tertio est aquarū emis=siuus: ita penitentes lachrymas emittūt orationis ꝛ irrigant valles. i. pectora aqua ꝛ fluxu orationis ꝛ consolationis. In Psal. Selmon mons pinguis mons dei: mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo.

Selmon interpretat̄ vmbraculū. Quantū. sensus / par — ad primum / ad secundū / ad tertium

¶In Psal. Induxit eos in montē sanctificationis sue montem quem acquisiuit dextera eius. ꝛ eiecit a facie eorum gentes: ꝛ sunt hec tria q̄tū ad predicta tria hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū. Nota ꝙ proprietas passeris est triplex. Prima est ꝙ sum=me timet mustellam ꝛ eam ad nidū venientē clamoribus prodit: ita faciunt de uoti de dyabolo ad conscientiā veniente ꝛ pullos bonoꝝ propositoꝝ ꝛ operum rapiente. qꝛ contra mustellā sicut passer clamore cōfessionis pugnant ꝛ cōtinua cautela inuigilant. In psal. Uigilaui ꝛ factus sum sicut passer ꝛc. Secunda est qꝛ passer illaqueatus rostro se liberat ꝛ si per se non potest ad alios vt adiuuēt clamat: ꝛ per eos liberatus nunq̄ȝ ad laqueum redit: sed ad locuꝫ altum volat: sic peccator illaqueatus a dyabolo debet rostro cōfessionis se expedire ꝛ alioꝝ orationes ꝛ suffragia implorare ꝛ expeditus meritis alioꝝ in altuꝫ penitentie volare. Psal. anima nostra sicut passer erepta est de laqueo ve. ꝛc. Adiu. no. in no. do. Tertia est qꝛ passer semper in petra nidificat: ita iustus in christo fructi ficat. In psal. Illic passeres nidificabūt. qꝛ ibi passer inuenit sibi domū: domū inq̄ȝ. de qua psal. Gloria ꝛ diuitie in domo eius ad quā nos perducat qui ha=bitare facit sterilem in domo ꝛc. Si vis plus de passere pro penitentia quere in alijs locis quomodo per passeres purgabat leprosus semetipsum ob. ꝛc.

¶Collatio decimatertia de penitentia per totā quadragesimaꝫ vel in processionibus generalibus vt orationes exaudiantur ex psal. xj.



Propter miseriā inopū ꝛ gemitum pauperū nunc exurgam dicit dñs. Psal. xj. Nihil trahit tm̄ personā misericordē ad misericordiā q̄tum clamor lachrymosus ꝛ manifestatio miserie cū plāctu ꝛ gemitu. Naꝫ lachryma pūgit illū quē oratio vngit: inde est ꝙ ad matrē misericor=die preces in sua salutatione porrigimus sub typis clamoris lachry mosi: ꝛ gemit⁹ plāctuosi: dicētes salue regina misericordie vita dulcedo ꝛ spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij eue gemētes ꝛ flētes ꝛc. figura huius Exodi. xj. Filij israel opprimebantur ab egyptijs grauissime operibus duris lu ti ꝛ lateris. ingemescētes aūt filij israel ꝓpter opera voci ferati sunt: ascenditq̄ȝ clamor eoꝝ ad deū ab operibus ꝛ audiuit gemitū eoꝝ ꝛ liberauit eos. Ad ꝓpo situm deus est summe misericors: qꝛ misericors ꝛ miserator ꝛ iustus dñs: ideo illud per qd̄ peccatores possunt eū facilius attrahere ad miam est clamor con=fessionis cū gemitu lachrymarū. Illi ergo qui toto tēpore anni precedētis lasci

nūc oppressi sunt a pharaone ⁊ egyptijs hoc est a mundo. dyabolis ⁊ operibus duris .i. mortalibus peccatis: ⁊ seruierunt in luto luxurie ⁊ latere auaricie si volūt liberari a peccatis ⁊ seruitute dyaboli si clamauerint cōfessione lachrymosa ⁊ ostensione miserie gemituosa liberabuntur a deo qui trahit ⁊ pungit lachrymis: ⁊ audiet in cōfessione ⁊ exaudiet in peccatoꝝ remissione ⁊ liberabit a dyabolica subiectione. ⁊ hoc dicit ps̄. propter miseriam inopum ⁊c̄. vbi monet nos ad tria: scilicet.

Primo } — { vigilandum
Secūdo } ad { lachrymandum
Tertio } { supplicandum

Circa } — { pctōꝝ recognitionē propter miseriam inopum
{ pctōꝝ contritionē et gemitum pauperum
{ pctōꝝ remissionem nunc exurgam dicit dn̄s.

fit } — { recognitio miserie euidētis ꝓpter miseriā inopū
fit } ad { contritio rōne ꝯscie remordētis et gemitū pauperū
fit } { remissio diue clemētie idul. nunc exurgā dicit ⁊c̄.

¶ Quantū ad primū. Nota nō pōt homo ita faciliter cōsequi remissionē debiti sicut miseriā ꝓpriā allegādo. ⁊ paupertatē ostēdēdo: sic videmus de iure qd ille qui allegat paupertatē vulgariter nō pudor liberat per iudicē a molestia creditoꝝ. verū est q in sua liberatiōe oportet q istud fiat: q ipse denudet corā iudice ⁊ vltimo frangat lūbare de chorda ⁊ iuret. Nō pudor: ⁊ sic liberat. Ita spiritualiter per pctm̄ efficimur deo debitores. ideo nō est melior nec facilior expeditio q̄ recognoscere miseriā ⁊ inopiā ꝓpriā quā hō per pctm̄ incurrit: ⁊ eā ostēdere ⁊ allegare deo: qr sic deus parcit debitū ⁊ remittit. Serue neq̄ omne debitū dimisi tibi: qm̄ rogasti me. Mat. xviij. Verū est q opz te denudare corā iudice: qd fit per pctōꝝ cōfessionē corā cōfessore: ⁊ opz q frāgat chorda .i. volūtas q̄ trahebat ad peccandū ⁊ ꝓmittat emēda. ⁊ sic a debito liberat. ⁊ qr Job dixerat xiiij. ca. q hō breui viuēs tpe replet multis miserijs. ⁊ ideo ps̄. eū recognoscebat. Improperiū expectauit cor meū ⁊ miseriā: ⁊ oī offensa dicit se liberatū expectās expectaui dn̄m ⁊c̄. vsq̄ de lacu miserie ⁊ de luto fecis. Ita etiā sciēs se debitorez repertū ꝑ deū inopē se dicebat: ꝓsecutus est hoiem inopē ⁊ mēdicū ideo recognoscebat ⁊ ostendebat suam inopiam. Inclina domine aurem tuam ⁊ exaudi me qm̄ inops ⁊ pauꝑ suz ego: iō liberatū se dixit: parcet pauperi ⁊ inopi ⁊ aīas pauperū saluas faciet: ex vsuris ⁊ iniquitate redimet eoꝝ aīas. Ergo vigilem⁹ circa recognitionem peccatorum: ratione miserie euidentis. propter miseriam inquit inopum. Hec de primo.

¶ Quantum ad secundum. Nota q ceruus q̄uis sit duri cordis, quia os habet in corde ⁊ dure ceruicis: quia cornua habet in capite: ⁊ tamen semper lachrymatur in morte. Sic q̄uis peccator habeat os .i. duritiam peccati in mēte ⁊ cornua in capite .i. superbiam: debet tamen in fine peccatorum in quadragesima vbi est mors eorum plorare ⁊ lachrymare. Exemplo psal. Dicentis. Defecit in dolo vita mea: ⁊ anni mei in gemitibus. Et iterum nota. vulnerat ⁊ morsibus interficit hominem: sed eo interfecto plorat super eum ⁊ super singula vulnera eius: ita homo qui interfecit seipsum per peccatum consentiendo ⁊ vulnerauit operando: debet plorare ⁊ gemere supra se ⁊ super singula vulnera. id est peccata. sic faciebat psal. dicens. Laboraui in gemitu meo la. per singu. noc. lec. me. ⁊c̄. id est conscientiam meam stratum meum rigabo. Nota hic de gemitu qui fit quando terra proijcitur super mortuum: sicut dixi in sermone cinerum: sanctificate ieiunium: ergo ploremus circa peccatorū contritionem ratione cōscientie remordentis. ideo inquit ⁊ gemitum pauperum.

¶ Quantū ad tertium. Nota dicitur in vulgari prouerbio q̄ qui premier vien premier prent. Et ideo est sciendū q̄ aliter dꝫ hō sequi iudicē: et ipsuꝫ adire vel quēcunqꝫ dn̄m suū qñ sedet ad iudicandū vel sententiandū/et tenet manum ad ensem vel gladiū: et aliter qñ sedet ad elemosynas dandū ꝛ tenet manū ad bursam vel denariū. Nam cum sedet ad sententiandū debet homo fugere vel nō festinare vt sit primus: quia primi peius habent et acrius puniunt. Sed qñ sedet ad elemosynas dandas et tenet manus ad bursam vel denariū: tūc homo dꝫ festinare vt sit de primis: quia sepe nihil habent vltimi clausa bursa vel deficiēte pecunia vel facta tota et sufficiente elemosyna. Ad propositū deus fm psalmistā. Iudex iustus et misericors. igitur in vita ista sedet ad miserendū vel elemosinas dandū: et tenet manū ad bursam et ad denariū. In ps̄. misericors et miserator dn̄s. ideo modo in hoc tp̄e festinare debemus venire ad eū dum parcit. et debemus esse primi in quadragesima: quia nunc exurgā dicit dn̄s. Invita autem alia futura et post quadragesimā deus sedet ad sententiandū et hꝫ manū ad gladiū. In psal. Cum accepero tēpus ego iustitias iudicabo: ideo nō oportet ad sententiā festinare pro tunc/sed ad elemosynā. ideo nunc exurgā dicit dominus. In iohele. ij. Nunc ergo conuertimini ad me in toto corde vestro. In ieiunio et fletu: et planctu et scindite corda vestra: quia sequitur benignus et misericors dn̄s. Sed quare: certe quia in psal. vij. Nisi conuersi fueritis gladiū suuꝫ vibrauit arcū suū tetendit et parauit illū: et in eo parauit vasa mortis: ideo est q̄uis per viā generaliter posset ire oneratus et portare tunicā suā et crocellos suos: tamen sunt aliqui passus vbi oportet destroguar vulgariter ꝛ soluere pedagium. qui autē transiret sine exoneratione et solutione pedagij insequerent eum illi de iurisditione cum gladijs et balistis et sagittis et esset in periculo: ita fit in portubus maris et rhodani et aliquibus villis sicut in carcasona de sale. Ita spūaliter q̄uis aliquo tp̄e possumus portare peccata: tamen modo tēpore quadragesime oportet deponere per confessioneꝫ et soluere pedagium per penitentiam et ieiuniū. Et hoc dicit Propheta. Conuertimini ad me in toto corde vestro: et soluatis pedagium in ieiunio et fletu ꝛc. quod si facere nolueritis: nisi nunc conuersi fueritis curia persequetur vos. Gladiū suum vibrauit: arcuꝫ suū tetendit ꝛc. ergo ecce fm illud. ij. ad Corinth. vj. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Ad quam salutem ꝛc.

¶ Collatio. xiiij. de cathedra sancti Petri apostoli et pro quolibet eius festo. Psal. xv.

Dixi dn̄o: deus meus es tu. in Psal. xv. Differentia est inter clericū paruum et pauca scientem: ꝛ clericū magnum et multa scientē: quia clerico paruo et pauca scienti non datur cathedra ad legendū et docendū sed datur clerico multa et magna scienti. Ad propositū. Si parrhisijs in fonte scientie obseruatur: q̄ magistris in artibus paruum et pauca scientibus non datur cathedra ad legendum: sed legunt in scāno et banco. Magistris autem in theologia multa et magna scientibus: datur cathedra ad docendum. figura huius Nee. viij. Quia Esdre clerico summo et in lege dei peritissimo fecerunt cathedrā ad legendū. vnde ibi dicitur q̄ stetit ibi Esdras sup gradum ligneum quem fecerunt ad loquendum: et aperuit librum coram omni populo super vniuersum populum eminebat et benedicit. Esdre. viij.

¶ Ad propositum beatus Petrus hodie positus est in cathedra doctor ad legēdum: ꝛ ad docendū: a toto populo Antiochie. Si ergo queratur que est causa: certe nulla alia: nisi quia summus clericus: non paruus: quia summa sciebat. non pauca: q̄uis enim aliquando sciuisset que erant hominum. tamē tunc non que hominum: sed que dei. Caro enim et sanguis ipsi non reuelauerat. ideo

ipse inquit cathedram accepi: quia dixi domino &c. In quo describit eum tripliciter.

| | | | |
|---|---|---|---|
| primo | vt | deuotum confessorem | dixi |
| secundo | | promotum assessorem | domino |
| tertio | | iam notum professorem | deus |

Fuit namque beatus petrus.

Confessor fidem publicans predicationis clamore. dixi
Assessor plebem iudicans prelationis honore. domino
Professor legem penetrans cognitionis vigore. deus.
In confessione populo profecit lucidando veritatē catholicam. dixi
In assessione christo successit attingendo dignitatē ecclesiasticam. dño.
In perfectione ceteros excessit penetrando deitatē mirificam. deus.

¶Quantū ad primū. Nota q nullus doctor ita efficaciter proficit sicut scientiā ostendēdo intellectui et per exēpla demonstrando sensui. Non est enim verior demonstratio illa que ad sensum est: ideo in mathematicis sunt verissime demonstrationes: quia preter demonstrationes ad intellectum fiunt descriptiones ad sensum: Ita profecit beatus Pe. Sicut doctor summus. Nam ea que docuerat ad intellectū de fide describebat ad sensuz opere predicando. Ubique dño cooperante: & sermonē cōfirmante sequentibus signis. i. miraculorū prodigijs: cui a deo super hoc singulariter est gratia collata. vnde ad vmbrā ipsius sanabant infirmi: quod de nemine aliorū apostolorū legit: per quod amplius profecit in cōuersione infidelium sicut patet in actibus aliorū apostolorū: ideo ipsi competit illud psal. Ipse dixit et facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Hec de pmo:

¶Quantū ad secundū. Nota q magna mia et magna gratia fit clerico paupi: qñ dñs terre ipsum vocat ad se: et facit assessorem in priuatis consilijs, assessorem in publicis penitentijs: assessorē et successorē in bñficijs: ita fuit per christū petro factū: quia ipsum vocauit ad se ne dixerim paupere scholarē: sed pauperem piscatorē: et tamen eum constituit assessorē in omnibus operibus suis. Primo quidem in secretis consilijs: sicut patet in transfiguratione in mōte Tabor vbi petrus fuit primo vocatus: et dixit. Faciamus hic tria tabernacula. Marci. j. In suscitatione puelle. Marci. v. et sic in alijs. Item assessorem in publicis. Marci. iiij. Ecce nos reliquimus omnia: quid ergo erit nobis. Amen amen dico vobis: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. Itē in assessorē et successorē in suis bonis beneficijs: qr fecit eū principē ecclesie: et omnium apostolorū in psal. Constituit eū dñm domus sue: et principē ois possessionis sue vt erudiret principes sicut semetipsum: et senes eius prudētiam doceret. In qua maximā gratiā & miam ei fecit: qr ad doctrinā talē requirit auctoritas cathedralis: hodie i huius signū anthiochie cathedre honorē accepit: successor domini sui et mia eius fact⁹. idō dr in psal. Cōfiteat dño mia ei⁹: & mirabilia ei⁹: filijs hoim. Exaltēt eū in ecclesia plebis: & i cathedra seniorū laudēt eū. Merito seniorū quia dictū erat: et senes eorū sapiētiā docerēt. Cathedra enim iuuenilis lasciuie est cathedra pestilētie: quā vitauit: sed cathedra seniorū maturitatis veritatis: & penitētie: in qua legit. Prudētia & lex veritatis eius que fuit l ore ei⁹: & in hac cathedra fuit hodie collocat⁹: nō in ea cathedra vanitatis & fatuitatis in psal. Beatus vir q nō abijt in cōsilio impiorū: & in via peccatorū nō stetit &c. Sz i lege dñi fuit volūtas ei⁹: fuit fili⁹ iquā dñi: cui⁹ ipse fuit assessor & successor. de quo in psal. Dñs in syon (.i. ecclesia) magn⁹ & excelsus sup oēs populos i qua celsitudine fecit dñm suū & vicariū tā sup apostolos: q̄ sup al os petrū apłm. Sicut scribit Geñ. xxvij. Dñm tuū illū cōstitui, & oēs fratres eius .s. apłos seruituti eius subiungaui. Hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū. Nota q ipse factus est per xpm doctor et professor vtriusq iuris: tā canonici q ciuilis non em decet habere cathedrā nisi doctorē fecit aūt sicut fit in alijs doctoribus. Nā noluit eum doctorē facere nec biretū cōferre nisi debita examinatione pcedente publica et priuata: et quia semper examinatio debet fieri in scientia doctorandi: et beatus in scientia salutis debebat doctorari: fuit examinatus. In examinatione prima in fide. In secunda de charitate: et iste fuerūt priuate. In tertia de spe que sunt virtutes catholice: et hec fuit publica. Prima examinatio facta fuit. Mat. xiiij. Qñ christus venit ad discipulos ambulans supra mare: et dixit eis Habete fiduciā. Et petrus dixit ei dñe. Si tu es iube me venire ad te super aquas. Et cum ambularet sup aquas videns vētum valde validū timuit. Vñ in ista examinatione. quia multū dura et primaria trepidauit: et non multū bene se habuit: nec sufficienter. vnde cū cepisset mergi: clamauit dicens. Dñe saluū me fac. Et statim xps respondit, et reprehendit eum. Modice fidei quare dubitasti.: idō qr nō plene: nec sufficiēter in prima examinatione se habuit de fide: tunc ipsum nō doctorizauit. Sed de charitate secundam examinationē priuatā adiecit. Joh. xxi. dicens. Simō iohānis diligis me plus his: et ipse optime tunc respondit dicens. Dñe tu scis quia amo te. Per triplicē responsionē ostendens se triplicē habere charitatē ad deū. et seipsum: et ad proximū. Uidens christus q de priuata examinatione charitatis responderat eum ad respondendū exposuit de spe simul et fide in qua se male primo habuerat: et hoc fuit. Mat. xvij. Quando interrogauit oēs discipulos publice. An in ipsum: vt in hominē crederēt: et vt deū remuneratorem sperarent dicens. Quē dicūt homines esse filiū hoīs. Et alijs male respondentibus. Petrus volēs in vtroq iure doctorizari rñdit de iure canonico et ciuili. Tu es xps filius dei viui. Ecce de iure ciuili. Primo de humanitate. Tu es xps in quo fuit spūs scti vnctio. filius dei viui: ecce de iure canonico. i. diuino: et sic et creatorē credidit et remuneratorē sperauit. Ideo xps vidēs ipsum ita bn rñdentē: ipm doctorez in vtroq iure fecit: dicēs. Btūs es symon bariona: qr caro et sanguis nō reuelauit tibi: sed pr &c. Bonū doctorē habuerat: quare bonus scholaris erat. Et ego dico tibi: q dabo tibi claues regni celorū. i. coronā circularē. et ex hoc factus est sanctissimus doctor. Ad lrām Antiochie raserūt ipsi caput ad modū corone in opprobriū: et ideo eā portāt clerici: nō in dedecus: sed in honorē ipsius et ecclesie decus: ideo potest dicere illud. Ad Tymothe. iiij. Bonū certamē certaui, cursuz consummaui, fidē seruaui. De reliquo reposita est mihi corona iustitie: quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex: nō solū aūt mihi: sed et ijs qui diligūt aduentū eius. Dixit autē quā reddet: qr ad literā beati Petri et clericorū fuit et est per remotionē et ablationē et signat q clerici debent propter deum relinquere tpalia: et esse rasi a secularibus negotijs: et deo solūmodo adherere: qr ipse reddet centuplū. Mat. xix. Centuplū accipietis &c. Et ideo clerici accipientes tonsurā: dicūt illū versum. Dñs pars hereditatis mee et calicis &c. Et idō dicit. Quā reddet mihi dñs. idō dr Sapieñ. x. Reddet iustis mercedē laborū suoruz que multa est: vnde Gaudete et exultate in illa die. Math. v. Ad quam &c.

¶Collatio. xv. De beata maria virgine. ex psal. xv.



A Dextris est mihi. in psal. xv. Regula est in mathematicis q due linee ex opposito concurrentes et intersecantes in puncto: que prius fuit ad dexterā postea est ad sinistrā et econuerso. Ad ppositū in mundo est duplex linea: duplex. s. via: vna iustorū: et alia impiorū. i psal. Nouit dñs [illegible] iā iustorū: et iter impiorū. Per dexterā intelligit psperitas. et p sinistrā aduer[illegible]itas. Aliqui deficiūt in aduersitate: sed plures peccāt in psperitate. in psal. Cadēt a latere tuo mille et decē milia a dextris [illegible] iustorū

est via aduersitatis et sinistra i isto mũdo et via malorũ ꝓsperitatis et dextere sed iste due vie se intersecãt i pũcto.i.in morte:⁊ tũc illi q̃ fuerũt i mũdo isto ad dexterã ꝓsperitatis vadũt ad sinistrã pene et aduersitatis.et ecõuerso iusti qui in ista via fuerũt ad sinistrã aduersitatis:vadũt ad dexterã glorie ⁊ ꝓsperitatis.de quib⁹ prouer.iiij. Uias q̃ a dextris sunt nouit dñs:que aũt a sinistris ꝑuerse sunt.ideo dictũ est in psal. Nouit dñs viã iustorũ.s.notitia approbatiõis: qꝛ ad dexterã et iter ipiorũ qꝛ ad sinistrã.ꝑuerse sunt eis. horũ pulchra figura. Geñ.xlviij. Joseph obtulit filios suos Jacob bñdicẽs et Manassem primogenitũ suũ ad dexterã:et Effraim scdo genitũ ad sinistrã. Jacob aũt vt dr ibidẽ extẽdẽs manũ suã ad dexterã posuit super caput Effraim minoris:sinistrã autẽ posuit super caput Manassem:qui maior natus erat cõmutans manũ. Per Jacob intelligitur deus:per Joseph:mundus. Joseph interptat crescens:et hꝫ primogenitũ Manassem.i.obliuionẽ/qꝛ accrescẽtia tpaliũ facit obliuisci deũ. Interptat etiã iustus:et habet secũdogenitũ Effraim.i.frugiferũ. Iste frugifer ꝑ mundũ in vita ista ponit ad sinistrã et ad paupertatẽ ⁊c. Sed obliuiosus manasses ponitur ad dexterã prosperitatis:sed in morte deus manũ cõmutat quia iustũ ponit sub manu dextra glorie:obliuiosum aũt et maiorẽ natu ponit sub sinistra pene:et quia beata virgo in tota vita ista fuit ad sinistrã aduersitatis ⁊ pene:necesse fuit vt in morte poneret ad dexterã prosperitatis et glorie:qđ se testat fecisse filius dei. A dextris est mihi.ergo. Regina celi letare:qꝛ quẽ meruisti portare ⁊c. In his verbis;tripliciter describit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Primo | vt regnantem | | perpetuis | a dextris |
| Secundo | vt letantem | In | precipuis | est |
| Tertio | vt participantem | | bonis mutuis | mihi |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Regnans | | perpetuis | | supernũ solium |
| Exultans | in | precipuis | qꝛ homo cõsequit | eternũ premium |
| Participans | | bonis mutuis | | maternũ gaudiũ |

¶Quantũ ad primũ. Nota ꝙ ꝑsone honorabiliori digniori et immediatiori regi in regno:post regẽ debet locus honorabilior:dignior/et immediatior:et ideo matri regine debetur locus honorabilior ⁊ immediatior. Talis aũt persona est regina mater regis:locus aũt est a dextris. figura.iij.Reg.ij. Uenit Bersabee regina ad regẽ Salomonẽ:et surrexit rex in occursum eius et adorauit eam: seditqꝫ supra thronum suum:positusqꝫ est thronus matris regis que sedet ad dexteram eius. Beata virgo est dignior post filium inter creaturas in paradiso: et ei coniunctior:⁊ immediatior.quia est a dextris.vnde in morte ea veniente ad filium. Filius qui est alter: immo plus q̃ Salomon: ad literam occurrit ipsi et positus est thronus matri/et sedit ad dexteram. in psal. Astitit regina a dextris in vestitu deaurato id est in corpore glorificato: quia in vtroqꝫ. Est tamen aduertendum ꝙ quedam persone sunt ambidextre.i.vtraqꝫ manu: vt dextra vtẽtes: et iste quocunqꝫ se vertant sunt semper ad dexteram: talis erat aioth. Judic. iij. Qui vtraqꝫ manu vt dextera vtebatur: alie sunt habentes vnam manum solam dexteram: et isti non sunt semper ad dexteram. Sed in determinato situ loco:et distantia et tempore. Sic due persone spiritualiter fuerunt ambidextre:quia tota vita fuit spiritualis/ et absqꝫ omni peccato: sed alie omnes habent sinistrã aliquid ptinẽs ad corpus.s.peccatũ. Un Ber. excepta inqꝫ virgine de qua ꝓpter honorẽ dñi cũ de peccatis agitur. Nullã prorsus volo q̃stionẽ habere. Si omnes sancti et sancte cũ hic viuerent interrogati fuissent. Utrũ sine peccato essent. Omnes vna voce clamassent. Si dixerimus ꝙ peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est:quia ipsa ergo cum filio fuerat sine sinistra decebat vt ex omni parte.s.anime et corporis esset ad dexte-


ram glorie. In alijs autem sanctis qꝛ fuit sinistra alicui⁹ pcti non est sic. vnde non fuit ex parte corpis in dexterā: sed erūt post determiatā tpis distātiā .i. in resurrectione: iō dicit mr̄ filio illud psal. Tenuisti manū dexterā meā .s. aiam ꝛ corp⁹: ꝛ cū voluntate tua deduxisti me in paradisum: me .s. in aia. ꝛ cum iterū per corpis resurrectionē suscepisti me: dicendo illud psal. Sede a dextris meis Donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Dextera namqꝫ dn̄i fecit virtutem: dextera dn̄i exaltauit me: dextera dn̄i fecit virtutem: Ideo non moriar: sed viuam. qꝛ habet prouer. iij. In dextera eius longitudo dierū: ꝛ in sinistra illius diuitie ꝛ gloria. Hec de primo.

¶Quantū ad scd̄m. Nota ꝙ est dr̄a inter possidentē regnū ad tp̄s ꝛ vsurpatiue: ꝛ possidentem in perpetuū ꝛ collatiue. Qui em̄ hꝫ regnū ad tp̄s ꝛ vsurpatiue: nunqꝫ perfecte gaudet ꝛ letat̄ in ipso: qꝛ ipsum timet perdere: sꝫ semper est in dubio, timore ꝛ anxietate. Sed habēs regnū in ppetuū ꝛ ex alteri⁹ collatione gaudet ꝛ letat̄ stare in eo secure ꝛ sine anxietate. Hec aūt dr̄a inter regnū tēporale ꝛ celeste ponit̄: regnū em̄ tpale est p vsurpationē. vt Aug. recitat in libr. de ciui. dei. Regna magna, magna sunt latrocinia. ille aūt vsurpat q̄ nō debite sed vltra ꝙ dꝫ vel regna vel alia tpalia amat: ꝛ ista non habemus nisi ad tp̄s ꝛ iō in nulla re tpali debemus esse sine timore: qꝛ opꝫ ea pdere: nec est igit̄ pfectum gaudiū qꝛ Job. xxj. Gaudēt ad sonitū tympani ꝛ in puncto ad inferna descēdūt: ꝛ iō beati oēs q̄ timēt dn̄m. in psal. Ideo regnū huius mundi est simile illi regno: vbi quolibet anno vn⁹ eligit̄: ꝛ quolibet anno deponit̄. ꝛ in fine āni de regno expellitur: ꝛ cogit̄ exulare: sed regnū dei non est de hoc mundo ꝛ ideo est perpetuum ꝛ cōfert liberaliter a deo: ꝛ ideo ibi hō pōt letari ꝛ exultare secure: qꝛ est inamissibile. Exultabo ꝛ letabor in te in psal. vbi describit matrem filius vt letantem in bonis ppetuis: qꝛ hꝫ cū eo eternū premium: qḋ notat̄ cū dr̄ est: qḋ verbū est subsistētie pmanētis. Dn̄s regnauit decorē indutus est. Ecce ꝙtum ad se. Etem̄ firmauit orbē terre q̄ non cōmouebit̄. ecce ppetuitatē regni ꝛ subiungit mater inamissibilitatē premij. Parata sedes tua extunc a seculo tu es. Hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū. Nota ꝙ bonoꝝ peregrinoꝝ ē vt si vn⁹ recepta curialitate ꝛ seruitio ab alio in patria illius. ipsi recompenset in terra sua: cū xp̄s peregrinus fuit in hoc mundo cum matre. Luce. xxiiij. Tu solus peregrinus. q. d. nō in psal. Incola ego sum apud te ꝛ peregrinus sicut omnes patres mei. Beata autem virgo in terra sua. i. in corpore suo ꝛ in mundo isto xp̄o ꝯtulit beneficia et seruitia. Nā eū in hospitio. i. in vtero suo recepit. vestem de panno proprio cōtulit. s. de corpore suo. ꝛ ipsi ministrauit ꝛ parauit ꝛc. ꝛ quicquid potuit curialiter fecit. ꝛ ideo xp̄s in terra sua in celesti patria matrē cōpensare debuit eā i hospitio paradisi collocando ꝛ veste corporalis resurrectionis induendo ꝛ cibus angeloꝝ ei conferendo: oīa bona mutuo communicando ꝛ participē efficiēdo, quod fecit. ideo dicit̄ a dextris est mihi. In quo ostendit̄ ꝙ fecit eā participem in bonis mutuis: qꝛ hꝫ cum eo paternum gaudiū: in psal. Quid. i. aliquid mihi est in celo: quod tibi conferant a te quid. i. aliquid ꝛ volui super terrā. sed ibi nō est simile qꝛ ibi deficit caro mea ꝛ cor meū: sed tu quidem habes ipsam ꝛc. deus cordis ꝛ pars mea deus ineternum, ꝛ merito: qꝛ dn̄s pars hereditatis mee: nullā in preclaris ꝛ em̄ hereditatis mee preclara est mihi. Ergo rogem⁹ celorū reginam vt nos bonorum suorū faciat participes: ꝛ secū esse letantes etiā in illo eterno regno regnātes: quare cū dies illa venerit de qua scribit̄ Mat. ij. In qua quidem eius filius statuet agnos a dextris: hedos aūt a sinistris: cum illis dixerit. Ite maledicti in ignem eternum. Nos illud mereamur audire. Uenite benedicti patris mei percipite regnū: qꝛ ibūt illi ad suppliciū eternū: isti

autem ad vitam eternam. ad quam rc.

Collatio.xvi. De annunciatione dñica vel natali domini. Ex psal.xvi.



De absconditis tuis repletus est vēter. in psal.xvi. Principis rēpublicā gubernātis est thesaurū tpe necessitatis r indigētie subditorum distribuere a diversis partibus vbi eis eueniet necessitas mittere r dispēsare. hoc aūt fit vt preciosior r magis dilecta in loco preciosso ri r magis dilecto ponetur. r ponat figura horuz Gen.xliiij. Joseph fact⁹ publice gubernator vniuersalitatis: imminente fame aperuit horrea egypti: r dispēsabat frumētū nō solum in egypto: sed etiam in aliis regionib⁹: vñ cum impleuisset saccos fratrum suorū: tacite mittens in terram canaam / fecit poni suum ciphum sibi charū in ore sacci fratris sui Beniamin sibi chari r predilecti. Ad propositū de⁹ est vtilitatis publice totius vniuersi gubernator: cuius prouidētia in sua dispositione nō fallit: qr ergo in tpe nature ipse thesaurū tpalium dederat humano generi: r non sufficiebat ad humanā salutez: postq̄ ipse thesaurū legis mosaice aperuerat tēpore legis scripte: nec sufficiebat: tandē secretius r nobilius nobis misit tpe gratie xpm in quo oēs thesauri sapientie r scientie dei absconditi sunt s3 Apo. ad Collo.ij. r qr iste thesaurus a seculis erat abscōditus: tñ charus: secretū vas r deo charissimū vterū. s. virginalez deus pater elegit: in quo vase ille cyphus argenteus clarus veritate doctrine r sonosus predicatione in via letificans: qr calix inebrians in quo auguratur i. cuncta operat de⁹ pater nobis est apportatus. r hec verba psalmi. super hoc. Dirigit deo patri dicens. De absconditis tuis adimpletus est venter.

Ubi nota tria.

Nā —— { hoc aliqd reuelatur / receptatur / fecundatur } qr { De absconditis / De suis adimpletus. / est venter. }

hic nanq3 —— { reuelatur diuinitas occulta / receptat isirmitas mensurata / fecūdat v̄ginitas ipgnata } iō dixit { De absconditis / tuis adimplet⁹ / est venter }

Quantū ad primu3. Nota q̄ cū xps esset thesaurus preciosus r absconditus non fuit totaliter r publice parat⁹ r reuelatus: qr denudari desiderat q̄ talem thesaurū per viā portat. sed fuit nobis abscōdit⁹ r velatus / sola fide reuelatus fuit aūt abscondita / r sua diuinitas in matris vtero in crucis patibulo r lapideo sepulchro. In matris vtero fuit abscondita sicut thesaurus in agro. Nota q̄ hoies volentes thesaurū suum seruare a latronibus: ponūt in loco inexcogitato: r de quo nullus suspicet: vnde aliqñ ponunt in agro. Ita fecit de⁹ volens hunc thesaurum filium suum demonibus celare in loco inexcogitato in agro florido. vtero virginali ipsu3 abscōdit: non solū trib⁹ mensib⁹ sicut fuit abscōdit⁹ Moyses Exo.ij. Sed nouē mensib⁹ sicut ceteri hominū: r quis hoc vnquā cogitasset: certe hoc factū est quatenus hoc sacramentū diabolo celaretur: de q̄ Matt.ij. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro rc. Secūdo fuit abscondit⁹ in patibulo crucis: sicut abscondit lux in nubilo: veniente eī nube terrestri r grossa. Lux in nube tempore tēpestatis absconditur: r sol niger redditur: r eius claritas obumbratur. Ita fuit in tempestate passionis qr tūc claritas diuinitatis non videbatur: quinimmo ipse sol factus est niger qr vidimus eum / non habentem speciem neq3 decorem. Abacuc.iij. Splendor eius / vt lux erit: cornua in manibus eius: hoc fuit in cruce: ibi abscōdita est fortitudo eius ante faciem eius: ibi mors. Tertio fuit absconditus in lapideo sepulchro sicut abscondit leo in antro: catulus leonis in antro positus r mortuus tertia

die ad vocem patris resurgit: ita xps positus mortuus in sepulchro deo patre clamante illud psal. Exurge gloria mea: exurge psalterium et cythara rc. et statim resurrexit dicens. Exurgã diluculo. ideo et cõpetit sibi illud psal. In abscondito quasi leo in spelũca sua. Esa. xliiij. Tu es deus abscõditus et saluator isrl. De his tñ oibus est reuelatus per fidẽ Luce. x. Abscõdisti hec prudẽtibus et sapientib⁹ et reuelasti ea paruulis. i. fidelibus xpianis. Hec de primo principali

¶ Quantũ ad scdm. Nota q in vita ista sola virgo fuit adimpleta: qr deũ recepit tpalib⁹ eñ nõ replet/rõ hec est/sic est de receptione bonorũ tpaliũ in mundo sicut de receptione aque in puteo. In puteo eñ due situle nunq̃ sunt plene simul sed dum vna implet/alia euacuatur. Sic in hoie sunt due situle/aia et corpus. Qñ eñ corpus implet tpalibus/aia euacuat spũalibus: et ecõuerso. iõ hõ nunq̃ est plenus. Aia ei⁹ nõ implet bonis. Ecclesi. vi. Sola eñ beata Uirgo ex speciali munere habuit plenitudinẽ in mente per gratiam collatam: et in ventre per diuinitatem incarnatam ideo Luce primo. Angelus eã plenã vocauit dicẽs. Aue gratia plena dominus tecum rc. In psal. Adimplebo eum et ostẽdã illi salutare meum. Et hec de secundo.

¶ Quantum ad tertiũ nota de nulla arbore per florẽ fructum ferentẽ visũ est vt flos simul staret cum fructu/sed veniente fructu flos marcescit et cadit/vñ nũq̃ stant simul: sed si inueniret talis arbor vbi flos sil staret cũ fructu/et fructus cũ flore non corrupto/illa arbor et fructus eius posset dici benedicta. Hoc autem inuenitur in arbore vbi fructus et flos idem sunt: sicut in ficulnea pferente fic⁹ precoquas vulgariter figas flos. Nam ibi simul stant flos et fructus qr idem sunt. In nulla muliere nunq̃ fuit simul flos et fruct⁹/virginitas et fecunditas/ nec vnq̃ simul steterunt/sed adueniente fructu: cecidit flos virginitatis. In fructu aũt beate marie virginis: simul steterunt flos et fructus/virginitas et fecunditas: rõ aũt fuit qr ille fructus fuit flos. Esaie. xi. Egredietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet: vnde cantam⁹. Uirgo dei genitrix virga est: flos filius eius. Ideo qr idem erat flos et fructus. Fructũ genuit filium cõcipiendo et pariendo/et flos non emarcuit virginitatẽ perdendo vel mouendo: iõ venter ille cũ fructu solus bñdici debuit/sic fecit illa Elizabet Luce. i. Benedicta tu inter mulieres et bñdictus fructus ventris tui. Illud fecit Lu. xi. Que extollẽs vocem dixit xpo. Beatus venter q̃ te portauit: et vbera que suxisti. Quinimmo ille dixit. Beati qui audiunt rc. Ad quam beatitu.

¶ Colla. xvij. De annunciatione dñica vel natali dñi. Ex. psal. xviij.

In sole posuit tabernaculũ suũ. ex psal. i. Ad bonũ dom⁹ ordinatorẽ pertinet vnicuiq̃ locũ sm cõditionẽ cõferre vt primis et maiorib⁹ et nobilibus loc⁹ prior et honorabilior et nobilior cõferat: et minorib⁹ minor: et mediocrib⁹ mediocris eligatur. figura Gen. xliij. Joseph dispẽsator et ordiator dom⁹ sue et pharaõis/in cõuiuio fecit sedere fratres suos sm cõditionẽ cuiuslibet vt prim⁹ esset in prio loco: et sic de aliis. vnde dr vn⁹ ibi. Sederũt corã eo primogeniti sm primogenita sua et iuxta etatẽ suam. Hoc silr est in naturalibus. de⁹ eñ qui fecit oia in ordine et mensura: nobilib⁹ auibus dedit locum altiorem vt aquile. Job. xxxix. Ad preceptũ tuum e⁹ euabitur aquila: et in arduis ponet nidum suum. ignobilibus dedit locum inferiorẽ vt passerib⁹. Passer eñ solitarius in tecto. Illic passeres nidificabunt. Ibi enim passer inuenit sibi domũ et turtur nidũ/vbi reponat pullos suos. in psalm. Ad ppositũ. De⁹ pater voluit mittere filiũ suũ in mundũ/et qr ipse sicut nobilissima aquila q̃ prouocat ad volãdũ pullos suos. Deut. xxxij. Non debuit sibi dare nidũ et tectũ vteri cuiuslibet mulieris vbi est nid⁹ cõis hoim: sz oportuit vt eligeret sibi tanq̃ aquile regie nidũ in arduis in loco alto et in preruptis silicib⁹

hoc est in virginis alme visceribus. in quo loco altissimo ꝑ merita ⁊ virtutes: deus pater tabernaculum ⁊ nidū filio suo fecit: sicut ipse filiꝰ ꝓmiserat Leuit. xxvj. Ponā tabernaculū meū in medio vr̄i: ambulabo inter vos ⁊ ero vr̄ deꝰ. Et hoc factū est ⁊ cōpletū in annūciatiōe de quo dr̄ hic. In sole posuit tabernaculū suū: vbi tria describūtur. Nā hāc filij humanitatem. ps̄: describit tanq̄.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Curiosius fabricatā | | plenitudinē sanctitatis | taberna |
| Copiosius ꝑdicatā | Nā hec ꝯtinet | magnitudinē diuinitatis | posuit. |
| Eminentius sublimatā | | originē claritatis | in sole |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| sanctitas | | affuit | | mente spirtali | | tabernaculum |
| diuinitas | hec | latuit | in | ventre virginali | idō dr̄ | posuit |
| claritas | | paruit | | dote spirituali | | in sole |

¶Quantū ad primū. Nota ꝙ beata virgo ꝯparatur tabernaculo ꝓpter tria. q̄ deus in tabernaculo veteris testamēti opatus est ad iudeoꝝ salutē. Que sp̄ualiter est in virgine ad xp̄ianoꝝ salutē operatꝰ. Nā illud tabernaculū dei fuit ꝑ descēsum dei sctificatū: nube lucidatum: in pacto federatuz. Sic habitatio virginis fuit ꝑ descēsum sp̄ūssancti sctificata: ⁊ etiā in vtero ⁊ ceteris copiosiꝰ ſm Bern̄. vn̄ de hoc in ps̄. sanctificauit tabernaculū suum altissimꝰ. Sic scd̄o: cum deꝰ descēdit in istud tabernaculum non descēdit nisi in nube quā in ea assumpsit nostre humanitatis. Exo. xxxiij. Ingresso primo tabernaculum federis descēdebat. i. suo descensu se prebebat columna nubis. Apoca. xxj. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: ⁊ habitabit cum eis. Sic secundo sicut in tabernaculo federis deus loquutus est moysi facie ad faciem: sicut solet homo loq̄ ad amicum suum. ⁊ pepigit pactum federis cuz populo dicens. Precedet te facies mea: ⁊ ego ostendam tibi omne bonum. Exo. iij. Et ipse precessit eos cum tabernaculo per columnam nubis per diem ⁊ per columnam ignis per noctem: vsq̄ ad terram promissionis. Exo. xiij. Ita in tabernaculo humāitatis assumpte: in tabernaculo virginis deus nouissime locutus est nobis in illo facie ad faciem ⁊ pepigit pactum federis ⁊ dilectionis nobiscū dicens: ꝙ precederet nos facies sua: ⁊ ostenderet omne bonum quia gloriā paradisi: ⁊ ipse precessit nos ꝑ colūnam nubis q̄tum ad fidem: ⁊ ignis: q̄tum ad charitatē. Donec veniamus ad bona dn̄i in terra viuentium. Ideo hoc est tabernaculum de quo in psal. Trāsibo in locum tabernaculi admirabilis vsq̄ ad domum dei. Hoc em̄ est tabernaculum suum vbi solum habitauit in hominibus. quod solum filio dei ingredienti soli sine peccati macula debebatur. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. R̄ndet: q̄ ingreditur sine macula. in ps̄. Ille est xp̄s: q̄ de alijs. ps̄. In peccatis cōcepit me mater mea. Hec de primo.

¶Quantū ad secūdū. Nota ꝙ deꝰ fecit incarnationez sicut sapiēs piscator: q̄ talis volens capere pisces in hamo nō ꝓijcit: nec ostendit ferrū nudū piscibus: sed coopertum carnibꝰ ꝓsequūtur: ⁊ capiunt. Sic fecit deꝰ volēs capere hoīes ⁊ ad se trahere: misit filiū nō nudū: vtiq̄ q̄ diuinitatis potētiā horruissemꝰ ⁊ fugissemꝰ: sed vestitum carne nr̄a: vt ei silēs ip̄m ꝓsequeremur: ⁊ ab ipso traheremur: ⁊ ideo anteq̄ ipsum ad mundū ⁊ ad mūdanos ꝓijceret: posuit eū in camera vteri virginalis: vbi eū in carne nr̄a posuit: ⁊ vestiuit. qđ factū fuit in dn̄ica annūciatione. idō dr̄ posuit. in psal. Posuit in mari manū eius. i. in maria q̄ interpretatur amarum mare: filium suum qui est manus dextera: per quam pater operatur in fluminibus. i. virginis visceribus dexteram eius. Ipse inuocauit me: pater ⁊c. Ego primogenitū ponam illū. s. patris ab eterno/ ⁊ matris in tp̄e excelsum pre regibus terre. Nota etiā ꝙ dicit signanter posuit manū in mari. idest in maria manum: q̄ modus est magnorum per terram euntiū vt a precursore faciāt domū singularez sibi signari ⁊ ad manū suā poni sibi: ⁊ ex tunc

nullus illuc ingredit vel habitat nisi ipse solus: et est ab omnibus alijs secura. Ita fecit dei filius: qui in hunc mundum veniens premisit precursorem suum. Luce.j. Qui missus est angelus Gabriel a deo etc. Et iste signauit hospitium gratum: singulariter ad Mariam virginem. Et ingressus dixit. Aue gratia plena. Et posuit ad manum curie: ad manum dei. Dominus tecum. Et ideo ex tunc: nullus habuit potestatem in domum illam: quia nec diabolus/nec pctm nec ioseph/nec mundus: sed solus dominus ibi habitauit. solus dominus est ingressus. Ezechie.xliiij. Porta hec clausa erit: et non aperietur: quia solus dominus ingredietur per eam: hoc etiam ipsa petebat. Canticorum.viij. Pone me vt signaculum super cor tuum. in Psal. Tu formasti me et posuisti super me manum tuam. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium. Nota quod beata virgo soli comparatur propter tria. Nam sol est omni luce creata in quantitate maior/claritate lucidior/fecunditate virtuosior. Ita beata virgo est omni sancto paradisi maior: quantitate meritorum: lucidior claritate premiorum/virtuosior fecunditate prolis et morum: vel fecunditate donorum vel miraculorum: sicut enim sol est fons lucis et caloris: et in cuius virtute inferiora germinant: ita beata virgo maria fuit fons illius quod est lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Joh.j. et illius de quo in Psal. Non est qui se abscondat a calore eius: eo dicente. Ueni mittere ignem in terram. Luce.xij. Et cuius virtute et gratia: nos inferiores in bonis operibus germinamus: vnde pot dici de ea illud Psal. Thronus eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum. Ad terram enim sol et luna steterunt in habitaculo suo. Abacuc.iij. vnde Apoca.xij. Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole et luna sub pedibus eius etc. Dic quare comparatur soli et lune: ergo est illa de qua dicitur Esaie.xix. Ciuitas solis vocabitur vna: sicut autem diximus sic vidimus in ciuitate domini virtutum: in ciuitate dei nostri: etc. Ad cuius visionem etc.

¶ Collatio.xviij. De beato Gregorio. ex Psal.xviij.



Apientiam prestans paruulis. In Psal.xviij. Res ardua periculosa: et difficulter ad dispensandum non datur per dominum tardo viro sed prudenti et fideli: prouido et sapienti. Mat.xxiiij. Fidelis seruus et prudens quem constituit dominus sup familiam suam vt det illis in tpe tritici mensuram. figura huius. Gen.xli. Pharaoni occurrit res ardua et difficilis ad dispensandum et bene ordinandum scz septem anni summe egestatis et sterilitatis: ideo oportebat vt in ista re tam ardua esset talis per Pharaonem positus dispensator: quod malum inopie septem annorum egestatis p bonum copie septem annorum fertilitatis prudentius temperaret: vnde dicit Joseph Pharaoni. Prouideat rex virum sapientem et industrium: vt preficiat eum terre egypti etc. vt non consumatur terra etc. Rex autem prefecit dispensatorem non nisi sapientem ipsum scilicet Joseph. Cui dixit: numquid sapientiorem te inuenire potero: tu eris sup domum meam: et tui oris imperio cunctus populus obediat: vno tantum regni solio te precedam: et tulit anulum de manu sua: et dedit ioseph et stolam. Ad propositum res ardua et difficilis est regere domum vniuersalem ecclesie militantis: ideo deus quando ipse disponit: non committit eam nisi viro prudenti/fideli/industrioso et sapienti. In ecclesia enim primitiua processerunt septem anni vbertatis et fertilitatis: quando regebatur septem operibus misericordie: et erat plena septem donis spiritussancti. Timeo enim ne hodie sint septem anni sterilitatis: et regnent septem peccata mortalia in personis ecclesiasticis ideo deus in ecclesia non ponit dispensatorem nisi sapientem: qui sciat de prioribus ecclesie fertilitatibus et bonis operibus nunc in ecclesia dispensando predicatione et opere proficere. Sed dices vnde hoc quod in ecclesia inueniuntur multi dispensatores qui non sunt scientes in speculabilibus: prudentes et industrij in agibili-

bus/sapientes de celestibus. Rñsio est: q2 ad dispensandum eos deus non posuit: sed parentes vel mundus. vñ conqueritur dñs. Mat.xxiiij. Quis putas est fidelis seruus & prudẽs quẽ cõstituit dñs &c. Et q2 beatus Gregorius fuit sciens/sapiẽs/& industrius. ideo deus dedit ei reginẽ super re ardua & difficili/ dicẽs. Nunqd sapientiorẽ te inuenire potero? tu eris super domum meam & ecclesiã: et dedit anulũ & stolam. i. insignia pontificatus summi. vno tantũ solio te precedam: q2 scz ego dñs: & tu seruus. Si ergo queratur quare hec fecit xpus. Certe q2 erat sapiens & industrius: & hoc est: q2 ipse erat sapientiã prestans paruulis. vbi Psalm. tripliciter describit beatum Grego. primo veritate lucentem: q2 habuit sapientiam. Secundo charitate feruentem: q2 fuit prestãs. Tertio humilitate placentem: quia comparauit se paruulis.

Fuit nãqz beatus Gregorius in { Erudium eruditione veritate fulgidus. / Inopum sustentatione charitate feruidus. / Humiliũ recognitione paruitate placidus. }

habuit sapientiam.
fuit prestans.
comparauit se paruulis.

Ergo iuxta predicta beatũ Grego. his verbis intuendo eũ inuenimus.

Fulgidum / Feruidum / Placidum in { splendore veritatis. / ardore charitatis. / decore paruitatis. }

Fuit nãqz ipse { Doctor egregi⁹ / pastor ꝓpri⁹ / inspector ꝓpri⁹ } ideo dr { sapiens / prestans / cõparauit se paruulis. }

¶ Quantum ad primum. Nota beatus Gregorius fuit doctor egregi⁹ habens claritatem veritatis doctrine propter suam summam scientiam: quã simul habuit: vnde vt in vita eius dicitur a pueritia: in physicis et artibus liberalibus plenissime eruditus fuit: ideo vocatur hic sapiens. Nota vix reperitur auis bene gradiens: bene & alte volans: et econuerso. sicut perdix que bene gradit: male volat. et econuerso hyrundo. Sic vix inuenitur homo habens scientiã de terrenis: & curam habens et scientiam de supernis: q2 vix se cõpatiuntur. Sed beatus Grego. & habuit noticiã per scientie cognitionem & curã per administrationem et prelationem de inferioribus: et noticiam et dilectionem de celestibus et superioribus: vnde gallo potest merito comparari qui grana vno oculo colligit et respicit inferius/ altero oculo a miluo se tuetur: et celum intuetur superius: clamore sibi et alijs precauens mortem a miluo. Sic fecit beatus Grego. quia sic in scriptura sapuit et docuit/ vt nunqz dimitteret superiora: nec vnqz relinqueret celestia. Sed de vtrisqz clarissime docuit: scripto/ verbo/ pariter & exemplo. vnde potest ipsi competere illud Job. xxxviij. Posuit in vestibus hominis sapientiam et dedit gallo intelligentiam: inde est q2 sm suum nomẽ dicitur doctor gregis: vel egregius: ideo dicitur Ecclesia. xv. In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eum dominus spiritu sapientie et intellectus stola glorie induit eum. Quod factum est quando indicio colũne prefulgide in signũ sue fulgide doctrine latitãs est inuẽtus & in summũ põtificẽ est ordinat⁹. Nota de doctrina ei⁹ in vita & quõ petrus sanctitati & sciẽtie gregoriane testimoniũ dedit. ideo cõpetit ipsi illud Psal. & ij. Paralipomenõ. i. Sapiẽtia & sciẽtia data sunt tibi: diuitias aũt et substantiã et gloriã tibi dabo. et hec de primo.

¶ Quantum ad secundum. Nota q2 dominus conqueritur de rectoribus ecclesie q2 ipsi non prestant ouibus pabulũ & subditis: nec pascũt eos: sed poti⁹ volunt pasci ab eis. Ezechie. xxxiiij. Ue pastoribus israel qui pascebãt semetipsos

nōne greges pascuntur a pastoꝛib⁹: sed beatus Grego. non fuit de illis: sed ipse gregi suo ꝓuidit: ideo dr pstans. Ubi sciendū q bonus pastoꝛ ouibus suis tria prestat: ꝛ ita fecit beatus Grego. Nā ille pꝛimo prouidit de sono fistule blandiētis. Nā cōmuniter pastoꝛes habēt cabꝛetā vel fistulā qua gregi melos canunt: ita ꝓuidit beatus Grego. cantū ecclesiasticū oꝛdinādo. Ipse enim fuit pater canentiū in cythara. Nota in legenda quō cōsiliū generale pꝛeelegit cantum ei⁹ cātui Ambꝛosiano. Secundo pꝛouidit de pabulo pascue nutrientis. Nota quo modo in vita elemosynas faciebat scutellā argenteam dari fecit / septem monasteria cōstruxit / omniū indigentiū nomina scripta habebat / tribus milib⁹ ancillis xpi. lxx. libꝛas auri quolibet anno dabat / ꝛ cetera in vita eius. Tertio pꝛouidit de baculo disciplie coꝛripientis. Nota in legēda sua qualiter subditos coꝛrigebat: ideo iste nō erat piger ꝛ doꝛmiēs super gregē suū: sed erat de illis de qb⁹ Luce. ij. Pastores erant in regione eadē vigilantes ꝛ custodientes vigilias noctis super gregem suū: ideo pꝛius bene cōparatus est gallo qui solus vigilat et custodit vigilias noctis super gregem suum: ꝛ ad vigilandū excitat: quod fecit beatus Grego. ꝛ pꝛedicando / ꝛ scribendo / ideo Grego. interpꝛetatur quasi vigilans. Iste ergo fuit pastoꝛ ꝓpitius: pꝛestans necessaria gregi suo: ideo potest dici etiam illud Judicū. xxviij. Hoc et hoc pstitit mihi. Hic est de quo Aposto. ij. Coꝛin. ix. Hilarem datoꝛem diligit dñs. Ecce sonum fistule blandientis: qui eñ administrat semen seminanti: et panem ad manducandum pꝛestabit. Ecce pabulum pascue nutrientis: et augebat incrementa frugum iustitie. ecce baculū diuine charitatis. Et hec de secundo.

¶ Quantū ad tertiū. Nota res oēs ad pꝛincipiū sunt gratiosioꝛes ꝛ placētioꝛes in sua paruitate: vt patet in pueris ꝛ aīalib⁹ alijs: qꝛ postea cū crescunt nō sunt ita grata. Sic spūaliter qdiu homo facit se paruulū per humilitatē est deo gratus / placēs ꝛ acceptus: sed nō cū crescit in superbiā. Jaco. iiij. Qꝛ deus superbis resistit / humilib⁹ aūt dat gratiā. Quanto autē homo maioꝛ est merito et minoꝛ sui reputatiōe in animo: tanto deo acceptabilioꝛ: qꝛ Eccl. iij. dr. Quanto maioꝛ es humilia teipm in oib⁹. Hoꝝ figura. j. Reg. iiij. Ubi dr q Saul maioꝛ erat omni populo ab humero ꝛ supꝛa: nec inueniebat vir ipsi similis in israel et tñ ipse erat paruulus in repꝛesentatione: ꝛ ideo fuit sic deo gratus q eū fecit regem in israel. vnde dr. j. Reg. xv. Nonne cū paruulus esses in oculis tuis caput fact⁹ es in tribubus isrl. Sic est de quolibet. ꝛ fuit in beato Grego. Nam cū magn⁹ esset in genealogia: qꝛ natus de nobilissimis romanoꝝ: magnus in sciētia ꝛ vita et reputatiōe: qꝛ maioꝛes dixerunt pape de sua absentia. petrū offendisti / romam destruxisti / Gregoꝛium dimisisti Itē angelus dicēti. Pax dñi ꝛc. Rñdit. Et cū spiritu tuo. Tamē ipse se paruulū reputans: papatum fugit. Nota historiam ꝛc. Item oꝛdinatus in papam se pꝛimus seruus seruoꝛum dei nominauit: et alios instruxit nominari. Nota alia ad suam humilitatem pertinētia: ꝛ idem cū esset paruulus apud se deus eū exaltauit in ecclesia militante ꝛ triūphante vt possit de eo intelligi illud. Mat. xviij. Aduocans iesus paruulū statuit eum in medio eoꝛum: ergo concludamus quod sequitur: quicūq humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maioꝛ est in regno celoꝛum. Ad quod ꝛc.

¶ Collatio. xix. De penitentia per totam quadragesimam: vel per totum tempus paschale ex Psal. xix.


Urreximus ꝛ erecti sumus. in Psal. xix. Inter cetera que plus et amplius excitant hominē a somno ꝛ faciunt eum surgere de lecto est clamoꝛ vel sonus foꝛtis. vnde in estate ad sonum tonitrui surgunt homines a lectis ꝛ excitantur a somnis. Sic legitur Josue. j. Fuisse excitatus Jonas per gubernatoꝛem dicentem cum doꝛmiret sopoꝛe gra=

ni. Quid sopore deprimeris: surge et inuoca deum tuum. Ad propositum statu peccati mortalis est sopor grauis: quia sicut soporatus non habet opera vite: ita nec peccator habet opera vite eterne meritoria. in Psal. Dormierunt somnũ suum et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Illud ergo quod plus excitat homines a peccato et facit surgere a peccati lecto est clamor confessionis. quod figuratur Joha n. xi. Ubi dicitur ꝙ Lazarũ dormientē quatriduanum. id est fetentem in monumento suscitauit iesus clamans voce magna dicens. Lazare veni foras. et statim prodijt qui fuit quatriduanus mortuus. Sic spiritualiter qui est fetens per habitudinem peccatorum excitatur: et prodit ad clamorem confessionis et modo est tempus in. xl. surgendi. ſm Aposto. Roma. xiij. Quia hec hora est iam nos de somno surgere: quia multi clamauerunt per confessionem. ideo excitati sunt a peccati somno et surrexerunt a peccato: ita vt possint dicere. Surreximus et erecti sumus. Ubi nota quia vt dicit Psal. per penitentiam.

| | | |
|---|---|---|
| Subleuamur a vitijs | surreximus | Nãqꝫ per penitentiam. |
| Informamur in gratijs | et erecti | |
| Solidamur in premijs | sumus | |

| | |
|---|---|
| Subleuamur relinquētes vitiorum ruinosam turpitudinē | surreximus |
| Reformamur ascēdentes meritoꝝ fructuosorũ altitudinē | et erecti |
| Solidamur amplectātes meritoꝝ fructuosaꝫ certitudinē | sumus |

¶ Quantum ad primum. Nota ꝙ homo consueuit surgere de lecto et de conuiuio. De conuiuio quando ministratur cibus venenatus et potionatus tunc est mensa peccatorum. Prouerbiorũ. xxiij. Noli esse in conuiuijs peccatorum nec respicias vinum quando flauescit: blande enim ingreditur et in nouissimis mordebit vt coluber: et quasi regulus venena diffundet. de hoc in Psalm. Surgite postꝙ sederitis qui mãducatis panem doloris. Nota quomodo peccatum per consensum cor attingendo hominem interficit sicut venenum. Secundo surgit potissime quando habet malam societatem: vt serpentem pungētem/vel cadauer mortuum et fetidum. Peccator habet serpentē mordētem in lecto. id est peccatum remordentem conscientiam: et cadauer mortuum. i. peccatum fetidum. Mat. xxiij. Ue vobis qui similes estis sepulchris dealbatis: qui foris apparent hominibus speciosa: intus vero sunt plena ossibus mortuorum Psal. Sicut vulnerati dormierunt in sepulchris ꝛc. contra hos Aposto. Surge qui dormis exurge a mortuis et illuminabit te christus. in Psal. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. hec de primo.

¶ Quantum ad secundum. Nota quod arbor tortuosa et declinans ad arborem rectam colligata erigitur: et in rectitudinem eleuatur peccatores sunt declinantes et tortuosi. in Psalm. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum ꝛc. Et iterum. Declinantes autem in obligatiões adducet dominus cum operantibus iniquitatem. ideo debet se colligare rei recte vt rectificetur: quia Cum sancto sanctus eris ꝛc. Jn Psalmo. Nunc autem arbor decora et fulgida est erecta. Arbor scilicet crucis et penitentie: cuius altitudo pertingit vsqꝫ ad celum: huiusmodi est fructuosa copia meritorum: ergo tortuosus peccator debet isti adherere per amorem et se ei colligare per operationem: et sic in rectitudinem erigetur. ij. Esdre. vi. Positum est decretum vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem/tollatur lignum de domo ipsius: erigatur et configatur in eo. Jn hoc enim ligno secundum Psalmistã. Dominꝰ erigit elisos: dominus dirigit iustos. Jn eam enim exit nobis cornu salutis. Luce. ij.

¶ Quantum ad tertium. Nota q in naui admiraldus/ vel dominus nauis habet bellatores suos scriptos in libro suo: et qui ibi est scriptus certitudinem habet de premio suo: deus fecit nauem ad bellandum contra nauem dyaboli: mundi et peccati. Qui ergo sunt de naui peccatorum nõ sunt scripti in libro vite: sed mortis. Apocal. iij. Non habes q viuas et es mortuus. Trenorum .v. Peccauerunt patres nostri et non sunt. Sed illi qui de naui peccatorum sunt translati ad nauem beatorum sunt scripti in libro vite. j. Joha. iij. Translati sumus de morte ad vitam. Nam sunt securi de statu et premio: quia vos a peccato surrexistis et ad meritoria opera vos erexistis: ideo ad premia eterna scripti estis: ergo iuxta illud Luce .x. gaudete quia noia vestra scripta sunt in celis. Ad qd celũ etc.

¶ Collatio .xx. de assumptione beate Marie virginis ex psal. xx.

Posuisti in capite eius coronam ex psal. xx. In regno temporali obseruatur q rege ad regnandum coronato coronatur et regina: vt sicut illi datur decus regale ad regnandum principaliter: ita ipsi ad conregnandum accessorie: sicut sunt participes laboris: ita sunt participes honoris. Figura Hester. ij. Postq rex Assuerus diadema susceperat regni similiter dedit Hester postea ad regnandum: vnde dicitur ibi. Adamauit eam rex super omnes mulieres: habuitq gratiam et misericordiam coram eo: et posuit diadema in capite eius fecitq eam regnare. Ad propositum dei filius per ceptrũ crucis et coronam: factus est rex in eternum. In psal. Ego autem constitutus sum rex ab eo etc. qui regnabit in domo iacob in eternũ: quia ergo ipse coronatus erat in regno decebat vt regina coronaretur ab eo: et pregnaret cũ eo: potissime: quia et ipsa ipsum coronauit in regno suo. Cãti. iij. Egredimini filie syon et videte regẽ Salomonẽ in diademate quo coronauit eum mater sua: ideo ipse sicut alter Assuerus adamauit eam super omnes mulieres. Ita factum Luce primo Angelus protestatur. Benedicta tu in mulieribus: habuitq gratiam et misericordiam coram eo: sicut dixerat ibidem angelus. Inuenisti gratiam apud dominum: posuit diadema regni in capite eius: et fecit eam regnare sicut dixerat ei angelus. Regnabit in domo iacob. Hec est ergo regina misericordie/ sponsa dei electa altera Hester. Que salutem populi apud regem felicius procurauit quam et filius coronauit vt ei psal. loquitur dicens. Posuisti etc. Ubi circa virginem tria describit. Inuenies .s. aliquid.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Depositum | } —— { | | patris sapientia equalis | posuisti |
| Propositum | } et hoc fuit { | | matris excellẽtia virginal' | in capite. |
| Appositum | } { | | luminis glia eternalis | coronam |
| Primo | deposuit sapiẽtiam coequalem | } —— { | intrauit secretius | |
| Secũdo | proposuit excellentiã virginalẽ | } quia { | exultauit sublimius | |
| Tertio | apposuit gloriam eternalem | } { | mistrauit pcelsius | |

Ideo dicit } —— Posuisti / In capite / Coronam.

¶ Quantum ad primum. Nota q nobile preciosum et charum depositum nõ nisi in loco precioso: et nobili debet poni. Sic filius dei cum esset nobilissimum depositum: non nisi in loco nobilissimo a deo debuit poni in virginis thalamo: qd figuratum est Gen. ij. Cum enim deus creasset hominem: noluit eum ponere nisi in loco nobilissimo: scilicet terrestri paradiso. Unde ibidẽ dicitur. Plãtauerat enim dñs deus paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hoiem etc. Certe hec paradisus voluptatis: fuit virgo btissima propter tria q illa paradisus habuit. Nota primo habuit lignũ vite in medio. Primo hoc lignũ fuit christus. Ego sum via veritas et vita. Johan. xiiij. Nota hoc lignum habuit: qd erat lignũ

vite:z sciētie boni z mali. Applica hec quomodo christo cōueniūt. Job.xxxviij. Posuit in visceribus hominis.i.virginis:qz christus se vocat filiū hominis:sapientiam increatam.s.boni z mali scientiam.

¶Secundo habuit fontem cum fluuio. Gen.ij. Qui diuidebatur in quatuor capita. Iste fons fuit dei filius Ecclesia.j. Fons sapientie verbum dei. Johan. iiij. Fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam:qui diuiditur in quatuor capita:z in quatuor euangelia ipsum predicantia.

¶Nota autē q fluuius egrediens de paradiso in hoc differt ab omnibus alijs quia alij montes z alie terre fontem z aquam non habent a se:sed ab alio vt dicit Aristo. libro Mete. scz a mari. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Ecclesiastes primo. Omnia flumina intrant mare. Sed paradisus non habet fontem z aquam ab alio nisi a se:z a deo. Sic fuit in virgine: nam omnes alie mulieres prolem habent ab alio quia a viro:sed hec non nisi a se z a deo. Ideo ipsi proprie competit. Illud psal. Posuit desertum.i.virginem beatam desertā ab omni virili consortio. In stagna aquarum parientem christum stagnum et abundantiam omnium celestium gratiarum:z terram sine aqua id est virginē sine aqua virilis seminis:sed cum aqua mystici spiraminis. In exitu aquarū: id est in partu christi:a quo exit omnis aqua gratie sacramentalis.

¶Tertio in paradiso voluptatis fuit homo absq quocūq vitio. Sine eniz peccato z peccati cuiuslibet macula ibi positus fuit homo Adam. scz primus terrestris:qui a solo deo de terra fuit sine homine generante productus:ita in beata virgine fuit christus:homo positus absq omni peccati originalis z actualis macula. Innocens manibus z mundo corde. In psal. Factus Adā celestis qui sine humano patre genitus de terra nostre carnis assumpto corpore formatus in paradiso voluptatis fuit positus in vtero virginali. Unde hoc optime verificatur hic. Plantauerat autem dominus deus paradisum voluptatis:in qua posuit hominem id est christum. Dico autem q hoc depositum deus incarnauit secretius. Fecit enim sicut aquila que ad fecundandum in nido suo ponit lapidē preciosum ethitez. Sic deus pater aquila prouocans ad volandū pullos suos. Deut. xxxij. Et sic in syon firmata sum. Lapidem summum id est christuz: qui tenet summū humanitatis:z summuz diuinitatis. In psal. A summo celo egressio eius:z occursus eius vsq ad summum eius. angularem electum preciosum: quia in psal. Lapidem quez reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli.s.caput ecclesie: vbi cōnectit duos parietes/deuz z hoiem. Si vis plus de hoc vocabulo ponere quere in illa collatione. In sole posuit tabernaculū suum.

¶Quantum ad secundū. Nota q per caput intelligitur eminentia z celsitudo. Est aūt sciendū q arbores profundius radices figentes:celsius caput eleuāt, et summitatē. Sic persone profundius figentes radicem humilitatis quo ad deū altius eleuantur. Figura.j. Regum.iij. De Saul cui dictum est. Cum paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus israel factus es. Sic quia beata virgo inferius fixit radices:z omnibus se amplius humiliauit dicens. Ecce ancilla domini. Luce.ij. Ideo deus respexit humilitatem ancille sue:faciēs ei magna qui potens est:exaltans eam super omnes choros angelorum ad celestia regna:eaz ponens caput fidelium:z in caput celestium platearum, vt dicat illud psal. Cōstitues me in caput gentium. Sapiētia enim humiliati exaltabit caput illius. Ecclesia.xj. Uerū sicut caput influit mēbris ceteris virtutē: ita virgo est posita nobis caput vt influat rorem celestis gratie qua ipsa plena est iuxta angelicuz dictum. Luce primo. Aue gratia plena. ideo debemus ad eam recurrere cuz deuotione in rore celi desuper. Ab isto capite descendens erit benedictio nostra. Gen.xxvij. De ipsa autem dicitur Canticorū.v. Caput meum plenum est rore.

Et hec de secundo.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Nota q corona dat | regnantibus / bellantibus / virginibus | In signu | | regni / triumphi / casti consilij |
| datur autem | regibus / bellantibus / virginibus | dum | | in solio collocantur / in campo dominantur / in velo consecrantur |

¶Quantum ad tertium. Nota q beata virgo debuit coronari: quia regnans cum filio. Astitit regina a dextris tuis. In psal. Apoca.xij. Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole z luna sub pedibus eius: z in capite eius corona stellarum.xij. quia triumphans de dyabolo: vnde contriuit draconē pede casto: ipsa conteret caput tuum. Genes.iij. Ideo Sapien.iiij. In perpetuum coronata triumphat coinquinatorū certaminum premium habens: quia se deo consecrans sub virginitatis velo. Unde virginitas est per fecunditatem consecrata non violata sed velata. Esaie.xi. Induit me dominus vestimento salutis quasi sponsum decoratum corona. z quasi sponsam coronatā monilibus suis. Ideo beata virgo regnans pugnans/virginitatem seruans: potest dicere illud ad Thimo. quinto capitulo. Fidem seruaui de reliquo repo sita est mihi corona. Ergo z nos cum christo ei seruiendo regnemus: contra suos inimicos triumphemus puritatatem seruemus: quia scḿ Jaco. Canonica sua prima. Beatus vir qui suffert tēptationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Ad quam nos perducat zc.

¶Collatio.xxi. de assumptione beate Marie virginis. ex psal.xxvi.

Dominus autem assumpsit me. In psal.xxvi. Mundus habet q vnius persone promotio exaltatio z ad altiorem gradum assumptio est totius generis sublimatio/promotio/salus z liberatio. Figura. Genes. xlv. Exaltatio enim z promotio Joseph qui factus est dominus egypti: sublimatio totius sui generis patris z fratrum: z fame releuatio: z salus z inopie liberatio. Unde dixit ipse fratribus suis. Nolite timere: pro salute enim vestra misit me dominus ante vos. Hoc idem figuratū est Hester.iiij. Hester enim ad regnum assumpta fuit totius populi israelitici sublimatio/ salus/z a morte liberatio. Unde mādauit ei Mardocheus. Hester decimoquinto. Memento dierum humilitatis tue: z inuoca dominum: z loquere pro nobis: et libera nos a morte. Et sic factum fuit. Aman hoste iudeorū suspenso. Sic applicando spiritualiter/beata virgo est illa cui cantamus. Et si reos sancta spernis: vt quid sis prelata cernis hierarchijs respice. Unde ipsius prelatio: z ad regnū celeste assumptio: est totius generis humani salus/promotio/z liberatio. Unde ipsa nobis loquitur cum Joseph illud. Pro salute enim vestra misit me dominus ante vos: et nos deuote ad illam debemus dicere illud Mardochei. Memento dierum humilitatis tue. quādo. scz dixisti. Respexit humilitatē ancille sue. Luce primo. Et inuoca dominum z loquere pro nobis: z libera nos a morte: quia media vita in morte sumus. Quod igitur ipsa pro nobis prestet salutē ex inimicis nostris: z de manu omnium qui oderunt nos. Amā hoste iudeorum: per ipsam pede casto calcato per sui ad celeste regnum assumptionem nos letificat: de se dicens. Dominus autem assumpsit me. Ubi cōmendatur per Psalmistā de tribus. Primo a summis honoribus z reuerentijs: qz semper fuit cū ea deus. ideo dicitur dominus. Luce primo. Aue gratia plena dominus tecum. Secundo a summis premiorum eminentijs: ideo dicitur assumpsit.iij. Regum. Te assumam z regnabis super omnia que desiderat anima tua. Tertio

a summis meritorum sufficientiis.ideo dicitur me.Eccle.xxiiii.In me gratia omnis vite et virtutis.hec igitur regina.

p ceteris habuit { Assistētē potētiā vere diuinitatis / Collatricē clemētiā glie cū beatis / susceptricē grām ppue felicitatis } id est { dominus / assumpsit / me

Igit assumpta est maria in celū gaudent angeli. Nāqz filius personaliter eam in suo { obitu visitauit / accubitu collocauit / habitu coronauit } dominus assumpsit me

¶Quantū ad primum.Nota historiam quomodo eam filius in fine personaliter visitauit et ad regnum ppriū inuitauit:et spiritum eius in vlnis propriis deportauit:in floribus sanctorum vide historiam.Unde sicut dominus cū ea fuerat in ventre corporaliter in mente spiritualiter.ita fuit cum ea in morte presentialiter.In psal.a domino factum est istud:et est mirabile in oculis nostris vtiqz mirabile:sed non irrationabile.Si enim mulier regina bellare non debeat: si tamen arma regi tribuat:arma regis induat:quibus regnum acquiritur.Non est irrationabile si regina particeps sit in regno:qd illis armis acquiretur.Sic spiritualiter arma quibus sibi et nobis regnum celorum acquisiuit virgo beatissima christo tribuit et eis ipsum induit in thalamo vteri virginalis vnde exiuit.Tanqz spōsus procedens de thalamo suo:vt gigas exultans ad preliandū et ideo fuit rationabile vt esset particeps conregnando.Hec autem arma fuerūt nostre humanitatis corporis et spiritus. A dño ergo factum est istud: qñuis ergo sm psal.Uerum sit qz domini est regnum tamen hoc die post mortem. Hec astitit regina a dextris eius in vestitu deaurato. In vestitu mortis. Unde in psal. Deus noster deus salnos faciendi:et domini dñi exitus mortis.Nota quare geminatur ly dñi.Docet phūs qz in processu syllogistico:si altera premissarū habeat defectū aliquē:statim in pclusione patebit:vnde si aliqua premissarum fuerit particularis:cōclusio erit et particularis.Et si aliqua premissarū fuerit negatiua et cōclusio erit negatiua.Ad cōclusionē mortis debitā due cōcurrunt premisse que sunt due partes iustitie quas ponit psal.dicēs.Declina a malo et fac bonum:si aliqua istarū vt per peccatū cōmissionis nō declinetur malū vel per peccatum omissionis nō fiat bonū in processu nostre vite fuerit negatiua: et cōclusio in morte de celesti patria erit negatiua.Amen dico vobis nescio vos.Math.xxv.Quia igitur beata virgo vtraqz premissarum habuit:malū omnino peccati actualis declinando: immo causans in aliis declinationem ex sue sanctitatis splendore:et omne bonum opus operando:idcirco cōclusionem gloriosam a domino in mortis exitu reportauit:ideo dicitur hic:domini dñi exitus mortis ergo oremus pro nobis.cum psal.Dominus custodit te ab omni malo:qñtum ad illud.Declina a malo:custodiat animam tuam dominus.qñtum ad illud.Fac bonum: dominus custodit introitum tuum.Quantū ad vtraqz premissarum. Et exitum tuum.qñtum ad conclusionem affirmatiuam.In psal.alibi.Domini est assumptio nostra. de qua sequitur.

¶Quantū ad scdm.Sciendū est qz qñuis spōsus et spōsa de die nō ad paria iudicentur:tñ de nocte ad paria assumunt.Nā a spōso spōsa:et ad secretū cubiculi:ad delitiarū thalamū:ad vbera cōsolationis:ad dulcedines fruitionis:assumitur et vocat.Cāti.i.Introduxit me rex in cellaria sua:exultabimus et letabimur.Spiritualiter qñuis immediate ab instanti cōceptionis fuerit in mēte beatus:et post resurrectionem glorificatus in corpore:tamen virgo beata qñdiu fuit in die vite presentis hoc non habuit: immo fuit multis persecutionibus et tribulationibus subiecta. Sed veniente nocte mortis eam dei filius ad secreta cubiculi celestis ad dulcedinem diuine visionis et fruitionis eam assumpsit: et

introduxit. Sapien.viij. Quesiui illā sponsam mihi assumere ⁊ amator factus sum forme illius. Ex hoc nota ꝙ inter omnia que sunt causa attractionis est similitudo: et quia sm Aug. Similitudo est cā dilectionis. inde est ꝙ amor mari me habet vim attractiuā. Eccle.xiij. Omne animal diligit sibi simile: ⁊ omnis caro ad sibi similē adiungetur. Vñ videmus ꝙ quis magnes sit superius: ferruȝ inferius ferrū supra suā naturā ratione similitudinis trahit superius ad magnetē. christus quis debuerit sup omnia fratribus assimilari. heb.ij. Tū fuit similior omnibus sue matri tanꝙ filius ꝗ est imago parētis: ideoꝙ rōne similitudinis in natura: in innocentia: ⁊ in gratia: oībus alijs plus eā dilexit: ⁊ plus eam sibi vniuit et ad se sumpsit. tanꝙ magnes lapis preciosus sursum trahēs virginē que fuit firma sicut ferrū in fide filij ⁊ charitate: ideo dicit i psal. Misit de summo et accepit me: et assumpsit me de quo sequitur.

¶ Quantū ad tertiū. Nota ꝙ in festo coronationis regine: rex et regina non debent indui alijs et alijs indumentis: sed vestibus eiusdē coloris: eiusdē nature/ et eiusdē spē. Christus in festo assumptionis ⁊ coronationis regine apparuit vestitus vestibus humanitatis nostre sumptis de operatorio. de petia vteri virginalis: quia igitur ipsa promeruit vt dei filij esset mater. decuit vt ipsa vestibus eiusdē nature eiusdē speciei appareret induta: vt. s. in anima nō solū esset btā: sed in corpe glorificata. in psal. Tenuisti manū dexterā meā. i. animā in voluntate tua deduxisti me: eā ad paradisum portando et cū gloria iterū suscepisti me: eā corpori vniēdo ⁊ glorificando. Nota ꝙ qñꝙ ponunt pulchri flores cū ppria terra sue natiuitatis in altari. Sic flos. i. spūs virginis cū terra ppriij corporis in altari celesti fuit positus isto die: ⁊ iō rōne duplicis stole accepte duplicat ly me deduxisti me: qntū ad stolā anime: et cū gloria iterū suscepisti me: qntū ad stolaȝ corporis. In psal. Dñe probasti me. in toto cursu psentis vite. ⁊ cognouisti me in morte. Tu cognouisti sessionē meā per corpis diuisionē/ ⁊ resurrectionē meā: p eius resumptionē. alibi in po. Tu aūt dñe miserere nri: spm meū recipiēdo. et resuscita me: corpus meū glorificando. Et retribuā eis: meis. s. apostolis ⁊ deuotis p eis orando. In hoc cognoui quia voluisti me: qm nō gaudebit inimicus meus super me. teterrimos spūs repellendo. Me autē propter innocētiam suscepisti: animā beatificando. Et cōfirmasti me in conspectu tuo in eternū: corp⁹ reunitū glorificando. Ad quam gloriam nos perducat ⁊c.

¶ Collatio.xxij. de beato Martino cōfessore et psal.xxvij.



Extollo manus meas ad templū sanctū tuū. In psal.xxvij. In reedificatione muri vel templi est bonum in magistro operis verbo dirigere sed multo est melius facto manum apponere. plus enim valet vnus ictus magistri principalis ꝙ decem vnius discipuli instrumentalis.

Ad illius enim { exemplum / exemplar / instar } quilibet { animatur / informatur / regulatur }

¶ De opere enim magistri principalis dicit Exod.xiij. erat quasi lignum in manu tua. Exemplum per simile in natura. Bonus est canis prebēs latratū ad prede venationē: sed optimus qui post hoc prebet gressum ad eius captionem. vnde optimus qui post latratū prebet cursum. Ad propositū ecclesia militans est illa de qua in psal. Hierusalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio huius ciuitatis est murus: diuina precepta. Antemurale diuina consilia: verū ꝙ in fundamento labili sunt fundata: quia in nostra fragili humanitate. quapropter ruunt et corruūt tota die: vnde de hoc fundamento dicitur Gen. primo. Formauit deus hominem de limo terre ad imaginem suam. non igitur mireris

si ruit murus diuinorum mandatorum.

per peccatum { immunditie / auaricie / superbie } qr formauit. { hominem de limo / de limo terre / eum ad imaginem suam

¶ Nec mireris si ruit die quotidie antemurale consiliorum: quia deus formauit hominem.

de limo / de limo terre / ad imaginē suā — ideo non mireris si fugit — castitatem / paupertatem / obediētiā ꝛ hūilita.

¶ Ideo tm̄ ruerūt et corruerunt vt hieremias lamentaref Threnor.ij. Luxitq; antemurale et murus pariter dissipatus est. Istius igif muri et antemuralis reformationes et reedificationes sunt curati et prelati. predicatores/ doctores/ et pastores/ vt ergo reperetur murus preceptorū et antemurale consiliorū nō sufficit dictare et dirigere: sed oportet laborare et reparare et manū apponere: vñ nō sufficit latrat⁹ p̄dicationis: sed etiā necessarius est gressus operationis. Figura. Nee.iiij. Cū muri hierusalē essent a caldeis dissipati: postea fuerunt a iudeis reparati. Dicitur aūt ibi q populus edificans vna manu faciebat opus: et altera tenebat gladiū: quis est ille gladius nisi de quo Ephe.vj. Saleā salutis assumite et gladiū spiritus quod est verbū dei: ergo predicatores et pastores populi debent vna manu facere opus: p opis ostensionē: et altera tenere gladium per verbi predicationē. Sed notanter dicitur primo q vna manu faciebat op⁹. scdo q altera tenebat gladiū: qr primo debet precedere operatio. deinde sequi p̄dicatio christi exēplo. de quo Act. primo. qui cepit facere et docere. Sed videf cōtra quosdā q nō verificetur illud Gen.xxij. Uox quidē vox iacob est: sed man⁹ manus sunt Esau. Dilata quō sunt aliqui qui quod verbis p̄dicant morib⁹ impugnāt: istorū vox iacob est: sed manus/ manus sunt Esau: p̄dicatio bona/ operatio mala: vnde in huius signū dixit xp̄s mulieri que vocē predicationis extollebat. Luce.xj. vbi dicif. Extollēs vocē quedā mulier de turba ꝛc. Christ⁹. Quin immo: beati qui audiunt verbū dei: et custodiunt illud. Non ergo sufficit extollētia predicationis: sed est necessaria custodia operationis. quia igitur gloriosus confessor Martinus fuit inter reparatores huius muri precipuus: q non solum extulit vocem predicationis: sed manus apposuit operationis: ostendit ps. in verbis propositis dicens. Extollo manus meas ꝛc. In quibus verbis btūs Martinus cōmendatur: de tribus nāq; murus militantis ecclesie per tantum artificē beatum pontificem conseruatur ex calce

Eleuate transitionis / Roborate opationis / Regulate ordinationis { extollo / manus meas / ad tē. sctm̄ tuū } ergo hic martinus paup ꝛ modicus celū diues ingreditur: sꝫ quare: certe quia habuit

Curam eleuatam contemplationis montuose
Palmam roboratam executionis operose
Formam regulatā intentionis virtuose

Ideo dicit { extollo / manus meas / ad tē. sctm̄ tuū } piū est igif gaudere martino: qr tu o martine

Contemplaris sublimia / Operaris vtilia / Ordinaris ad premia — extollo / manus meas / ad tēplū sanctum tuum.

¶ Quantum ad primum. Nota q ratione alte contemplationis dicitur hic extollo. i. extra totum mundum in deum mentem tollo: vbi nota q mons qui sup omnes montes alios extollitur duo habet. nam citius et amplius recipit sola=

res illuminationes: et non recipit aereas impressiones/ talem dicit magister hi-
storiarū esse montē olympū q̄ caret nubibus lapidibus ventis et pluuijs: sic vir
sanctus q̄ in cōtēplatione super alios extollitur citius et amplius illustrat di-
uinis illum inationibus: et non maculatur mundanis impressionibus. vnde ta-
lis caret nubibus caliginosi erroris: lapidibus odiosi rancoris: ventis odiosi
et ambitiosi honoris: et pluuijs luxuriosi amoris. Beatus martinus velut ma-
nens olympo preditus fuit vsq̄ ad finē vite super alios contemplatione mira-
bili eleuatus: vnde etiam circa mortis horam. extollens oculos dicebat. Sinite
me celū videre vt spūs dirigatur ad dominū. ideo fuit amplius sancto spiritu
eleuatus: dum enim sacramenta offerret et ad deum preces emitteret globus
igneus apparuit super caput eius. Ex quo factus est apostolis cōpar: quia in
specie visibili ignis chorruscantis sanctū spiritū sicut et apostoli sic recepit. Fuit
etiā a mundi maculis preseruatus: tacuit nāq̄ nube tenebrosi erroris per spiritū
charitatis: vnde fuit illi circa commilitones benignitas/ nimia et mira charitas.
Nota in vita eius quō leprosum horridū recepit ad osculū charitatis: quō reci-
piebat peccatores: etiam demonibus veniā ꝓmittebat. Uentis ambitiosi hono-
ris per spiritū humilitatis resistebat: vnde fuit illi patiētia et humilitas supra
modū. Nota in vita quō renuit officiū diaconatus et elegit officiū exorciste in
quo locus iniurie videret. Pluuijs ignominiosi fetoris per spiritū castitatis: in
cuius signū post mortē eius caro quā cinis semꝑ obtexerat: ita resplenduit vt
quoddā resurrectionis decus extincta ꝓferret. vn̄ vitro purior/ lacte candidior/
carne monstratus est gēma sacerdotū. ideo Eccli. xix. Extollet in maius exēplū
Rō est: q̄to aliquis magis ad ima deprimit/ tanto superiora maiora sibi videt
Et econuerso q̄to in altius aliquis extollit/ tanto inferiora minora sibi videt.
Sic spūaliter q̄tū aliq̄s ꝑ terrenorū amorē ad ima deprimit / tanto dona cele-
stia sibi maiora videt. vnde et quidā infelices in iuuētute nollent istam vitā ꝓ
beata deserere: terrā ꝓ celo: luctū pro paradiso. Econuerso aūt q̄to ꝑ contēpla-
tionē et dilectionē in superiora et celestia aliquid eleuat: tanto sibi terrena mi-
nora et nihil et tanq̄ peripsemata: immo nulla videt. Sic fuit eleuatus bea-
tus Martinus q̄ ꝑ diuinā cōtēplationē positus in alto ꝑ sui recognitionē: nihil
se reputabat in conspectū oiuz: vn̄ adhuc cathecuminus tāte humilitatis fuit
vt etiā vno seruo cōtentus ei calciamēta detraheret et plerūq̄ detergeret. Inde
factus eps non cathedra pontificali: sed cella rustica tripedali in ecclesia vte-
bat. Ideo extollet iste in exemplū maius: vtiq̄ contra illos quos modica inflat
scientia: quos gloria vexat inanis: quos ingrossat supbia: quos electio vehit/
quibus inflatis non sufficit tota platea ad statū: tota careria ad gressum: tota
camera ad lectū: tota mēsa ad cibū: tota ecclesia ad cātū: tota schola ad argu-
mentū ꝛc. Contra istos extollit in exēplū maius. Per psalmistā eni loquit. Di-
xit iniquis: nolite inique agere: et delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite
extollere in altū cornu vestrū: quia peccatorū confringā cornu et exaltabunt cor-
nua iusti. Istius supple de quo scriptū est Esa. xlij. Dn̄s voluit vt sanctificaret
eū ꝛ magnificaret legē et extolleret. Ergo ecce nunc bn̄di. d. o. s. d. In noctibus ex-
tollite manus vestras. de quo sequitur in secundo.

¶ Quantū ad secundū. Nota ꝙ prelati habent vtrāq̄ vitā: contemplatiuā. s. et
actiuā. et iō debent non solū contēplando: et orando ad deum pro subditis ascē-
dere et ꝛ extollere: sed debent/ per curam/ per correctionē/ per sustentationem: et
nutritionem ad populum descendere. vnde sicut intuitus contemplationis: ita
manus necessaria est operationis: patet in naturalibus: sic Aquila rex auium
cui cura est de pullis educandis non solum ad solem in altum: sed ad predam
dirigit ex alto oculum: immo descendit ad eam extendens pedem ꝛ manū quā

pullis distribuit.et inde eos nutrit:sic pontifex non solum debet habere oculum cognitionis et contemplationis ad deum : sed debet extendere ad subditos manus pietatis / largitatis / sustentationis / et nutritionis in proximum. Sic fecit beatus Martinus qui oculis ac manibus semper in celum intentus / dicebat. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius : non recuso laborem.

¶Quantum ad primum sequitur manum suam aperuit inopi:et palmas suas extendit ad pauperem: quantum ad secundum. Et tangit tres insignes actus manuum suarum:legitur in vita sua. Et vide ibi quod arborem diabolo dedicatam quam fecit eradicari contra se cadentem signo crucis opposito in oppositam partem rusticorum retorsit.ideo dicitur manum suam misit ad fortia. in Psal. In manu potenti et brachio extenso firmetur manus tua: et extollatur dextera tua iustitia et iudicium etc. Secundo vide in vita sua quomodo ambianis medietatem chlamydis adhuc cathecuminus algēti pauperi nudo dedit: et quantum ad hoc dicit: manum suam aperuit inopi. in Psal. Extendit manum suam in retribuendo. Tertio vide quomodo dum ad missam iret precepit archidiacono vt pauperem indueret: et tandem cum tunica sua data / illum deformem habitum induisset spiritus sanctus in igne brachia eius vestiuit. ideo dicitur.et manus suas extendit ad pauperem.ipsum qui eum postea igne spiritus sancti operuit. In Psal. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo:eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Nota in holocausto totum incendebatur: sed in sacrificio relinquebatur aliqua pars sacerdoti:ideo aliquando in missa non totum offertur sacrificans et sacrificiū: sed est pars aliqua sacerdotis quando non est deo gratus:sed in sacrificio martini fuit totum incensum.quia sacrificans et sacrificium.ideo dicitur hic quod eleuatio manuum mearum et sacrificium. Dirigatur etiam oratio sicut incensum ergo manum suam misit ad fortia/manum suam aperuit inopi:et palmam suā extendit ad pauperem. Dicitur autem extendit et aperuit contra illos qui nō extendunt nec aperiunt ad dandum. sed ad recipiendum.de quibus Psal. Ne perdas cum impijs deus animam meam: et cum viris sanguinum vitā meam in quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Isti sunt qui dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manib⁹ suis:tū beatus Martinus inuenit dormiēs christum / videns suo pallio palliatū: ergo et tu opera manuū tuarū ne despicias:quia beati oēs qui timent dnm qui ambulāt in vijs eius. Labores manuū tuarū quia māducabis beatus es et bene tibi erit. Hec de secundo principali.

¶Quantū ad tertiū. Nota quod illic querenda est res vbi⁹ est locus sue originis: vnde aqua citius inuenitur in fonte: fructus in arbore: calor in igne: splendor in sole.totius bonitatis:totius gratie:totius glorie:fons et origo est deus: et idō non aliunde querenda est gratia:et gloria quam a deo. Inde eā btūs Martin⁹ postulabat.inde eā habebat:vnde in virtute trinitatis deifice meruit esse triū mortuorum suscitator magnificus:dic de alijs miraculis que magis placuerint. vñ quia ad deū recurrebat:dicitur hic ad templū sanctū tuum.hoc templum est ipse deus cui loquebatur beatus Martinus.cum Psal. Ego autem in multitudine misericordie tue introibo in domum tuam:adorabo ad templum sanctum tuū in timore tuo. Ab isto templo beatus martinus in ista vita accepit gratiam: in alia gloriam. vnde Psal. In templo eius omnes dicent gloriam. Ad quam gloriam nos perducat etc.

¶Collatio. xxiij. de annunciatione dominica vel natali domini ex Psal. xxix.



Restitisti decori meo virtutē. in ps. xxix. Prouer. xxij. dr ꝙ qui diligit cordis munditiam habebit regē amicū. Rō est. Unū em̄ inter cetera plus attrahens pl⁹ alliciēs est pulchritudo decor ⁊ mūditia: qđ ptz in natura. Quis em̄ sint multi flores fructiferi: tn̄ nunq̄ apis trahit ad aliquē nisi pulcher sit ⁊ decorus ⁊

terrestri pulchritudine ꝯtum ad placitum celorum
⁊ celesti decore celicum rorem

¶ Figura Hester. xj. Quesite fuerunt regi assuero per vniuersas ꝓuincias puelle virgines pulchre ⁊ speciose inter quas fuit Hester: de qua ibidem dicitur ꝙ erat pulchra nimis ⁊ decora facie: huius solius decor ⁊ pulchritudo regez ad se traxit. vnde dicitur ibidem ꝙ adamauit eā rex plusq̄ oēs mulieres: habuitq̄ gratiā ⁊ miam corā eo super oēs mulieres: posuitq̄ diadema regni in capite ei⁹: fecitq̄ eā regnare. Ad ꝓpositum btā virgo tm̄ dilexit cordis mundiciam ⁊ habuit ꝑ oīa tm̄ decorē ꝙ ei cātat ecclesia Cāti. iiij. c. Pulchra es ⁊ decora filia hierl'm: tota em̄ pulchra es: ⁊ macula nō est in te: ⁊ sumit de canticis Cāti. iiij. c. Tāta em̄ erat eius pulchritudo ꝙ xp̄m de alueario paterne glorie traxit in aluum materne aule. Dicit em̄ xp̄s apis q̄ fm̄ Ambr. in exameron sine commixtione sexuum ⁊ corruptione gignitur: ita dei filius in virgine sine virili semine: dei solius spiramine verbuz factum est caro: ergo istius pulchritudo xp̄z assuerum ad se sola attraxit: intm̄ ꝙ rex adamauit eaz plusq̄ omnes mulieres Ita em̄ promisit ipsi angel⁹. Luce. j. Aue gratia plena do. tec bñ. tu in. mulie. ⁊ modo facit eam regnare: Igitur ipsa sciēs quod habuit pulchritudinem coloris terrestris in corpore ⁊ decorem roris celestis in mēte q̄ xp̄m dei virtutē ⁊ dei sapientiam attraxerunt. deo patri hec loquitur cum Psalm. prestitisti ⁊c. Ubi describitur.

Paterne maiestatis dignatio prestitisti O q̄ q̄ pulchra q̄ serena
Materne virginitatis ꝯditio decori meo q̄ benigna q̄ amena esse
Superne vtilitatis receptio virtutem virgo creditur: quia est ex

Paterna dignatione vterus purior fecundatus }
Mr̄na conditiōe ornatus pulchrior īformatus } Ideo —— { prestitisti / decori meo / virtutem
Supna receptiōe infirm⁹ debilior restauratus }

¶ Quantum ad primū. Nōta ꝙ non improprie ⁊ non sine mysterio scriptura filij dei incarnationē vocat prestationem. Ratio est. qñq̄ em̄ seminatur semen in terra sterili ⁊ hoc est perdere: quia nec semen recuperatur: quādoq̄ in terra fertili: ⁊ hoc est lucrari ⁊ crescere: mutuare ⁊ prestare: q̄ in terra fructifera duplicatur: hec est xp̄i parabola Luce: viij. Semen est verbū dei. vnde de⁹ qñq̄ seminat in terra sterili: peccatorum terra deserta inuia ⁊ inaquosa: ⁊ hoc est perdere: q̄ hoc est semē qđ cecidit inter spinas ⁊ simul exorte spine suffocauerūt illđ: sed beata virgo est terra fertilis de qua ps. terra nostra dabit fructum suum. Iō verbū dei a spū sancto in terra vteri virginalis nō fuit perditū sed prestatū q̄ fuit in ea seminatum verbum dei: ⁊ reddidit duplicatū. q̄ verbum caro fcm̄ est ⁊ habitauit in nobis: seminauit ibi spūssanctus deū: ⁊ ipsa benedicta l eternum protulit nobis deum ⁊ hominem: ideo dr prestitisti / non dedisti vel perdidisti. j. Cor. ix. Qui administrat semen seminanti ⁊ panem ad manducandum prestabit ⁊ augebit incremēta frugū ⁊c. Expone authoritatē q̄uo: est semē illud De quo dictum est Abrahe Geñ. xxij. in semine tuo benedicentur omnes gētes. Panē ⁊c. Iste est ille de quo ps. panem angelorum manducauit homo ⁊c. augebit incremēta frugū. Nota granum purum sine palea seminat in terra: sed exit cum spica vestitū palea: ita granū frumenti diuinitatis seminatū in vtero virginali: exiuit nō solū / sed indutū spica ⁊ palea nostre humanitatis: ideo dr au

gebit incrementa frugum: ergo est bene prestare filiū dei humanare. Sap. viij. solem sine lesura boni hospitij prestitisti. Nota terra quedam corporalis producit per agriculturam humano artificio: quedam per superiorem naturaȝ celesti beneficio: igitur in his que producuntur humano artificio: terra leditur/ foditur/ teritur: et conculcatur: vt pȝ in agrorum cultura/ vnde segetes expetūtur In his que producuntur celesti beneficio terra non leditur: non frangitur: sed illesa conseruat: vt pȝ in lapidū preciosoꝝ minera: vnde preciosi lapides extolluntur. Sic spūaliter quedā generanī in terra nostre humanitatis per communem agriculturam humane propaginis: et tunc semper hec terra ledit et destruitur: quia cum corruptione mulieres concipiunt: cum grauamine gestant: et cum dolore parturiunt/ franguntur claustra pudoris/ leduntur hospitia decoris: sȝ in virgine beata non fuit huiusmodi prolis generatio per humanā agriculturam: sed per superiorē naturam. non humano artificio sed celesti beneficio: nō mō communis propagationis: sed modo speciali sanctispūs impregnationis/ et ideo non fuit corruptio in concipiendo/ grauamē in portando/ dolor in parturiendo: sȝ sine lesura: sine fractura hospitij virginalis virgo peperit: virgo post partum quem genuit adorauit: iō dr solē. i. xpm solius solis celestis virtute generatum: sine lesura boni hospitij virginalis vteri prestitisti. Dilata de bonitate istius hospitij quō in hospitantur omnes egroti: oēs deuoti etc. Et propter hoc potest ipsa dicere illud Judith. xix. hoc et hoc prestitisti mihi: hoc scȝ virginitatem cum fecunditate: et hoc fecunditatem cum virginitate: vel genus humanū potest dicere. hoc et hoc. hoc. i. diuinitatem: et hoc. i. humanitatem prestitisti mihi. et hec de primo.

¶ Quantū ad scdm. Sciendū ꝙ quidā doctores exponentes illud Leuiti. xxiij. Sumetis vobis fructus arboris pulcherrime: dicuntꝙ arbor illa pulcherrima erat que ꝓducit/ ista poma citrina que dicuntur arangia: que pro tanto non solum pulchra vel pulchriora: immo pulcherrima nuncupantur: quia ꝗuis aliq̄ dicanī arbores pulchre que aliquo tpe florent/ fructificant/ et folia seruant: tamē illa dr pulcherrima q̄ semp seruat folia flores et fruct⁹ simul semper ꝓducit et seruat/ talis est arbor ista arangiorum in qua semper fructus et flores simul reperiuntur. Sic spūaliter pulcherrima est arbor: que cū folijs honeste conuersationis floret: aliqn per virginitatem et postea fructificat per fecunditatē. nūꝗ tamē visum est in aliqua alia muliere. a virgine gloriosa ꝙ esset tantus decor in aliqua vt flos virginitatis simul maneret cum fructu fecūditatis: immo semp cū eis cadit iste flos aduenīēte fructu. Mane floreat etc. et arescat. in psal. Sed in btā virgine fuit decor cōpletissim⁹. Nā in ea semper māserūt folia pulcherrima conuersationis/ semper fuit flos virginitatis ꝓducens fructum fecūditatis: ideo pulcherrima appellatur. Judith. v. Pulcherrima feminarū eligitur ei. Esa. xxxv. Gloria libani data est ei: et decor carmeli et saron. Nota quō gloria libani consistit in perpetuo candore: et decor carmeli in fructuum valore/ q̄ duo habuit beata virgo: potest aūt et aliter applicari: quia beata virgo semp habuit florē ꝓpositi interioris et fructū facti exterioris. Cantico. ij. Flores fructus parturiunt. cōtra quosdā q̄ bene florent p bonum ꝓpositum et intentionē sed non fructificant p fructū et executionē. Exciccatum est fenum / et cecidit flos etc. Si vis dilatare dic totā authoritatē. Esai. xl. c. Qr igitur beata ꝟgo habuit hanc pulchritudinem loquitur ei psal. Audi filia et vide etc. Et concupiscet rex decorem tuum: tm̄ em̄ istum decorem concupiuit rex ꝙ matre isto decore induta et filius eodem indui voluit. Prouer. xxj. Fortitudo enim et decor indumentum eius. et Psalm. Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est dominus fortitudinem. De qua sequitur.

¶Quantum ad tertium notandū q̄ sine quibuscūq̄ humanis labore vel arte in amari maris visceribus sola celesti virtute lapis preciosus generatur q̄ dr corallus sm doctores naturales istius conditionis q̄ infra mollis ⁊ albus inuenitur: sed extra positus induratur ⁊ rubicundus efficitur: hic q̄uis multas virtutes habeat: tn̄ hanc hʒ specialiter quod cōfortat cor ⁊ virtutem naturalem roborat: ⁊ restaurat. Unde infirmis deficientibus in virtute fit ex eo restauramentum ⁊ electuarium. vñ restaurantur ⁊ sanantur ad vitā. Spūaliter primi parentes nostri tm̄ comederunt de fructibus in primo pr̄adio quod fere se suffocauerunt. vnde fuit tam excessiuus cibus ⁊ tam acerbus q̄ tam ipsi q̄ posteri infirmitatē incurabilē incurrerūt: vñ nulla mulier fuit postea sine ventris dolore nec hō sine frōtis sudore. Gen̄. iij. dictum est viro. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: ⁊ mulieri i dolore paries: iō dicebat ps̄. infirmato: Defectio tenuit me pro pctōribus derelinquentib' legem tuā. igr̄ deus in ira sua nō cōtinens misericordias suas fuit istius infirmi sollicitus: qui non habebat vnde solueret medicum vel medicinā in psal. Ego aūt infirmus sum ⁊ pauper dominus sollicitus est mei. hac sollicitudine in amari maris visceribus. idest de virginis marie sanguinibus. que amarum mare interpretatur sola. s. virtute Corallum produxit. s. xp̄m benedictum q̄ albus extitit: ⁊ lacteus mollis/ ⁊ tenellus virginea carne existens in vtero virginali: sed statim exiens fuit contra peccatores pessimos induratus: vnde in hora sue natiuitatis durā mortis subite/ sententiā sodomite oēs receperunt/ cum corporū ⁊ alarū damnatiōe. Cepit autem immediate pro peccatorib' rubescere p̄ sanguinis effusionē in circūcisiōe Cañ. v. Dilectus me' candidus ⁊ rubicund'. Ex isto lapide precioso factuȝ est electuarium restauratiuȝ quo virtus debilitata ⁊ perdita in infirmo homie restauratur: ⁊ hoc factum est in sacramento eucharistie. ideo dicebat psal. Dn̄e deus virtus salutis salutis mee in die clamaui ⁊ nocte coram te: Nota quo infirmus clamat nocte ⁊ die ad medicum. Ita humanuȝ gen' nocte ⁊ die ad deū veteris ⁊ noue legis: quia ipsi dictum erat. Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Ideo hoc ip se psal. recognoscebat beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrimarum in loco quem posuit: etenim benedictionem dabit legislator. Ibunt de virtute in virtutem videbit deus deorum in syon: Ad illaȝ visionē ⁊c.

¶Collatio xxiij. De beato Andrea aplo. Ex psal. xxx.

Saluasti de necessitatib' aiam meā. In psal. xxx. prouer. xvij. dicit omni tempore diligit qui amicus est: ⁊ in hoc cognoscitur ver' amicus q̄n non solū tpe prosperitatis: sed etiam tempore aduersitatis diligit sȝ multi sunt amici ficti q̄ non diligunt nisi propter prosperitatem ⁊ fugiunt aduersitatem. Eccl'. vi. Est amicus socius mense. tales habuit xp̄s multos amicos qui eum sequebantur ad mensam agni pascalis: sed non ad aram crucis: xp̄s est amicus fidelissimus: qr̄ si tēpore diligit prosperitatis: multo amplius in tempore necessitatis. in psal. cū ipso sum in tribulatione. Figuram habemus Mat. viij. Cum em̄ discipuli in mari fluctibus agitarentur/ vt pene mergerentur ad xp̄m recurrerunt dicentes. Domine salua nos perim': qui imperauit ventis ⁊ mari/ ⁊ cessauit tempestas. Ad propositum homines in mari huius mundi existentes sunt in periculo mortis continue vel propter fluctus carnalium desideriorū: vel ventos honorum vel diuitiarum/ intantum vt semper clamare habeant. Domine salua nos perimus. Ita clamabat psalmist. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vsq̄ ad animam meam. In hoc periculo beatus Andreas existebat. In signuȝ cuius tota die per maria piscabatur. Christus autem singulariter Andream dilexit vnde specialiter de eo

cantamus. Dilexit Andream dñs &c. Uidens ergo xp̄s andream in maris periculo: & maris temporalis vbi reficiebat rhetia: & maris spiritualis vbi committuntur vitia: quod est altero periculosius: ipsum de vtroq; ad suum collegium vocans de tantis necessitatibus liberauit & saluauit: & hoc ipse ei recognoscit/ dicens. Saluasti de necessitatibus animam meam vbi describit seipsum ꝓbo psalmiste a xp̄o fuisse.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ereptū<br>Electuz<br>Erectū | fuit nāq; | erept⁹ a mūdi cōtaminātis spurcitia<br>elect⁹ ad xp̄i vocātis consortia<br>erectus ad dei premiantis solatia | de necessitatibus<br>animam meam<br>saluasti |
| erept⁹<br>elect⁹<br>Erect⁹ | est igitur | vitaret petōrum mundiale cōtagium<br>intraret aplōrū spūale collegium<br>acceptaret beatorum finale premium | de necessitatibus<br>animam meam<br>saluasti. |

¶Quantum ad primū scribit̄ q̄ elephas hoiem errantē in sylua inueniēs euz dirigit precedendo donec reducit ad viam: ꝓ hoie contra draconē pugnat eum a morte protegit liberat & defendit. ita fecit xp̄s: inuenit enim btm̄ Andreā in sylua huius mundi: errantem in multis perplexitatibus peccatorū: vnde xp̄us se posuit illi preuiū in vita ista donec Andream ad viam salutis reduxit ꝓ eo & alijs contra drachonē diabolum pugnās vsq; ad mortem. Unde de nō sequētibus xp̄m ipse interrogat Deut. xxxij. vbi sunt dij eorum in quibus habebant fiduciam. Surgant & opitulentur vobis: & in necessitate vos ꝓtegant. Hec erūt xp̄i verba in morte contra illos: de quibus ait Apl's ad Phili. iij. quorum deus venter est &c. Sed de beato Andrea & alijs euz sequētibus dr̄ in psal. de necessitatibus eorum eduxit eos: & deduxit eos in viam rectam vt irent in ciuitatē habitationis: hec de primo.

¶Quantum ad secundum. Sciendum est quod circa maris littora inuenit̄ lapis preciosus magnes appellatus qui naturaliter trahit ferrum intm̄ vt etiaz naues vbi sunt claui ferrei ad se trahat. Per ferrum intelliguntur viri fortes & firmi in fide qui sustinent ignem tribulationis: malleum persecutionis: & securim passionis: quales fuerunt apostoli omnes: specialiter tamen Petrus & andreas. Sic ergo isti duo velut duo claui populos per chr̄i predicationez deo adunantes: erant in naui secus mare gallilee. Transeunte ergo christo magnete circa illud mare statim eos ad se traxit: tanquam futuros sue fidei fundatores. Et de hoc in persona andree loquitur sic Psal. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Ad terram reficiebant rhetia sua qñ vocauit eos. Mat. xvj. Si quis vult post me venire abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me: qui voluerit animam suam saluaz facere. Hic nota quomodo abnegauit patrem & seipsum per xp̄i sequelam & tulit crucez vsq; ad passionem. nec mirum quia ipse trahebatur ad christum in psalmo Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus: hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū. Nota q̄ pisces non possunt seruari sine aqua in piscario ideo cōsueuit fieri aqueductus per quem aqua venit ad pisces qua mediante viuunt & seruantur: xp̄o nascente cepit arescere synagoga in qua posit⁹ erat andreas apl's. vt ergo saluaret̄ per aquā fidei factus est aqueductus miraculis xp̄i. s. humanitas per quam documēta fidei ad Andream & ceteros aplos peruenerunt: quib⁹ saluati sunt & alios saluauerunt. in ps̄. Saluauit eos propt̄ nomē suū. vn̄ potuit Andreas dicere illud Gen. xxxij. Uidi dn̄m facie ad faciem & salua facta est anima mea. Ad quam salutem &c.

¶Collatio. xxv. De annunciatione dñica vel de natali dñi Ex psalmo. xxx.



Factus sum tanꝗ vas. in Psalm.xxx. docet experiētia ꝙ vas artificis dissipatū ꝛ fractū/nō pōt melius ꝛ citius ꝗ per eundē artificē reparari. idē em̄ artifex nouit materiā de qua fecit: formā ſm quā fecit: finē ad quē fecit. et ideo hec destructa possunt melius p eundē artificem ꝗ p aliū reparari. Sap. xv. Uasoꝝ iudex est figul⁹. Figura Hiere. xviij. vbi dicit ꝓpheta descēdit in domū figuli ꝛ ipse faciebat opus super rotam ꝛ dissipatū est vas qḋ ipse faciebat ex luto manib⁹ suis. Conuersus fecitqꝫ vas alterū sicut placuerat in oculis ei⁹. Spūaliter scriptura vocat deū figulum et homines vasa figuli: qꝛ sicut figulus ex luto: vas format. ita de⁹ hoīem ex luto terre formauit vnde de vtroqꝫ in Psal. Reges eos in virga ferrea: ꝛ tanꝗ vas figuli confringes eos ꝛc. Et alibi. qui finxit sigillatim corda eoꝝ. vn̄ et Grego. in homelia sup illo verbo. Ipse se finxit longius ire. Compositores luti figulos vocamus. Iste igit̄ figulus dn̄s deus a principio quando cōstruxit mundi rotā fecit manib⁹ suis ex luto vnū vas. s. hominē in quo posuit p̄ciosa secreta: qꝛ suā imaginē scientiā ꝛ gratiā. Gen̄. ij. Formauit igitur deus hoīem de limo terre ad imaginē suam creauit illū: sed quia istud vas erat luteū ad modicum flatū vēti cecidit in peccatū ꝛ confractum est: ꝛ dissipatum: vnde non solum apertū fuit et perforatum vt bona spiritualia ꝑderet. sed etiā vt bona naturalia non in tanta excellentia haberet: quinimmo in duas partes sibi fractū est: qꝛ per mortem (carne ab aīa separata) corpus cecidit in sepulchrum/ꝛ anima in infernū. Per tēptationē em̄ peccatū intrauit in mundū ꝛ per peccatum mors. Et hec optime vidit hieremias qn̄ vidit vas dissipatū qḋ figulus fecerat manibus suis. Eccle. xxij. Cor fatui quasi vas cōfractum. Sed iste figulus opera sua nolens dimittere imperfecta: qꝛ dei perfecta sunt opera sicut ꝛ ipse ꝑfectus ꝛ absqꝫ vlla iniq̄tate peruersus: oculo mie sue/in dominica annunciatione in filij dei incarnatione istud vas ipsemet formauit: xp̄i humanitatem ipsemet formādo in vtero virginali: sicut placuit in oculis ei⁹. in quo vase non solum inuenietur ille q̄ esset ad imaginem. sed ille qui esset imago dei patris omnipotentis: dei filius. s. benedictus. vnde istud vas repleuit bonis thesauris et secretis celestibus: qꝛ placuerat in oculis ei⁹. Luce. iij. hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Igitur xp̄i humanitas in conceptione sua ad diuinitatem recipiendam: patris filiū per eundem excelsum opificem est formata: ꝛ tunc partes vasis confracti reperte sunt quādo manibus artificis dei filio in vnitatem: non artis: sed suppositi sunt coniuncte. et hoc ipse confitetur in verbis assumptis factus sum ꝛc. In qua factione omnibus mirabiliora: tria mirabilia concurrunt et in verbis illis ordine debito describuntur. hic enim transit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Eternitas | in | nouitatem | ideo dr̄ | factus |
| Immobilitas | | nobilitatem | | sum |
| humana fraternitas | | nobilē dignita. | | tanꝗ vas |

¶ Quantū ad primū. Nota ꝙ deus fecit sicut faciunt periti ꝛ astuti bellatores q̄ habētes quādoqꝫ habitū ꝓprium ꝛ cognitū superinduūt dissimulatū: vt illo minus cognito hostis minus aduertat: ꝛ tn̄ sub paupere habitu virtutē gerentis fortitudinis cū venitur ad factū vires referāt fortitudine sub paupere latēte habitū manifestāt ꝛ sic triūphum de hoste reportāt. Sic dei fili⁹ fortis ꝛ potens in prelio: omniū aliorum manus docens ad prelium ꝛ digitos ad bellum ſm psal. Ueniens ergo ad debellandum hostem antiquum: habitū superinduit pauperem nostre humanitatis: quē accepit a paupere oratorio vteri virginalis suā diuinitatē operiens. quatinus hoc sacramentum diabolo celaretur. iij. Reg. xxij. Figuratū: vbi dicitur ꝙ mutauit rex israel habitum suū. et ingressus est bellum. hic rex israel est dei fili⁹ benedictus: qui mutauit habitum quādo

vestiuit humanitatē nostram intra virginis vterum. Sub hoc igitur habitu virtutem dei z sapientiā latitantē ostēdit quando in bello passionis vexillum crucis eleuans de hoste tam impijssimo triumphauit. ad Philip.ij. Exinaniuit semetipsum formā serui accipiens in similitudinē hominū factus z habitu inuētus vt homo: humiliauit semetipm: factus obediēs vsq ad mortem: mortē autē crucis: propter qd z deus exaltauit illū zc. In similitudine hominū factus. Nota q quedā fecit deus immediate/ vt mundum z primū hominē: et hec fecit sine alterius adiutorio: quedam mediate vt istos effectus z alios quotidianos: et ista fecit cum aliorum agentiū adiutorio: sicut ergo in prima formatiōe humani generis primum hominē ratione sue primitatis fecit sine quocūq adiutorio cuiuslibet agentis: ita debuit facere in reformatione scdm hoiem christū ratiōe sue dignitatis immediate sine auxilio cuiuscunq hominis generantis: et sicut de terra inculta humano vomere primū: ita de terra intacta humano semine fecit scdm. hoc ipse confitetur. in Psal. Factus sum sicut homo sine adiutorio. Hic nota si vis quomodo per semetipsum regis filius: habitum induit militarē sine alterius adiutorio: sicut dixi in illo sermone. Homo natus est in ea. Hic ergo eternitas transit in natiuitatem: diuinitas ad pauperem humanitatem: factor ad sensibilitatem ille de quo Johan.j. Omnia per ipsum facta sunt verbum caro factum est. Hec de primo.

¶ Quantū ad scdm. Nota q q̄uis ipse habitū mutauerit qd enī nō erat assumpsit: z quod erat permansit: non tñ diuisionē passus neq mutationē. Exemplū in natura: fluuius de paradiso terrestri egrediēs viscera terre subintrās: z postea egrediēs de terra oriens (ipse idem manens) intra viscera terre z extra idem in sua origine irrigat vniuerse terre egypti superficiē z fecundat. Sic spūaliter dei filius est ille fluuius: de quo in Psal. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. Hic enim fluuius egressus per eternam generationē de paradiso sinum intellectus paterni ingressus est terre viscera. i. virginis aluum: qui inde per natiuitatem egressus totam terrā ecclesie militantis humore gratie et doctrine rigans mirabiliter fecundauit. vnde Eccle.xxiiij. Ego quasi fluuius dorix z sicut aque ductus exiui de paradiso: dixi. Rigabo ortum plantationū z inebriabo partus mei fructus: sequitur. penetrabo omnes partes inferiores terre. Sicut autē fluuius idem manet in paradiso z sub terreno habitaculo: z extra in terre superficilio. Ita dei filius idem mansit in intellectu paterno: z in sinu materno: z in mūdo externo. in Psal. Tu aūt idēipse es z anni tui non defi. Ad istam entitatem assumpsit nostre humanitatis fluxibilitatē. quod satis ostendit Apoca.j. Ubi vtrūq confitetur dicens. Ego sum alpha et o. principium et finis: primus et nouissimus. Ut alpha principium z primus diuinitatem respiciant o: finis et nouissimus humanitatez in qua sunt oia q̄ de ipsa scripta fuerunt consummata. Exo.iij. Postq dixit qui est misit me ad vos: per qd diuinitatem ostendit subiūxit. Ego sum qui sum ego sum deus per meam diuinitatem/ qui sum homo per assumptam humanitatem. in psalm. Audi populus meus z loquar israel z testificabor tibi deus deus tuus ego sum. Hec de secūdo.

¶ Quantū ad tertiū. Nota q vas in quo debēt poni preciose reliquie consueuit de massa argentea prius amota rubigine per doctum artificē cōfici et formari: humanitas christi debebat p̄ciosissimas reliquias cōseruare: nō vtiq ossa beati petri aut pauli nō zc. Sed filij dei: ideo spūssancti artifex doctus de matre virgine in eius cōceptione peccati originalis prepulit rubiginē post qd de purissimis sanguinibus eius ipsi dei filio vas corporeū tam pulchrū formauit tā decorū q fuit pre oībus alijs purissimū. Prouer.xxiij. Aufer rubiginē de argēto et egredietur vas purissimuz: igitur virgo beata est de qua sumpta est illa massa

nostre humanitatis: ex qua fabricatū est illud vas ꝑciosissimū omni lapide preciosō ornatum.s.corpus xpi: solo spiritu sancto artifice in quo fuit verissime filij dei persona: de quo vase scribitur Eccle.l. Quasi vas auri solidū ornatū omni lapide precioso: ergo iuxta doctrinā apostoli prime ad Thessal.iiij. Cū hec sit volūtas dei sanctificatio vestra. Sciat vnusquisq; vestrum: vas suū possidere in sanctificatiōe ⁊ honore: nō in passione desiderij sicut ⁊ gentes que ignorāt deū. Hic dilata si vis ⁊ tale vas sanctificatū nō immundū erit illud de quo Eccle.xliij. Uas castorum in excelsis in firmamento celi resplendens species celi gloria stellarum. Ad quam gloriam ⁊c.

¶Collatio.xxvj. De conuersione beati Pauli apostoli. Ex psalmo.xxxj.


Onuersus sum in erūna mea: dū configitur spina. in Psal.xxxj. Uulgariter dicitur ⁊ est ad propositum ꝙ de eadē terra murus fit et fossatum: quod cum ad sensum in arte materiali pateat esse verum: in scientia anime spiritualiter non minus verissimum reperitur. Nam sm̄ Aristo.ix. metaphysi. Potestates ratiōales valent ad opposita. Hoc comperimus spiritualiter sm̄ Augu. Quod vnde peccator fodit sibi foueā eterne damnationis ad pacem: inde per penitentiā potest sibi edificare murum reparationis ad gloriam vt inde proferantur anime medicamenta: vnde facta sunt vulnera: figura. Hester.xv. Cū hester per presumptionē venisset ante assueri regis soliū non vocata contra preceptum: fodit sibi foueam damnationis et mortis: sed cum vidit regis animum contra se seuientem. vnde per presumptionem foueam mortis sibi parauerat: inde immediate murum reparatiōis ⁊ edificationis edificauit per humiliationem: ⁊ reparauit medicamenta: vnde venerant vulnera. et ideo roseo colore in pallorem mutato lassum super ancillulam reclinauit caput. Propter hoc ibi dicitur ꝙ statim conuertit deus spiritum regis in mansuetudinem: et regine propter humiliationem ignouit presumptionem: vnde ergo fossa eruerat culpe: inde murus edificatus est venie. Exemplū: nam dicitur esse serpens venenosus tyrus nomine: cuius venenum est adeo mortiferum et morsura: vt nullo medicamento curari valeat nisi suo. Hoc modo serpens captus virga spinosa fortiter ceditur verberatur / et vulneratur donec virus exeat: deinde serpente sic flagellato: contra virus proprium efficitur medicina: et contra omne etiam virus alienum a tyro dicitur tyriaca: quia valet cōtra omne venenum: et salutifera est medicina. Ad ꝓpositum peccator gressus suos dirigens contra deum per peccatum sibi fodit foueam culpe in presenti: ⁊ pene pro futuro. in Psalm. Foderunt ante faciem meam foueam: et inciderunt in eā. Sed per penitentiam vnde ex proprio corde fecit foueam: et murū edificat meritorum per operationem bonam. De horum numero fuit beatissimus paulus apostolus. Nam ipse fuit quasi venenosus serpens contra christum vt ipsum morderet et suos. sicut cantamus. Ibat furijs inuectus dirum toto pectore virus efflabat et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat: vnde et epistolas ad hoc acceptas in damascū. Actuū.ix. Ecce serpēs. Sed xp̄s vnde exibat venenū persecutionis extraxit tiriacam predicatiōis: vnde serpentē istum prostrauit verberauit / ⁊ verberando virus infidelitatis extraxit: ⁊ tiriacam predicatiōis cōfecit: vnde dictum est ei Actuū.ix. Quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. vnde prostratus est seuissimus inimicus et persecutor: sed erectus est fidelissimus predicator. vnde sicut Hester peccatum presumptionis euasit per humiliationem: ita Paulus cum fuit prostratus dixit. Domine: quid me vis facere? et vnde eruerat venenum ⁊ toxicum. inde de terra eadem medicinam faceret: et fidei tiriacam vt ipse dicit Ad Rom.xj. Ubi abūdauit delictum superabūdauit ⁊ gratia ⁊ hoc idem ipse confitetur in verbis pro=

positis. Conuersus sum &c. Ubi huius apostoli beati tangitur triplex status: describunt enim hec verba statum triplicem apostoli pauli.

Precedentem / Accedentem / Succedentē } qui { defecit / refecit / pfecit } status aūt { precedens et deficiens / accedens & reficiens / succedens et perficiens

Fuit { — { puaricationis / cōpunctionis / perfectionis } — { et miserie / & pñitētie / et gratie } — { in erūna mea / dū configit̄ spina / conuersus sum

In statu ergo { preuaricationis / compūctionis / conuersionis } qui { defecit / refecit / perfecit } — { et precessit / et accessit / et successit

Paulus christū persequitur / Xp̄s paulū consequitur / Xp̄s paulū & paulus xp̄m amplectit̄ } — { in erūna mea / dum configitur spina / contristatus sum

¶ Quantum ad primū. Nota q̄ status peccati quo q̄s vt paulus xp̄m cōsequitur est status erūne: ratio est. Xp̄s Johā.viij. Statū peccati dicit seruitutē. Qui facit peccatū seruus est peccati. Huius ratio est: q2 eodem modo est de seruitute peccatorum. sicut de seruitute sarracenorū. Audiui q̄ sarraceni xp̄ianos habentes seruos eos faciunt laboribus continuis insudare & tempus in sudore expēderet personaliter: nec de labore suo mercedē reportant aliquā: sed maleviuūt/ bibūt/ & comedunt: & in amaritudine tota die flagellis expositi vt laborent: nocte autem cum deberet eis dari quies affliguntur amplius in fine operis. Nam proijciuntur in profundam aquam: cōpediuntur pedibus et manib9: et vltimo lapis ponitur super os spelunce ne inde fugere valeant vel exire. Sic est de statu quo quis seruit diabolo per peccatum: tota enim die vite sue laborat et insudat peccatis: vel acquirendo diuitias: vel prosequēdo delitias &c. nunq̄ habet vnam diem diuine consolationis/ dulcedinis/ mentalis. de qua in Psal. Gustate & videte quoniā suauis est dominus. In nocte autē mortis cum deberent quiescere nullam aliam mercedē reportant nisi q̄ ponūtur et proijciuntur in foueā inferni: ligatis manibus et pedibus: iuxta illud Mat.xxij. Ligatis manibus & pedibus mit. eum in tene. exte. ibi erit fle. &c. Et ponitur lapis super os impotentie redeundi. Ecclesiastes.ij. Cuncti dies eius laboribus & erūnis pleni sunt: nec per noctem requiescit mēte. paulus autē ante suam vocationem fuit seruiēs diabolo in xp̄i & christianorum persecutione intantum vt etiā beatum Stephanum manu omniū dilapidaret vestimenta omniū ad pedes suos custodiendo: vnde de statu quo christum persecutus est. Ecclesiastes.xxi. Cunctis diebus vite sue comedit in tenebus & erūnis multis. Notāter aūt dicit comedit i tenebris: ad literam enim paulus ante sui vocationem non habuit lumē vite. Ratio est. quādoq̄ in oculis est pellis vel tela pupille superposita que q̄diu manet: oculus videre non potest ideo experti medici sic excecatis telam & pellē cum acu vel spina pungente consueuerunt deponere: et sic tales recuperant visum. Sic beatus paulus habuit super oculos mentis sue telam et pellem legis moysaice. & ideo lucem fides christiana videre non poterat. Sed ille medicus saluator christus: hanc pellem et telam moysaice legis litteralem sensum de intellectu deposuit et tunc christum vidit. vnde Actuum.ix. dicitur q̄ erat non videns. & iterū. Apertisq̄ oculis nihil videbat: sed post adhibitam christi medicinam dicitur q̄ ceciderunt continuo tanq̄ squame ab oculis ei9/ & visum recepit. In statu ergo vocationis videns comedit. i. intelligentiā scripture sacre sumpsit. Nā Actuū.ix. Dicit̄ visum recepit: & accipiēs cibū confortatus est: & ideo dicitur hic de primo statu q̄ comedit in tenebris non de scdo. de hoc in Psalm. Tenebre nō obscura=

buntur a te.ꝛ nox sicut dies ꝛc. Et hoc de primo principali ꝛc. De spina autem hanc telã diuellente in hoc principali agitur. Dũ cõfigitur spina.
¶ Quãtũ ad scdm. Nota ꝙ christus circa paulũ fecit sicut faciũt parrhisiũs periti in arte emendi ꝛ vendendi equos: cũ enim aliquis adducit bonũ equũ quẽ non valet vel non decet eũ diu tenere: sed non vult illis facere bonũ forũ ad eorum placitum: occulte ponunt vnũ clauũ vel spinam in pede quo pungitur: et sic cogitur equus claudicare ꝛ etiã cadere ad puncturã: ꝛ tunc habens equum desperat de eo. Et dat quasi pro nihilo. Spiritualiter paulus erat equus optimus portans ꝛ defendens legẽ moysaicã: vnde christus hunc equũ habere voluit vt portaret nomen suũ ꝛ defensaret corã regibus ꝛ gentibus: ꝛ coram filijs israel. Actuũ.ix. Et quia de eo habuisset malũ forũ a iudeis quos talẽ pugilem habere non decebat/ occulte inclauauit eum clauo timoris ꝛ spine penitentie. Unde Actuum.x. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. ꝛ viri qui comitabantur cũ eo audiebant vocem neminem videntes. Ex hoc autem non solum in lege iudeorum claudicauit: imo ab ea cecidit. Unde in terrã cadens ꝛ punctus clauo timoris in pede: tremens ac stupens dixit. Domine quid me vis facere: sic per spinam cõpunctionis de persecutore predicator de iudeo factus est christianus. Unde configitur spina. Sepe eñ dixerat cũ psal. Confige timore tuo carnes a iudi. ꝛc. hoc ipse cõfitetur. ad Gal.ij. Ego eñ per legẽ legi mortuus sum vt deo viuã: ꝛ christo cõfixus sum cruci. Hec de secundo.
¶ Quantũ ad tertiũ. Nota ꝙ lupus est animal rapax ꝛ dolosum/ ꝛ iniquum oui bus: ꝛ ex natura sua indomitũ ꝛ immansuetum siluestre ꝛ de difficili domesticabile: si tamen cum labore domisticetur: efficitur amicus ouium ꝛ custos contra alios lupos: ꝛ fidelis/ ꝛ sapiens/ domino suo domitum ꝛ mansuetum. ꝛ sic per domesticationẽ tota sua natura mala cõuertitur in bonã/ ꝛ inimica in amicã. Domesticatur autem lupus per cibum humanum vt per carnes coctas vel per panẽ vel alium cibum humanum ꝛ potissime quãdo est catulus. Dic hic de lupo qui domesticus custodiens oues: ꝛ dormiens ab alijs lupis: ouibus interfectis excitatus lupos insecutus interficit: ꝛ sub ouibus in vnum globũ totum posuit. Beatus Paulus de tribu fuit beniamin de qua propter eum Jacob patriarcha. Geñ.xlix. Predixerat Beniamin lupus rapax semper. Iste ergo lupus rapiebat oues christianas. Unde acceperat epistolas ad synagogas vt si quos inueniret huius vie viros ꝛ mulieres vinctos perduceret hierusalẽ. Actuũ.ix. Hunc adolescentem christus domesticare voluit: ꝛ in suã domum celestem inducendo: ꝛ cibũ humanũ/ carnes coctas in christi pane/ ꝛ panem eucharistie conferendo: immo cibum angelorum diuinitatis ꝛ humanitatis ostendendo: prime Chorinth.xij. Scio hominẽ in christo raptum vsqꝫ ad tertium celũ: ꝛ audiuit archana verba que non licet homini loqui. Hic autem lupus post sui conuersionẽ ꝛ domesticationem: factus est custos ouiũ christi ꝛ rapax aliorum luporũ: iudeorum ꝛ hereticorum intantũ vt per synagogas predicans confunderet iudeos: affirmans quia hic est christus: factus domino fidelis vsqꝫ ad mortẽ per domesticationem cõuersus. De hoc in psal. Leta cantat ecclesia. De huius lupi cõuersione. Letabor ꝛ exultabo in te psallam nomini tuo altissime. In cõuertendo inimicũ meũ retrorsum: infirmabuntur ꝛ peribunt a facie tua. Exponatur ad propositũ. Utinam hodie non ploraret de quibusdã q̃ in ecclesiã ingrediunt̃ vt oues ꝛ postea conuertuntur in lupos de quibus Math.vij. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestibus ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos de istis in psal. Quemadmodũ patres eorum cõuersi sunt in arcum prauum. Contra quos in psal. Nisi cõuersi fueritis gladiũ suũ vibrauit ꝛc. Sed de beato paulo non sic: sed letatur ecclesia. Illud psal. Cõuer

tisti planctū meū in gaudiū mihi concidisti saccū meū ⁊ circūdedisti me letitia. ⁊ merito: nam iuxta illud Hester.x. Fons paruus creuit in fluuiū: ⁊ in solē lucē⁊ conuersus est ⁊ in aquas plurimas redundauit. Ad quas aquas celestiū gratiarum nos perducat ⁊c.

¶ Collatio.xxvij. de cōceptione seu sanctificatione beate marie virginis. ex psal.xxxi. De qua nūc melius sentit ecclesia.



Tu remisisti impietatē peccati mei. In psal.xxxi. Scđ philosophū.viij. ethicorū. Principiū omnis liberalis collationis est amor: vnde scđm ꝙ maior est amor est maior donorū collatio. bonum autem cōfertur dupliciter alicui: ⁊ per bonorū collationē: ⁊ per debitorū remissionē. ⁊ ideo vbi amor est collationis ⁊ remissionis principium. q̄to maior est amor: tanto maiora bona cōferuntur: ⁊ maiora debita remittuntur. Figura ponitur Luce.vij. In parabola posita per christū pharisæo. Duo inquit debitores erant cuidā ⁊ non habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisq;. Quis ergo plus diligit? Respondit estimo ꝙ is cui plus donauit: cui ergo minus dimittitur minus diligit ꝓpter quod dico tibi. Remittūtur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Et conuersus ad mulierem dixit. Remittuntur tibi peccata tua. Ad propositum peccatū originale non est nisi priuatio originalis iustitie cū debito habendi eam. Unde peccatū originale est quoddam debitum qđ remittitur cū culpa diluitur. Inter ceteras autem creaturas: virgo beata filiū plus dilexit. ij. Reg.j. Sicut mater vnicū amat filium: ita te diligebā: ergo filius plus domi debuit ei cōferre ⁊ debitū quodcūq; remittere: ⁊ ideo ipse ipsi remisit debitum peccati originalis ⁊ contulit dona gratie spiritualis. ⁊ hoc dicit scriptura. Conuersus ad mulierem dixit. Remittuntur tibi peccata tua. Ad literam enī deus se a muliere auertit: postq̄ ipsa a deo fuit auersa in psal. Auerterunt se ⁊ non seruauerunt pactū: Quia autē prius beata virgo ad deū inter omnes mulieres erat cōuersa per votū virginitatis prius deus ad eam se conuerti debuit: quod ⁊ fecit peccatum originale tanq̄ debitū remittendo: ⁊ sanctificationē conferendo: ⁊ hoc ipsa in verbis propositis confitetur. Tu remisisti ⁊c. vbi tria notantur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Primo | singularis | eminentia remittentis | | | tu |
| Secūdo | singularis | grā puidentis | | iōꝺ̄i | remisisti |
| Tertio | singularis | indigētia capiētis | | | ipietatē ⁊c. |

¶ Quantū ad primū. Nota ꝙ templi ⁊ ecclesie corporalis que ad diuinum cultum ordinatur dedicatio ⁊ consecratio est tante excellentie ꝙ non nisi ad personam excellentē ⁊ eminentē spectare potest. scꝫ pontificē. Unde solus episcopus pōt cōsecrare ecclesiā. In cōsecratione aūt materialis ⁊ corpalis eccl̄ie sunt hec q̄tuor. Primo parietes ei⁹ pficiunt. Scđo morticinia expellunt. Tertio parietes inūgunt. Quarto lūinaria accēdunt. Btā vḡo erat futura domus dei: tabernaculū, tēplū ⁊ eccl̄ia: ⁊ ipsa tota ad diuinū cultū ordinabat: ꝓpter qđ sctificatione ⁊ ɔsecratione pōtificis excellētis carere nō poterat: iō sanctificata fuit per illum: de quo Apostō. Ad Hebre.ix. dicit: ꝙ est pontifex futurorū bonorū. Unde psal. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. ⁊ fuerunt ibi illa quatuor obseruata. Nā prius fuit ipsa concepta q̄ sanctificata: quia scđm. B. in epistola ad Lugđ. Quod non est sanctificari non potest. Secundo fuit expulsa originalis morticina culpa. Tertio fuit oleo celestis gratie abūdantissime inūcta. Quarto fuerūt in ea luminaria accensa: quia septē dona spiritussancti fuerūt ipsi plenissime largita que intellectū illuminant ⁊ decorant. Hec autē omnia in ea facta fuerūt per diuine potestatis eminentiā ⁊ excellentiā. Unde si tu vis scire ꝙ in huius tēpli sanctificatione ⁊ dedicatione pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus fue

runt operati docet Job.xvij.ca.d. Noctē verterunt in diez et rursuz post tenebras spero lucē. Sequitur. prestolatio mea et patiētia mea tu es domine deus meus. No. nox precedit diez: ita culpa originalis sanctificationē. Noctez ergo peccati originalis verterunt in diem gratie spiritualis. Et rursum post tenebras culpe spero lumen gratie. Si quis ita fecit. Tu es dñe deus meus in psal. Tu es ipse rex meus et deus meus qui mandas salutē Jacob. Nota. magni viri mittentes literas scribūt in eis salutes: et consueuerūt ponere in pixide picta et proprio signo signata. Deus pater misit vnā literā toti mūdo in qua erat scripta nostra salus. Hec litera erat. Uerbū caro factū est. Uerbū em̄ patris scriptū erat in pergameno nostre humanitatis. Hanc literā posuerunt pater filius et spiritussanctus in pyxide ventris virginalis: et ideo hec pyxis fuit picta pulchritudine omniū virtutū varietate. In psalmo. In fimbrijs aureis circūdata varietate. Quinimmo ibi fuit sigillum mittentis depictuz: ideo dicit. Tu es ipse rex meus et deus meus qui mādas salutes Jacob. Iste qui mādat salutes Jacob est ille qui operatus est salutem in medio terre. Si vis salutare dic q᷑ sic est apud deuz (in hoc tēpore) sicut apud mūdū: q᷑ olim in literis consueuit poni salus: sed modo scribentes literas abbreuiantur q᷑ nec verbū fit de salute. Ita deus oliz hominibus deuotis et sanctis mādabat salutez: mō ita homines abbreuiauerūt deuotionē et sanctitatez. In psal. Peccauimus cū patribus nostris iniuste egimus iniquitatem fecimus. ideo longe a peccatoribus salus: et mors peccato℞ pessima: ideo veniat mors super illos et descendāt in infernū viuētes. Nō sic de beata virgine: q᷑ ipsi missa est ista salus: et ipsam humano generi apportauit: petiuerat eniz cū psal. Et tu dñe fac mecū propter nomē tuū: q᷑ suauis est mia tua: tu es enim deus qui facis mirabilia.

¶ Quantum ad secundū. No. q᷑ sol orituras circa aurorā in terra facit duo. Remittit enim terre ariditatē et emittit roris celestis humiditatē. De beata virgine diu ante ꝑphetatū fuit. In pinguedine terre et in rore celi desuper erit benedictio tua. Gen̄. xxvij. Igit᷑ dei filius ex ea mūdo huic oriturus huius terre remisit ariditatē per subtractionē originalis culpe: et immisit roris celestis humiditatem per collationē gratie spiritualis. Hoc fuit figuratū Judic. vj. Quādo ros cecidit in terrā et in vellus gedeonis. Per terrā intelligit᷑ anima. In psal. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. per vellus corpus. In psal. Benedixisti domine terrā tuā: auertisti captiuitatē Jacob. Remisisti iniq̄tatē. de qua sequit᷑ tertiū.

¶ Quantū ad tertiū. No. q᷑ terra in qua debet bonū semen electū vt triticū seminari debet cū magna diligentia excoli et cū magno studio preparari: ita vt non solū extirpent᷑ spine et tribuli: sed zizania eradicet᷑. Ita fuit circa humanū genus sicut christus posuit in parabola Mat. xiij. Deus enim a mūdi principio bonū semen originalis iustitie in agro suo humane nature seminauit. Sed cū dormirent homines per negligentiā Adā et Eua venit inimicus et peccati zizaniā seminauit. Unde postea sic creuit in posteros omnes eo℞: qui ex eis per cōcubitū prodierunt q᷑ ab ista zizania nullus nisi christus solus excipitur. ꝟm Aug. de fide ad petrum. In huius aūt terre vna petra debebat semen nobilissimū seminari. vtiq᷑ illud semen est verbū dei. Mat. xiij. In virgine. s. beata. et ideo summo spiritussancti studio fuit culta et preparata non solū enim spine peccato℞ mortalium: et tribuli peccato℞ venialiū fuerunt extirpate. Sed zizania originalis peccati totaliter eradicata: intantū vt in ea vel in nato ab ea nullo modo sic cresceret. Nō sic in alijs ab vtero sanctificatis. Dilata sanctificationis eius et alio℞ dissimilitudinem. sic ei fuerat promissum per esa. vj. Auferetur iniquitas tua et peccatū tuū mundabitur. Iniquitas quantū ad omne peccatū actuale: et peccatū tuum mundabitur q̄tum ad originale. de quo in psal. Queretur peccatum illius et

nõ inueniet. O vtinã de quolibet nostrũ posset dici: queret peccatũ & nõ inuenie tur qr credo q si multorũ peccata quererent faciliter inuenirent. iuxta illud Genes. iiij. Si bene egeris recipies: si aũt male/statim peccatũ tuũ in foribus aderit. Ergo recurramus ad penitentiã. per illã deus dissimulat hominũ peccata vt dicit Sapiẽ. xj. De recurrẽtibus enim ad penitentiã dixit Psal. Beati quorũ remisse sunt iniquitates: & quorũ tecta sunt peccata. beatus vir cui nõ imputauit dominus peccatum. Ad quam beatitudinem &c.

¶ Collatio. xxviij. de annũciatione dñica vel natali dñi. ex Psal. xxxij.

De celo respexit dñs & vidit omnes filios. ex psal. xxxij. Bellatorũ sapiẽtum & peritorũ est: cũ volunt de inimicis habere victoriã & triũphum q prius premissa & directa acie princeps exercitus insidijs se abscondat in locũ occultũ in vallẽ aliquam vbi minime videatur & minime esse credat: & demũ primo exercitu fatigato de valle exeat: de insidijs in hostes irruat/& omnes percutiens de hostibus habet victoriã & triũphũ. Ita Josue. vrbẽ cepit hay & regẽ eius. Josue. viij. c. vbi dicit q cũ Josue leuasset clypeum ex aduerso ciuitatis insidie que latebãt surrexerunt & per gentes ceperũt ciuitatẽ & regẽ eius. Spiritualiter deus est bellator peritissimus: ipse nãq fortis in prelio sm ps. Docet cuiuslibet manus ad preliũ & digitos ad bellũ. Unde & dñs exercituũ nomẽ illi. Ipse igit de hostib9 demonib9 qui terrã suã & hoies suos inuaserant: & hostiliter captiuauerãt volẽs habere victoriã premisit acies varias/patriarcharũ/ppphetarũ/& sctõrũ pcedẽtiũ: q tã diu in bello fuerũt fatigati. vt Dauid vnus ex illis bellator fortissimus clamaret. Defecit i salutare tuũ aia mea: & in ver. t. supspe. Tandẽ vidẽs hoc nõ sufficere posuit a tergo hostib9 insidias: & in loco icredito & occulto in valle hũili & ginali vtero occultauit: vñ subito in hostes irruẽs & eos ex insperato pcutiẽs victoriã habuit: & a demonum seruitute suos hoies liberauit. qd fuit pulchre figuratũ Exod. xiiij. Cũ em filij israel fugiẽtib9 pharaonẽ: & egyptiacã seruitutẽ egyptij p mediũ maris psequerentur crudeliter filios israel fugiẽtes. Deus ipse qui erat dux exercitus populi israelitici nõ palã: sz de loco abscõdito volẽs eos totaliter prostrare pspiciẽs in nubibus colũna se occultãs eos totaliter dissipauit: vñ dr ibi. Ingressi sunt filij israel per mediũ maris: psequẽtes qd egyptij ingressi sunt post eos: iãq aduenerat vigilia matutina: & ecce respiciẽs dñs supra castra egyptiorũ p colũnam nubis & ignis interfecit exercitũ eorũ & subuertit rotas curruũ: ferebant em in pfundum: ita q nec vnus superfuit ex eis. Per pharaonẽ ergo & eius exercitũ intelligitur dyabolus qui filios israel. i. genus humanũ persequebat in mare huius mundi sed deus in colũna nubis & ignis. i. in virgine maria: que fuit columna nubis: rorida per gratiã: pura per virginitatẽ: ignis per charitatem: se occultauit: & in hac colũna abscõditus & celatus: & de hac cõtra hostes respiciens & in suos filios illos quidẽ prostrauit & istos saluauit. Et hoc dicunt verba proposita de celo respexit &c. de celo. i. de virgine deũ celante: qr celum dicitur a celãdo respexit dñs & vidit omnes filios hominũ: vidit inq oculo misericordie cõpatientis & saluantis. in quibus verbis Psal. deuotis insinuat tria. Nã eis a longe demonstrat diuinum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tabernaculũ | Inuẽi-esãt in | tabernaculo diuinã sapientiã latitantẽ | de celo |
| Oculum | | oculo diuinã miam subleuantẽ | res. do. |
| Populum | | populo hũanã indigentiã acclamãtẽ | vi. o. fi. |
| Est igit | | Sapientia latitans secretiori cõsilio | de celo. |
| | | Clemẽtia subleuãs altiori beneficio | respe. do. |
| | | Indigẽtia puocãs patiẽtiori mysterio | vidit oẽs filios |

¶ Quantũ ad primum. Nota q beata virgo celuz dicitur duplici ratione. pri-

mo ratione interpretationis. Secundo ratione conditionis. Ratione interpretationis: quia celum dicitur a celando. Scriptura dicit mirabiliter tria celari. Celatur enim via serpentis in lapide/ via nauis in equore/ via auis in aere. Christus eñ cōparatur serpenti. Joan.iij. Sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari opꝫ filiū hominis vt oīs qui credit in ipsum nō pereat. Sicut enim ad illius serpentis aspectū filij israel saluabantur. Numeroꝝ.xxj. Ita ad christi aspectū saluantur fideles per fidē. Cōparatur etiā naui. Prouer.xxxj. Quasi nauis institoris de longe portās panē suū. Cōparatur etiam aui. Deut.xxxij. Sicut aquila prouocās ad volandū pullos suos ꝛc. Hec ergo tria fuerunt celata in virgine maria per christū qui modo expo sito dicitur serpens nauis et auis: quia sicut serpens non relinquit vestigiū in lapide: nec in equore nauis: nec in aere auis. ita nec christi conceptio nec natiuitas in virgine Prouer.xxx. Tria sunt mihi difficilia et quartū penitus ignoro: via aquile in celo: via colubri sup petrā: via nauis in medio maris. via viri in adolescentia. Alia litera habet ī adolescentula. Applica ad christū. Dicitur ergo virgo beata celū a celando a nobis scꝫ interpretatione. Secundo ab eius conditione. Est enim celum duobus polis firmius: planetis speciosius: multis stellis ꝟtuosius. Sic beata virgo fuit velut in duobus polis firma: superiori et inferiori arctico et antarctico dei charitate et sui humilitate. vnde Gen.j. Uocauitꝗ deus firmamentū celū. factūꝗ est vespere ꝛ mane dies secundus. Nota dies ille durauerat vsꝗ ad virginē: sed tūc incepit secundus. s. gratie. sic etiā beata virgo fuit celū fuit duobus planetis decorata: sole. s. diuinitatis et luna humanitates: que fuerunt in christo per christū ī ea. vnde Abacuc.iij. Sol et luna steterunt in habitaculo suo. Gen.j. Fiant luminaria in firmamento celi: et diuidāt diē ac noctē: diē gratie noue legis a nocte ire veteris legis. Sic ergo fuit beata virgo celū multis virtutibus velut stellis omnibus vigorata virtutū multiplicitate ꝛ operū pluralitate. vñ tot virtutes ꝛ virtutum opera fuerūt in ea. vnde Gen.xv. Suspice celū: et numera stellas si potes Gen.j. Fecitꝗ deus duo luminaria magna: luminare maius vt p̄esset diei: et luminare minus vt p̄esset nocti et stellas: et posuit eas in firmamēto celi: vt lucerēt sup terrā. De hoc scriptū est. Deute.xxviij. Abundare te faciet dñs omnibꝰ bonis fructu vteri tui: et fructu terre tue quā iurauit dñs patribus tuis vt daret tibi. Aperiat dñs thesaurū suū optimū celū/ vt pluuiā tribuat terre sue. Nota modū loquendi scripture quecunꝗ mulier fetū producens. Terra etiam fructum emittens realiter frangitur et aperitur: sed celū immittens pluuiā in nullo frangitur vel aperitur nisi in effectu. Loquens ergo scriptura de natiuitate filij dei ex virgine cum prius vocasset fetū vteri. Secundo fructū terre: quia iste fructus natus est sine virginis fractione. Non tacuit scriptura donec adiūxit. Aperiat dñs thesaurū suū optimū celū/ que apertio non est per fractionē: sed solum per effectus largitionē. ideo psal. Celū celi dño terrā aūt dedit filijs hominū. i. dño cōuenit nasci ex virgine sicut pluuie egredi de celo: sed alijs filijs hoīm terrā dedit. i. nasci ad modū eorum que terra gignit per sui fractionē. Dicit autēꝫ celum celi ratione excellentie. vnde et si est bonum hoc celum corporale: optimū tamen beata virgo celum spūale: vñ sicut prius dictū est. Aperiet dñs thesaurū suum optimū celū. Ita dicit Psal. Celum celi dño. et alibi in psal. A summo celo egressio eius. Et hec de primo.

¶ Quantum ad secundū. Nota ꝙ aliter aspicit sol aliter basiliscus. Nam solis aspectus res viuificat: vt patet in arboribus et alijs viuentibus: sed aspectus basilisci res interficit et mortificat. vnde res viuentes circa locum vbi basiliscꝰ moratur mortificantur et marcescunt. Diabolus basiliscus iste semel oculo sue malignitatis hominem viuentem aspexit: et ꝗuis vitam mentiendo promitte=

ret:dicens.Nequaq̄ moriemini.Geñ.iij.Tamen viuentem hominē interfecit:et intantū q totū humanū genus mortificauit:et in nullo homine esset viror vite vnde Abacuc.iij.Aspexit et dissoluit gentes et contriti sunt colles seculi. Sed christi veri solis aspectus genus humanū mortificū oculo sue benignitatis ad vitam reduxit.z hoc factū est qñ de virgine carnē trahens oculū sue mīe ad nos direxit.Unde dicebat beata virgo Luce primo.Exultauit spūs meus in deo zc. In psal.Quis sicut dñs deus noster.zc. Nota sol speculū aspiciens aliud opak in concauo:et aliud in conuexo. In conuexo enim calorem seu ignem nō gignit: sed in concauo.Sic deus pater videns concauitatē.i.humilitatē in speculo virginali:ibi filium incarnauit.Ideo dicitur humilia respicit. De hoc sole hoies respiciente dicitur Eccli.xlij.Sol illuminans super omnia respexit:et gloria domini plenū est opus eius. Hunc aspectū summe desiderare debemus: quia sicut ad solis aspectum gelu liquefit:Ita ad dei respectū cor induratū peccato liquefit:vnde petrus induratus peccato infidelitatis et infrigidatus ad christi aspectum est vsq ad lachrymas resolutus. vnde dicitur Luc.xxij. Et cōuersus dñs respexit petrū:et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei iesus: et egressus foras fleuit amare.Dicamus ergo cū psal.Respice dñe in seruos tuos et in opera tua.et dirige filios eorū zc.Et hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū.Nota q patre excludente natos non solum ab hereditate tota:sed etiam a parte vt non solum non sint heredes: sed nec legatarij.Signū est q nec reputat eos nec habet pro filijs:sed qñ eos dimittit nō solū ad pte: sz ad totā hereditatē signū est q eos habet pro veris filijs. Deus pater ab adam vsq ad christū:sic se habebat ad omnes hoies q nō solū eis regnū celeste nō llargiebatur:immo longe a regno excludebat.vñ oēs pijciebat in infernū: quapropter dicebat Job.xvij.Scio enim q infernus domus mea est:et in tenebris straui lectulū meū.Et hoc erat/quia non eramus eius filij:sed diaboli per peccatū. vnde dicebat xp̄s iudeis Joan.viij.Uos ex patre diabolo estis:et facitis opera patris vestri.et ideo apostolus Ephe.ij.Eramus eīm filij ire. Ut hereditatis ergo essemus participes:Deus pater nos in filios adoptauit in sui filij bñdicta incarnatione nos faciens fratres eius.vnde dicitur Joan.j.Dedit eis potestatē filios dei fieri:hoc autē factū est spiritualiter sicut fit in mundo tpaliter.In matrimonio eīm corporali hoc accidit vt sponsa efficiatur filia patris sponsi:ita fecit deus:vt enim humana natura ire filia dei patris constitueretur filia : inter eā et suū filiū matrimoniū celebrauit.Sapieñ. viij. Hanc quesiui et amaui a iuuentute mea:quesiui mihi sponsam assumere.Ex illo ergo matrimonio in capella mentis virginalis inchoato in thalamo vteri virginalis consummato factum est:vt nostra natura sit facta dei filia vt nos oēs filij dei facti:hereditatez filiorū reciperemus:ad Gal.iiij. At vbi venit plenitudo tpis misit deus filium suū:factū ex muliere factū sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionē filiorū reciperem⁹.pIme Jo.iij. Uide qualē charitatē dedit nobis de⁹ vt filij dei nominemur et simus.Roma.viij.Ipse spiritus dedit testimoniū spiritui nostro:q sumus filij dei et heredes:heredes quidē dei : coheredes autem christi.Ad illam hereditatem zc.

¶Collatio.xxix.De beato Thoma apostolo.ex psal.xxxij.

Saluabitur in multitudine virtutis.in psal.xxxij.Quanto effectus est difficilior et altior tanto requiritur virtus agentis maior et nobilior vnde q̄to est infirmitas grauior et periculosior:tanto re[quir]itur medicus peritior.Figura Mat.viij.Cū eīm mortis periculū di[sci]pulis immineret in nauicula exorta tempestate: ita vt nauicula op[e]riretur fluctibus christo dormiente: non potuerunt saluari donec recurrerent ad illuz qui

eſt virtutis infinite. Cui dixerũt. dñe ſalua nos / perimus. qui imperauit ventis et mari et ceſſauit tempeſtas. Circa tempus paſſionis chriſti inſurrexit: tãta tẽpeſtas vt nulla nauicula fuerit inter apoſtolos ſine periculo ſubmerſionis. Illa enim nauicula petri que tantũ p mare iuerat mergi cepit: intm̃ vt diceret neq̃ noui neq̃ noſco hominẽ iſtum. Mar. xiiij. immo cepit anathematizare et iurare quia non nouiſſet hominẽ. ibidem. Hoc aũt factũ eſt intm̃ vt chriſto dormiente in cruce cuiuſlibet nauicula eſſet temptationis ꝛ incredulitatis fluctibus coop ta: ſed tñ in reſurrectione a mortis ſomno excitatus imperauit / ventis temptationũ: et facta eſt tranquillitas in conſcientijs apoſtolorum: et quia nauicula Thome non erat ſimul cum alijs: quia vento plus agitata maiori virtute indigebat: vt ſaluaretur et reduceretur ad portũ. et ideo poſt dies octo chriſtus Thome apparens: imperauit ventis temptationũ et incredulitatũ eius: dicẽs. Cognoſce loca clauorũ et noli eſſe icredulus, ſed fidelis. Joã. xx. Et iõ ſpecialiori et maiori virtute ceteris eſt ſaluatus. et hoc eſt ſaluabit in multitudine virtutis. vbi nota eius.

Aſcriptionem } aſcribit { beatorũ brauiũ } ſaluabitur
Deſcriptionem q̃ } deſcribitur ad { apoſtolorũ collegiũ } in multitu.
Preſcriptionem } preſcribit { meritorũ exercitiũ } virtutis

Eſt autem } Brauiũ eterne felicitatis } q̃ { ſaluabitur
} Collegiũ fraterne ſocietatis } { in multitudine
} Exercitiũ ſupne charitatis } { virtutis

¶ Quantũ ad primũ. Nota ꝙ quandoq̃ lapſo in pfundũ adhibet manus ſiniſtra pro extractione: ꝛ quia maioris virtutis eſt dextera vbi non ſufficit ſiniſtra adhibetur ꝛ dextra potiſſime vbi ſubintrauit multũ de aqua Beatus Thomas in chriſti paſſione cecidit in puteũ infidelitatis: et tantũ de aqua biberat vt diceret cum Pſal. Saluũ me fac deus qm̃ intrauerũt aque vſq̃ ad animã meã. et ideo volens eum de iſto puteo extrahere: miſit ipſi manũ ſuam ſiniſtrã / id eſt apoſtolos qui dixerũt ei. Uidimus dñm. Joan. xx. Ille aũt tm̃ de aqua biberat ꝙ extrahi non potuit: immo dixit niſi videro fixurã in manibus eius ꝛc. nõ credam. Joan. xx. Tunc chriſtus exhibuit ipſi propriã dexterã dicens. Infer digitum tuũ huc et mitte in latus meũ. ꝛ noli eſſe incredulus ꝛc. Joan. xx. Tũc finaliter extractꝰ fuit dicens. Dñs meus et deus meꝰ. de hoc in pſal. Fortitudo mea et laus mea dñs. et factꝰ eſt mihi in ſalutẽ. Dex. do. fe. vir. dex. do. exal. me. dex. dñi fecit virtutẽ. Qua ſi diceret hanc virtutẽ fecit dextera dñi quam non potuit facere ſiniſtra apoſtoloꝝ: alibi Saluũ me fecit dextera tua. Eſt aũt ſciẽdũ ꝙ vnꝰ ſaluatꝰ de aqua aliũ ſepe ſaluat: ita ſaluatꝰ Thomas per chriſtũ poſtea regẽ indie ſaluauit. Nota hiſtoriã in vita ſua in pſal. Saluatur rex per multam virtutem. Quantũ ad vtrũq̃ de chriſto Saluauit eos pꝑter nomen ſuũ: vt notã faceret potentiã ſuã. Si vis aliter procedere poſſes ſic dicere. Nota ꝙ preſentia ſola medici aliquando curat infirmũ et ſaluat propter gaudiũ: ita fuit de preſentia chriſti in Thoma Gen. xxxij. Uidi dominũ facie ad faciem et ſalua facta eſt anima mea. Et hec de primo.

¶ Quantũ ad ſecundũ. Nota. contingit aliquando ꝙ multis cãpanis exiſtentibus in campanili. Cuius ſit vna aliquando ſoni clari et ſingularis: tamen niue cadente ſuper eam facit ſonũ raucũ: ita vt omnibus ſono ſuppreſſiore manifeſte reddat. Beati apoſtoli fuerũt ſicut cãpane in cãpanili militãtis eccleſie eleuati ad populos in chriſti eccleſia cõgregandos de quorũ ſono ſcribit in pſal. In oẽm ter ã exiuit ſonus eorũ ꝛc. tpe chriſti paſſionis tm̃ de niue tribulatiõis cecidit: ꝙ mnes ille campane aut ſonum perdiderunt / aut peſſimũ / aut raucũ habuerunt: patet in maiori ꝛ groſſa cãpana. ſ. in apoſtolo petro que cum eſſet

ab vna ancilla pulsata christū negauit: que tamen primo clarius ceteris sona-
bat: vñ dixit christo ante passionē. Mat.xvj. Tu es xp̄s filiꝰ dei viui ꝛc. Ante pas
sionē claro sono cātauit: sed postea in tp̄e niuis errauit / et malū sonū reddidit
cū dixit: nec̄ noui nec̄ scio hominē istū. Mar.xiiij. Inter etiā has cāpanas / tho
mas clarū sonū habebat. vñ dixit christo. Joan.xj. Eamus et nos ꝛ moriamur
cum eo. iste aūt tm̄ de niue recepit ꝙ apostolis dicētibꝰ. Uidimꝰ dñm: ipse rau-
cior fuerit. vñ dixit nisi videro ꝛc. nō credā: volēs ergo xp̄s isti reddere sonū suū
fecit sicut fit per solē. Sol em̄ primo aliquas cāpanas suis radijs irradiās ni-
uē calefacit. ꝛ cū aliqua est remotior finaliter per suā circulationē illā attingēs
in ea niuē liquefacit et sonū debitū reddit. ita fecit xp̄s. primo em̄ radio sue mi-
sericordis p̄sentie niuē incredulitatis in cordibus apostoloꝝ liq̄fecit. Thomas
aūt radiū non habebat: qꝛ nō erat cū eis qñ venit iesus: et ideo fecit christꝰ circu
lū et post dies octo redijt. et tunc niuē totā liquefecit in Thoma: intm̄ vt Tho-
mas clarissimū sonum redderet dicens. Dñs meus et deus meus. Sapieñ.viij.
In multitudine bonus videbor. dic si vis aliter: ꝙ qñq̄ in aliquibus cāpanis
sufficit apparitio solis ad sonū reddēdū. qñq̄ aūt nō sufficit solis apꝑitio: imo
etiā necessaria manus opatio ad niuē remouēdā. ita fuit de ceteris aplis et de
Thoma. Ad alios em̄ suffecit christi apꝑitio: ad istū fuit necessaria manꝰ opa-
tio. vñ dictū est ei. Infer digitū tuū hac et vide manꝰ meas ꝛc. iō dicebat xp̄o. Mi
serere mei deus ꝛc. Et s̄m multi. mise. t. de. iniqui. meam. quo accepto dicebat:
s̄m multitudinē doloꝝ in corde consolationes tue letificauerunt aīam meam.
¶ Quantū ad tertiū. Nota: beatus thomas satis et si nō a toto: tñ a tanto excu
sari pōt de sua infidelitate seu incredulitate. Ratio est si sol non videret cum
eclipsis vel terra subintrat nō est mirū ꝙ tunc trahit suos radios qui sunt cau
sa visionis: sed qñ sol apparet in medio in meridie: tunc esset cecus qui solē lu-
cide nō videret: christus sol verus iustitie tp̄e sue passionis fuit eclipsatus. Jo-
helis.ij. Sol conuertet in tenebras etiā vsq̄ ad mortē sicut et cū sol eclipsat vul
gariter dicitur mori. vñ retraxit radios. vñ videri non poterat esse deus sic clare
ꝑ fidē. Quis enim deum illū crederet quē cū latronibus pendentē et nudatū vi
deret: Iterū subintrauit terrā: quia fuit ꝯtum ad corpus in sepulchro: ꝛ ꝯtum
ad animā in inferno: et ideo quia sic se ab aspectu thome absconderat nō erat
mirū si eum per fidem non videret cum radij eius ipsi essent sublati. et ideo vir-
tus oculi intellectiui in eum esse non poterat. vnde cōquerebatur cum p̄s. Dere
liquit me vir. m. et lu ocu. m. ꝛ ip. nō est. m. et iste sol tandē eclipsim ꝑtransijt.
De terra exiuit in resurrectione: et tunc Thome radios sue humanitatis et diui
nitatis restituit. et tunc Thomas per fidem christum vidit: clare et manifeste
christum cognouit. ideo petebat ipse cum psal. Deus meus illumina tenebras
meas: quoniam in te eripiar a temptatione: et in deo meo transgrediar murum
qm̄ quis deus preter deum nostrum. Deus qui precinxit me virtute. Nota: ꝙ
dicit in deo meo transgrediar murum: et deus qui precinxit me ꝛc. Uolens
bene saltare / vestimenta leuat ad zonam et sepe: immo communiter ille longiꝰ
et amplius saltat qui ante saltum retrocedit id est amplius et precinctius in
cursum suum vadit. Thomas per incredulitatem ceteris amplius retrocessit:
quia dixit nisi videro ꝛc. non credam. et ideo precinctus a christo in verbo. No-
li esse incredulus / cursum suum arripiens in fidem / ceteris vltra saltauit: vn-
de alij apostoli modicum saltum fecerunt: qui ad vnum passum antemurale
solum transiuerūt dicentes. Uidimus dominum. Sed sanctus Thomas plus
alijs vno passu saltauit: quia transiuit antemurale et murū: dicens. Dñs meꝰ
ꝛ deꝰ meus. et hoc est quod dicitur hic. Deus illumina tenebras meas ꝛc. et in
deo meo trās. murum ꝛc. In christo enim erat antemurale humanitatis ꝛ murꝰ

diuinitatis. Esa. xxvj. Saluator ponet in ea mur⁹ ꝛ antemurale. Alij ergo apti saltauerūt antemurale h̄uanitatis solū dicētes. Uidim⁹ d̄nz: Beat⁹ thomas vtrūqꝫ dicēs. D̄ns me⁹ q̄tū ad añmurale humanitatis ꝛ de⁹ meus q̄tū ad murū diuinitatis. De hoc in psal. Ecce dabit voci sue vocē virtutis: ergo ꝛ vos laudate eū in virtutib⁹ eius: euntes de virtute in virtutē donec videatur de⁹ deorum in syon. Ad quā visionē vbi Thomas est nos perducat.

¶ Coll. xxx. In p̄cessionibus gn̄alibus: vt exaudiamur. ex ps. xxxiij



Lamauerūt iusti ꝛ d̄ns exaudiuit eos. In ps. xxxiij. Inter oēs clamores magis cā cōmotionis penetrationis ꝛ actionis est clamor filioꝝ. hoc satis ost̄dit natura in a̅ialib⁹ q̄ stati ad clamorē filioꝝ veniunt parata iuuare filios: se pro eorū clamorib⁹ morti exponētia: ꝛ aliq̄n mortē subeuntia: ꝛ nedū clamor verus prouocat: immo etiā imaginatus. Un̄ legim⁹. iij. Reg. iij. ꝙ coram Salomone nō dimiserit mater filiuz diuidi dolorē ꝛ clamorē imaginata filij: vn̄ dixit date huic infantē viuū ꝛc. cōmota sunt q̄ppe viscera eius super filio suo. Satꝫ hoc pulchre figuratū ē exo. iij. Ubi dixit de⁹ moysi. vidi afflictionē populi mei q̄ est in egypto: ꝛ clamorez eius audiui ꝛ descendi vt liberem eū. Quarto aūt capitulo sequitur. Fili⁹ me⁹ primogenitus israel. Clamor ergo filiorum israel mouit ꝛ attraxit deū vt descenderet ꝛ liberaret eum: q̄r clamor filioꝝ inter ceteros visceribus attractiu⁹ penetratiuus est: ꝛ remotiuus: hec est inter iustos ꝛ iniustos d̄ra: q̄r iniusti ꝛ peccatores non sunt filij dei. In ps. filij alieni mentiti sunt mihi. filij alieni inueterati sunt ꝛ clamauerunt ꝛc. Iusti aūt ꝛ sancti sunt filij dei. Sap. vij. Stabunt iusti in magna cōstantia ꝛc. sequit̄. Ecce q̄o computati sunt inter filios dei: pro istorū clamore nedū morti se exposuit. sed mortez in cruce sustinuit: ꝛ fuerunt oīa eius viscera pro eis confracta. vn̄ in ps. Ad te clamauerūt ꝛ salui factisunt / in te sperauerūt ꝛc. immo Esa. xlix. Nunquid obliuisci potest mater infantulum vt non misereat̄ filio vteri sui. ꝛ si illa oblita fuerit: ego tamē non obliuiscar tui: nec de hoc mireris: q̄r Deut. xxxij. dr̄. Nunquid non ipse est pater tuus ꝛc. Deus igitur clamores peccatorum q̄r nō sunt filij q̄diu existunt in iusti non exaudit. Unde Joā. ix. Scimus q̄r de⁹ pctōres non exaudit: sed iustorum / sicut filiorum statim audit pariter ꝛ exaudit. ꝛ hoc est clamauerunt iusti ꝛc. vbi ps. istorum sanctorum describit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Deuotionē patefactam | | | clamauerunt |
| Operationem exercitatā | } | q̄r | iusti |
| Premiationē redditā | | | d̄ns exaudiuit eos |

Fuit namqꝫ

| | | | |
|---|---|---|---|
| Patefacta deuotio | | Oratione precatoria | clamauerunt |
| Exercita operatio | } cū | Executione meritoria | iusti |
| Reddita premiatio | | retributiōe remuneratoria | d̄ns exaudiuit eos. |

¶ Quantum ad primum notandum ꝙ mihi sic esse videt̄ in celesti curia sicut in Romana curia. q̄r in Roma. curia petitiones sepe multe non expedite remanent quia ad conspectum summi pontificis non veniunt: quia ad eius aures non introeunt. Est eñ difficilis aditus ꝛ ingressus: sed ille que possunt ad ei⁹ conspectuz ꝛ auditū peruenire ꝛ introire cum sint rationabiles ꝛ debite audiūtur ꝛ expediuntur. hec est inter clamorem pctōrū ꝛ iustorum differentia. q̄r petitiones sanctorū ꝛ iustorū ꝛ clamores statiz introducunt̄ ad deū ꝛ ad eius aures perueniunt. Figura Thobie. xij. dixit Raphael thobie. quādo orabas ego orationē tuam obtuli coram d̄no: vnde in ps. Exaudiuit de tēplo sancto suo vocem meam: ꝛ clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Petitiōes aūt ꝛ clamores pctōrum non habēt introductorem: ꝛ iō nūqꝫ intrāt nec audiū

tur a deo: vnde in ps. Clamauerunt: nec erat qui saluos faceret ad dñz: nec ex audiuit eos. Quod autem clamores & orones iustorum audiunt: non iniustorum non solum cã est: qꝛ ille habent introductorem: & iste impeditorem. Nõ ps in campanis eni de campanili pulsantibus cũ vent⁹ fortiter flauerit earũ son⁹ audit: illic quo flauit ventus. Uent⁹ eni portat secũ sonũ quo flauerit: & impedit ne a parte opposita son⁹ audiatur. ventus sunt affectiones nostre flentes. i voces & opera nostra. Clamant ergo sepe homines iniusti/ per superbiã/ p auaritiã: p immundiciã/ p hypocrisim: siue fctitatis apparentiã: sꝫ istorũ vox' aut clamor a deo nequaq audit: qꝛ ventus medi⁹ totum portat quo vadit: nõ aũt vadit ad deũ: sed ad oppositũ: pꝫ: nã ventus totus affectionum superbi: vadit ad honores & excellentias: tñ deus dicit. Discite a me qꝛ mitis sum & humilis corde. Mat. xi. & Jaco. iiij. Deus superbis resistit. in ps. Tu populum humilẽ saluum facies & ocu. su. humilia. Uentus affectionum immundi vadit ad carnalitates & delitias: & tñ Paulus dicit Ephe. vi. ꝙ fornicator aut immund⁹ nõ hꝫ hereditatẽ in regno xpi & dei. & ps. Perdes omnes qui fornicant. Uent⁹ auari vadit ad cupiditates: & diuitias: & tñ xps dicit Mat. xix. Facilius est intrare camelum per foramẽ acus ꝙ diuitẽ intrare in regnũ dei. & ps. Diuitie si affluant nolite cor. &c. Uẽtus hypocrite vadit ad fictiones & ad apparentiã. & de eis dicit xps Mat. vi. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coraz hoib⁹ &c. sicut hypocrite faciunt. Amẽ dico vobis/ receperunt mercedẽ suam. Jn ps. Uanitati similis factus est: isti habent impedimentum. ne clamor eorũ veniat corã deo: quia eorum ventus. i. affectiones vadunt ad oppositum. & Michee. iij. Clamabunt ad dominum: & non exaudiet eos: & abscondet faciem suam ab eis in tpe illo: sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. Sed iustorum clamor hꝫ ventum ꝓprium adiutorem: qꝛ totus eorum affectus & intentio est ad deum: & ideo deus audit pariter & exaudit. Jn ps. Ad dominum cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Jtem clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum &c.

¶ Quantũ ad scdm. Nota non est mirum si iustorum oratio exaudiatur. est eni deo grata cum sit regulata/ ordinata & perfecta habitu iustitie. habitus aũt inclinat per modum nature: que est talis ꝙ inferiora superioribus subdantur & regantur: & superioribus moueantur & obediant: vt pꝫ in corporibus celestibus quibus inferiora subduntur. & reguntur. Ex hac causa iustitia facit: vt iustorum sit oratio deo grata: quia omnes actus/ voluntates: verba: & opera diuine voluntati subduntur & obediunt: & diuina voluntate mouentur & regulãtur: & hoc est valde iustum. vnde & Mat. secundo. Justum est esse subditum deo quod autem est in operibus nature/ suo modo est in operibus gratie. Jn natura autem sic est quod quedam corpora sunt propinqua pmo mouente vt sphere inferiores: & hec perfecte motui superioris obediunt: quedaz sunt remotiora vt elementum aque: & hec partim repugnant: & partim obediunt vt pꝫ in fluxu & refluxu maris: quedam sunt remotissima: & hec in nullo mouentur vt terra/ q̃ ineternum stat. Eccle. primo. Sic in opere gratie: quidam sunt deo ꝓpinquissimi: isti sunt iusti. Esa. li. Prope est iustus meus. & Sap. iij. Justorum anime in manu dei sunt. & isti omnem diuinum motum recipiunt & exequuntur per impletionem diuinorum mandatorum eis obediendo corde/ voce/ & opere. de quibus tribus. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur &c. Ecce de ore lex dei eius in corde ipsius. Ecce de mente: & non supplantabuntur gressus eius/ ecce de opere. ideo Osee. xiiij. Recte vie dñi: & iusti habitabunt in eis. Alij autem sunt a deo remotiores: sicut peccatores infirmi qui fluunt & refluunt: habent quosdam bonos conceptus: & bona proposita: sed non habent bonos par

tus ꝛ bona opera. Ad tempus enim credunt ꝛ in tempore temptationis recedūt Luc.viij. Sicut audientes sermones bene concipiunt: sed inde recedentes nihil pariunt contra quos apostolus Ad Ro.ij. Non auditores legis iusti sunt apud deū: sʒ factores legis iusti sunt. Sicut mare fluēs ꝛ refluēs vñ Esa.xlviij. Iustitia tua sicut gurgites maris. Alij autē sunt a deo remotissimi: sicut peccatores obstinati in peccato ꝙ non mouentur: nec intimis inspirationibus: nec predicatorum clamoribus: nec tribulationū actionibꝰ: nec tormentorum terroribus: nec gaudiorū promissionibꝰ: sed stant immobiles sicut terra. In ps. Anima mea sicut terra ꝛc. Isti sunt indurati peccatores qui sicut indurata terra diuine punitionis in finē malleo contenentur. In ps. Meliꝰ est modicū iusto sup diuitias peccatoꝝ multas qm̄ brachia pctōꝝ cōterent̄: confirmat aūt iustos dñs. ergo si vis videre iustorū mobilitatē ꝛ obedientiā ꝛ duritiā pctōrū: ꝛ qꝛ erunt in fine dispares: audi ps. Iniusti disperibunt simul: ꝛ reliquie impiorū interibūt. Salꝰ aūt iustoꝝ a dño: ꝛ ptector eorū est in tpe tribulationis: ꝛ adiuuabit eos ꝛ liberabit eos dñs: ꝛ eruet eos a peccatoribus: ꝛ saluabit: ꝛ hec de secundo.

¶ Quantum ad tertiū Nota. non exaudit ꝙ audit: ꝛ ideo facietia ad auditionē faciūt ad exauditionē. ad auditū aūt facit plurimū distantia vel ppinquitas. Ita eñ pōt esse aliquis propinquus loquenti ꝙ audiet quicquid dicet: et ita remotus ꝛ distans: ꝙ nihil audiet q̄tūcunqꝫ clamet. Sic spūaliter iusti sūt deo ppinquissimi. In ps. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde. sequitur Multe tribulationes iustorū. pctōres aūt sunt a deo distantes ꝛ longe remoti. In ps. Lōge a pctōribꝰ salꝰ. igr̄ q̄tūcunqꝫ secrete iusti in abscōdito/mēte/voce: mō q̄cūqꝫ orēt loquent̄: qꝛ deꝰ est iuxta ꝛ ppe: totū audit ꝛ statiʒ exaudit: pctōres aūt tm̄ a deo distāt ꝛ sunt elongati: ꝙ etiā q̄tūcūqꝫ clamēt nullo mō audiūtur: ꝛ p ꝯñs nō exaudiunt. vnde Prouer.xv. Longe ab impijs dñs: iustorū autē orationes exaudiet. De hoc pulchre in ps. Prope est dñs omnibꝰ inuocantibꝰ eum/inuocant. in veri. vo. ti. se. fa. ꝛ depreca. eorum. ex. ꝛ sal. faciet eos. ad quā salutem nos perducat ꝛc.

¶ Collatio.xxxj. de festo purificationis beate marie virginis Ex psal.xxxiiij.



Quasi proximum: quasi fratrem nostrū sic complacebā in ps.xxxiiij. Inter cetera que reddunt hominis animū gaudiosum ꝛ faciūt exultationē ꝛ iubilum/est aduentus fratris desiderati: ꝛ potissime qñ ē vterinꝰ: qñ alias non est visus: ꝛ qñ est vnicus: ꝛ qñ est vnicꝰ vterinꝰ. Super tali eñ viscera cōmouentur. In cuius signū Luc.xv. pr̄ duorū filiorū quorum alter prodigus (dissipata substantia) ad patrē fuerat reuersus Cūqꝫ frater reuersus indignaret̄ super patris gaudio dixit pater. fili epulari ꝛ gaudere oportebat: qꝛ hic frater tuus ꝙ perierat inuentus est. de hoc est figura Geñ.xliij. Ioseph habebat fratrē vterinū ꝛ vnicum. s. Beniamin quē nunqꝫ viderat: ꝛ desiderans eum videre dixit alijs fratribus. Non videbitis faciē meā nisi adduxeritis fratrem vestrum minimum. quem cū adduxissent intm̄ letatꝰ est ꝛ exultauit ꝙ fecit institui conuiuium. ꝛ attollens oculos cum vidisset fratrē suum vterinum festinauit/cōmota qꝫ sunt viscera eius super fratre suo: ꝛ erumpebāt lachryme. per Beniamin intelligitur xp̄s. ratio est: scrutatis saccis olim filiorum Iacob per dispensatorem domus ioseph: in nullius sacco inuentꝰ est cyphus argenteus: nisi in sacco Beniamin. Geñ.xliij. Ita perscrutatis saccis. idest humanitate omnium hominum in nullo inuentus est cyphus argenteꝰ. i diuinitas: nisi in solo sacco Beniamin. i. humanitate xp̄i: de quo sacco scripsit ps. Cōcidisti saccū meū ꝛ circūdedisti me letitia. Iste cyphus aūt erat in quo

augurari solet dñs deus meus.s.pater:q2 ille cyphus est verbum et sapientia dei patris.ergo ille est Beniamin frater minimus.s.per humanitatem.Cū aūt hoies per creationē et ipse dei filius per generationē haberēt deū patrē pro patre:et sic per pñs essent fratres.non tñ erant germani et vterini:q2 si ex eodē patre non tñ ex eadem matre: sed tandem factus est frater germanus et vterinus: cum fuit in humana matre conceptus:et de humana matre natus vnde et beate virgini cantamus.Uterum tuum de spū sancto credimus impregnatū. Hūc ergo fratrem vterinum factum et natum ex eadem matre humanitatis.Simeō sanctus velut alter ioseph summo affectu et desiderio videre cupiebat: dicens: putasvidebo:putas hic me inueniet.putas isti oculi videbunt:et intm clamauit q responsum acceperat a spū.s.non visurum se mortem:donec videret xpm Luce.ij.Fratrem suum scz vterinum.Cum igitur parentes eius in templuz introducerēt Symeon sanctus noluit esse vltimus.sed eleuans palmas vna cum mente isti suo fratri vterino occurrit:et in vlnas suas sicut vterinum fraterculū suscepit cantans.Nunc dimittis rc.summe in corde gauisus est et exterius iubilans et exultans:istum enim solum videre desiderauerat:istum solum de omnibus personis paradisi vterinum habuerat:istum nunquam viderat:quia ipsemet dixerat.Non videbit me homo et viuet.Exodi.xxxiij.et ideo eo viso tanq fratrem suum suscepit charissimum exultando.et hoc confitetur psal. loquens in Symeonis persona.d.quasi proximum rc.In quibus verbis describit aduentus istius fratris nostri.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Utilitatem | quasi proximum | ostdit aūt venientis | vtilitas |
| ppinquitatē | quasi fratrē nostruz | | propinquitas |
| iocūditatez | sic complacebam | | iocunditas |

| | | |
|---|---|---|
| In | approximationis aspectu | quasi proximum |
| | cognationis effectu | quasi fratrem nostrum |
| | congratulationis affectu | sic conplacebam. |

¶Quantū ad primum.Notandū est q accessus solis ad nos est valde vtilis et virtuosus ratione immissionis radiorum:recessus autem damnosum rōne retractionis eorum.Motus enī solis sm phūm est cā generationis et corruptiōis sed gñationis per accessum:corruptionis per recessuz.Uidemus enī ex solis recessu tria contingere in corporibus:sole enī recedente accipit infirmus in actu/grauitatem:terra in fructu sterilitatem:auis in cantu tarditatem.Econtrario autem/ex solis accessu infirmi curantur:citius terre fructificant vberius/aues cantant suauius.Hec tria patēt in cursu naturali hyemis et estatis diei et noctz applica dilatādo.Spūaliter sic est de dei filio iustitie sole.Ipse enī est ille sol de quo Malach.iiij.Uobis timentibus nomen meum sol iustitie oriet.Iste sol fuit a nobis elongatus ratione peccati primorum parentum de quo dicit Augu.q tunc nobis sol incepit occumbere/cum homo per peccatum cepit a deo discedere.Ex hoc autem cepit genus humanum pro sanitate languescere:fecūditate sterilescere.iocunditate ingemiscere.In psalmo.Ego autem infirmus sum et pauper:terram fructiferam in salsuginem rc.Laboraui in gemitu meo rc. Et iterum.Quomodo cantabimus canticum domini in terra rc.Hoc ergo fecit peccatum et iniquitas secundum illud Esaie.lix.Iniquitates nostre diuiserūt inter nos et deum nostrum.pš.in psal.xlvij.qtum ad infirmitatem dixit.Sicut vulnerati dor.rc.Nunquid medici suscitabunt rc.Quantum ad sterilitatem dixit ibidem.Nunquid cognoscentur mirabilia tua :et iustitia tua in terra obliuionis. Quantum ad sterilitatem simul et flebilitatem subiunxit ibidez.Pauper sum ego:et in laboribus rc.humiliatus sum et pturbatus.Tunc reddit olm rationem.elongasti a me amicū et proximum:sed vbi venit tpis plenitudo mi=

fit deus filium suum ₇ fecit ad nos pater miarum: solem istũ approximare₇ ac cedere. Ex ei⁹ approximatione facta sunt ista tria: homo namq₃ infirmus susce pit sanitatẽ: iuxta illud psal. Ad vesperũ demorabitur fletus: ₇ ad matutinũ le titia. qđ pulchre figuratum est Luce. x. Ubi xp̃s de seipso posuit parabolam. Homo quidam descendebat a hierusalem in hierico qui incidit in latrones: q̃ etiam dispoliauerunt et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Samari tanus autem iter faciens curam illius egit infundens oleum ₇ vinũ et pro eius sanitate altera die protulit duos denarios ₇ dedit pro eo: tunc petiuit christ⁹. Quis tibi videtur fuisse ꝓximus illi? Rñderũt: ille qui fecit miam cum illo: ita in ꝓposito: homo sic vulneratus est genus humanũ finaliter/ cũ multi eo semi uiuo relicto pertransissent accessit iste sol qui dicitur samaritanus: q₂ tunc xp̃s sol. vt dı̄r Apoca. vi. Factus est sol niger sicut saccus cilicin⁹ cepit appropinqua re et humanũ genus vulneratum curauit per vini ₇ olei infusionem: vini quidẽ in sacramẽti eucharistie sumptione/ olei in aliorum sacramentoꝝ exhibitionẽ. A fructu quidẽ frumẽti: vini/ ₇ olei sui multiplicati sunt. in psal. Sed et altera die pro oib⁹ expẽsis obtulit duos denarios deo patri: corpus. s. ₇ aiam in cruce. Et sic ex approximatiõe istius solis: põt dici. quis tibi videt̃ fuisse ꝓximus ho mini? vtiq₃ ille qui fecit nobiscũ miam suam. q₂ suo accessu hominẽ sic vulnera tum curauit. Sã ctus ergo symeon dolore illoꝝ vulnerum pressus clamabat cũ psal. Sicut vulnerati dor. ₇c. Nunquid mortui faciẽt mirabilia: aut medici su scitabunt: nunquid aliquis narrabit misericordiã suam? Tũc accepit illud re sponsum Tho. v. Forti animo esto: in ꝓximo est vt a deo cureris. Scđo appro ximatione istius solis terra nostra suscepit fecunditatẽ. Primo eñ erat sterilis sicut arbores in hyeme. vnde dictũ fuerat Geñ. iii. Maledicta terra in opere tuo spinas ₇ tribulos germinabit tibi. Sed approximatione istius solis ad terram virginẽ mariã: tunc terrã nostre humanitatis cepit fructus producere. vñ psal. Terra nostra dabit fructuum suũ. ideo dixit ei Elizabeth. Luce. i. Benedicta tu in mulieribus: ₇ benedic. fru. ven. tui. Terra eñ nostre humanitatis que ad re cessum istius solis fuerat sterilis ₇ maledicta ad accessum facta est fructificans et benedicta iuxta illud Geñ. xxx. Ad ingressum tuum benedixit mihi de⁹: ergo hec est illa parabola quã xp̃s de hoc posuit. Luce. xxi. Uidete ficulneã ₇ oẽs ar bores cum producunt iam ex se fructũ: scitote q₂ prope est estas. Ita ₇ vos cũ vi deritis hec fieri scitote q₂ prope est regnũ dei. ₇ Marci. xiii. A ficu discite parabo lam cũ ramus eius tener fuerit ₇ nata fuerint folia cognoscetis q₂ in ꝓximo est estas: estatẽ facit solis approximatio. Sic ₇ vos cũ videritis hec fieri: scitote q₂ in ꝓximo sit. Hec est ergo causa quare symeon ipm̃ recepit vt proximu₃. Tertio approximatiõe istius solis aues nr̃e susceperũt iocunditatem. illa eñ auicula antiqua in tẽpli cauea nutrita: sc₃ sanctus symeon que ex istius solis absentia dicebat. Dñe ante te omne desiderium meũ/ ₇ gemitus meus a te nõ est abscon ditus. sta tim dixit. Cõuer. plãc. me. in gau. mi. ₇ ideo cantauit illã cantationẽ. Nũc dimi. ser. tu. do. se. verbũ tu. in pa. Sciebat eñ illud Eccle. v. Si est tibi in tellectus respõde ꝓximo tuo. Est aũt sciendũ ꝙ xp̃s fuit symeoni sancto singu lariter proximus. ratio est ꝗuis enim sol de nocte suum cursum ad orientẽ in choet: tñ nunꝗ tota nocte est nobis ita proximus sicut in aurora. Sic xp̃s ꝗuis in tota nocte veteris legis cursum inchoasset ad nos veniendũ figurans multi pharie ₇ predicens suum aduentũ: tamen nunꝗ fuit ita proximus sicut cũ fuit in aurora. i. in virgine maria que fuit aurora aura xp̃m solem producens. fuit aũt in ea tempore symeonis: ₇ ideo singulariter eum hic proximu₃ appellauit. d. Iste est eñ ille proximus de quo Eccle. xxvii. Dilige proximum tuum ₇ coniũ ge fidem cum illo. Hec de primo principali.

¶Quantum ad secundū notandū. Sic mihi circa xp̄m fuisse videtur factū spiritualiter: sicut fit in mundo temporaliter. In istis enim religionibus mendicātiū et paupertatis qñ desiderāt a debitis et indigētijs subleuari: et in litteratura et in sciētia honorari vbi vident iuuenem grandis parentele grandium diuitiarum/grandiū litterarum cōsueuerunt religiosi/parentes rogare ipsi p̄dicare: vtriq; inducere multis modis vt efficiatur frater predicator/minor: vel monachus et hmōi. Cū aūt habent optatum in capitulo induitur: et per susceptionem habitus frater efficitur. quo suscepto ad ecclesiam per nouitiorum magistrum senem aliquem deducitur: et per cantorem deo gratie altissime personantur genus humanum in nundinis diaboli denudatum fuerat: quia diabolus per pomum vendidit ei diuinitatem et quia mercatio erat sophistica: vnde credidit habere diuinitatem habuit penalitatem. vnde gloriam habuit contumeliam. vnde diuitias habuit miserias ex quo humanum genus factum est de ordine paupertatis et mendicantium. in psal. Ego aūt mendicus sum et pauper. Uiderunt ergo antiqui patres dei filium diuitijs prepotentē. Prouer. viij. Mecum sunt diuitie et gloria et opes superbe et iustitia: et sciētijs prepollentē quia in ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei absconditi. Colos. ij. Et ideo rogauerunt sepius deum patrem vt istū suum filium ordini isti darēt et facerēt eum fratrem nostrum vt moyses dicebat. Exodi. iiij. Obsecro domine mitte quē missurus es. Deinde psal. Ostende faciem tuā et veni et sal. fa. nos. Tandē orabit tota ecclesia tota religio. illud Cant. viij. Quis mihi det te fratrē meum sugentē vbera matris mee. Tādem tot precibus inclinatus in capitulo vteri virginalis factus est frater noster de volūtate patris: quia misit deus filium suum. Ad Gala. iiij. Dic q; nutriuit ordinem predicatorum per documenta veritatis/minorū per documenta humilitatis/monachoꝝ p documēta penitētie et asperitatis. Dic vlterius si vis q; sicut in scapulari vel cuculla sunt due partes: ita in humanitate fuerūt due partes/corpus et anima. Dic si vis de fratrū minoꝝ habitu q; est in modū crucis: ita xp̄s habitū assumptum in cruce extēdit: ideo ad Philip. ij. In similitudinem hominū factus et habitu inuentus vt homo. vt ergo videns ille antiquus nouitiorū magister et cātor simul sanctus symeō istū nouitium cū parentibus introduxit in templum deo cantās gr̄as et clamās sup recepto nouitio: sup fratre monacho facto nouo. Ideo si quereref ab eo quare ita fortiter cantaret. Responderet illud Gen. xxxvij. Caro enim nostra et frater noster est. de isto loquitur. Eccle. xxxiij. Ip̄e sapiēs. sit tibi quasi aīa tua: quasi fratrem tuum sic tracta to eum: qm̄ in sanguine anime comparasti eum. Hanc figuram ponit apostolus ad Hebre. ij. vbi concludit: q̄obrem non confunditur fratres eos vocare dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis: sed vtinā non possit dicere illud Job. xxx. Frater fui draconum et socius strutionum. dilata si vis contra vitia. Hec de scd̄o.

¶Quantū ad tertiū. Nota q; inter cetera que maiorem iocunditatē afferūt nauigantibus de nocte qñ sunt in profundū maris in fluctibꝰ tenebrosis est luminare magnū (vel falos) visum ab eis q; in loco alto: in locis eminentibus consueuit collocari. Tunc eīm sciūt se esse prope portum et eius ductu dirigūt gressus suos/omnes sumus in mundo isto sicut in mari. in psal. In mari via tua ꝛc. Sācti patres autem in toto veteri testamento fuerunt in tenebris et vmbra mortis respectu nostrū qui sumus in luce et in die. Rom. xiij. Nox precessit: dies autē appropinquauit. in psal. Posuerunt me in tenebrosis et in vmbra mortis. Isti ergo fuerunt in mari. iuxta illud prime ad Corinth. x. Omnes mare transierūt vbi habuerunt plurimas tempestates et pericula. Inter ceteros iste symeō q̄ diu nauigauerat ita q; nullus ad portum salutis potuerat peruenisse. Unde psal.

dicebat. Oēs fluctus tuos induxisti super me. Estimatus sum cū descendentibus in lacū. Ipse aūt symeon clamabat. Dñe deus salutis mee: in die cla. et noc. co. te: qz re. est ma. anima mea. in psal. ꝛc. Igitur deus illud magnū luminare lumē diuinitatis intra humanitatē positum in templo collocatū deus hodie illi ostendit. Ex quo cognouit se esse prope portum salutis: et se posse dirigi vsqz ad portum paradisi. vnde q̄ prius clamauerat illud psal. Complaceat tibi dñe vt eripias me ꝛc. eo. viso clamauit. Nūc dimittis ꝛc. Qz vi. ocu. mei: sa. tuum. qd̄ parasti ꝛc. Luce. ij. vnde poterat dicere illud psalm. Misericordia tua ante oculos meos est: et complacui in veritate tua. Ad quā nos perducat ꝛc.

¶ Collatio. xxxij. de festo purificationis. ex psal. xxxv.



Apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumē. in psal. xxxv. Ex duobus redditur via in terra aliqua formidanda scz qn̄ est arida et estuosa: et qn̄ est horrida et tenebrosa. Nā in terra estuosa et arida homo sitiēdo pōt deficere. In terra horrida et tenebrosa cadendo potest offendere: immo offendēdo sibi collū frāgere. Sed cū in tali via fons apparet lux resplēdet/efficitur cōsolatoria: et redditur gratiosa. In huius figuram filijs israel de egypto exeuntibus cum per terram desertam inuiā et inaquosam terrā horrois et vaste solitudinis deducerent vsqz ad terrā promissionis: deus volens cōtra vtrūqz malum de oportuno remedio prouidere: cōtra terrā tenebrosam lucē obtulit: cōtra terrā tenebrosam lucē extulit: cōtra terrā estuosam fontē aperuit. De luce quidē dicitur. Exo di. xiij. Dñs aūt precedebat ad ostendendam viam per diem in colūna nubis: et per noctem in colūna ignis: vbi dux esset itineris: vtroqz tēpore nunqz defuit colūna ignis per noctem: nec colūna nubis per diē corā populo. Sed quia in terra arida et estuosa parum vz videre nisi homo posset estum compescere: et aquam saltem bibere: ideo cum toto beneficio luminis in terra ceperunt murmurare de carentia aque et fontis. vnde Nume. xx. Clamauit moyses pro isto beneficio. Dñe deus audi clamorē populi huius et aperi eis thesaurum tuuz fontem aque viue vt satiati cesset murmuratio eorum. Deus ergo beneficium contulit fontis. Cū enim moyses percussisset virga bis silicem egresse sunt aque largissime: ita vt populus biberet et iumenta. et hec duo recitat ps. d. Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem: dirupcrat petram et fluxerunt aque. et ita contra illa duo mala peregrinis illis de duplici remedio sic prouidit. Ad propositum terra huius presentis vite per quam de egypto peccatorum vadimus ad terram pmissionis est terra horrida et tenebrosa. in psal. Collocauit me in obscuris ꝛc. Est etiam estuosa. vnde Apoca. iij. Estuauerunt omnes estu magno: et ob hoc nullus vnqz ante Christum hanc viam perambulauit qui in ea non caderet: immo qui sibi collum vsqz ad infernum descendendo non frangeret. vnde psalm. cum dixit. Collocauit me in obscu. subiunxit sicut mortuos seculi ꝛc. Nullus etiam fuit qui pre siti non deficeret: non siti aque corporalis/sed aque spiritualis. vñ psalm. Esurientes et sitientes anima eorum in ipsis deficiet. et Esa. v. Multitudo eorum siti exaruit. ideo hoc sciens ille sanctus symeon multum vltra procedere formidabat. Et quia dei filius est lux vera que illuminat ꝛc. Johan. j. Est fons et aqua clara: quia fons sapientie verbum dei. Ecclesia. j. ideo summe desiderabat videre istam lucem/inuenire istum fontem. vnde dicebat cum psalm. Quemadmodum desiderat seruus ad fontes aquarum: ita desiderat aia mea ad te deus. quapropter dicebat sic. Putas hic me inueniet putas videbo ꝛc. Quia igitur hodie istum fontem inuenit/istud lumen vidit: quasi posset ex nūc tute mori: ad terram viuentium procedere cantat et denunciat sibi ecclesia dicens. Apud te est fons vite ꝛc. Ubi de isto fonte pariter et lumine tria preconia

magna describit scilicet in eo esse.

Fecunditatem / Claritatem / Felicitatem } mire { propaginis / imaginis / dulcedinis } —— { apud te est fons vite / et in lumine tuo / videbimus lumen

Est nãq; } —— { propago virginitatis irrigue / imago claritatis perspicue / dulcedo felicitatis perpetue } apud te est fons vite / et in lumine tuo / videbimus lumen

Jã ꝗppe } —— { fecũdi. irrigua. / claritas ꝑspicua / felicitas melliflua } est { vivificantis honoris / coruscãtis splẽdoris / exuberãtis dulcoris } fons vite / in lũie tuo / videbi. lu.

¶Quantum ad primum. Nota ꝙ dei filius hodie in templo presentatus est: et dicitur fons vivus / fons quidem dicitur hac ratione: quia fons nihil aliud est quam aqua quam haurit terra que spongiosa est a mari et haustam postea extra mittit. Sed notandum est ꝙ haurit amaram et emittit dulcem. Spiritualiter divinitas est mare infinite bonitatis: terra fuit virgo beata que virtute virginitatis et humanitatis de mari divinitatis hausit mediam de trinitate personam: he due virtutes fuerunt spongia in virgine Maria: hanc ergo aquã quã hausit in conceptione emisit in nativitate et parturitione: et ideo dicitur fons sicut aqua egrediens de terra. vnde Gene. secundo. Fons ascendebat de terra. Sed notandum est ꝙ hec aqua sicut hec aqua maris prius erat amara rigorẽ iustitie omnibus infligens: sed egrediens de hac terra facta est dulcis per favorem misericordie salutem omnibus conferens: ideo iste fons vocatus est Jesus quod idem est quod salvator. ideo Canticorum. iiij. Fons hortorum: puteus aquarum viventium. Secundo dicitur fons vivus triplici ratiõe. Primo ratione emanatiõis: aqua enim que semper emanat et scaturit a sua origine dicitur fons vivus: aqua enim manens non scaturiẽs ⁊ ebuliens dicitur stagnum vel puteus. Sic dei filius ꝗuis ſm fidem temporaliter sit natus de matre ꝗtum ad humanitatem tamen semper ebulit / semper scaturit et procedit eternaliter a patre ꝗtuz ad divinitatẽ: vnde ex parte patris potest dici fons vivus. ex parte matris puteus. Unde postꝗ scriptura Christum vocavit fontem ratiõe emanationis a patre: eum vocat puteum ratione emanationis a matre. vnde Canticorum. iiij. Fons hortorum puteus aquarum viventium ⁊c. A patre enĩ semper natus est / et semper oritur: genitus est / et gignitur / sicut in fonte semper est oriri et ortum esse / gigni et genitum esse. ideo dicitur fons vivus: ideo in persona sancti symeonis dicebat psal. Sitivit anima mea ad deum fontem vivũ. Hec aũt sitis symeonis fuit plene satiata hodie in templo quando fons scilicet ipse Christus fuit ibi presentatus: ad quem fontem ipse symeon manus et os apposuit: manus ad portandum et os ad laudandum. In hoc etiam fonte totuz desiderium sanctorum fuit satiatũ: ideo dicitur Sapien. xj. Data est eis aqua de petra altissima / et requies sitis de lapide duro. Bene cum illis actum est. Nam per fontem sempiterni fluminis sanguinẽ humanum dedisti: ⁊ hoc conveniẽter hodie in templo in domo domini factũ est. qꝛ Johel. iij. dr. Fons de domo domini egredit. Secundo dr fons vivus. ratione conditionis. Scribitur et expertum est esse vya fontem prope grationopolim qui est tante vivacitatis ꝙ faces extinctas accendit: et accensas extinguit. Accendit quidem per caliditatem: ⁊ extinguit per humiditatem. Hac ratione dei filius dicitur fons vivus. quippe corda accensa ⁊ inflammata in amorem terrenorũ ⁊ temporaliũ per timorem filialem extinguit: patet in paulo magda. ⁊c. Extincta aũt ab amore spũaliũ inferiorũ superiorũ ⁊ eternalium per amorem accendit. Hoc aũt facit ꝑ caliditatem / et humiditatẽ. id est per divinitatẽ in qua cõsideratur rigor ad malos: vt infe-

rat supplicia: et per humiditatē in qua consideratur humor et favor xpistū ad bonos xpistum ad premia: ideo dicebat.Esaye.xij.Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris.Rationē ipsemet Christus reddit.Johā:viij. Quicūqz biberit ex aqua hac quā ego do fiet in eo fons aque salientis in vitā eternā. hec est causa secūda quare dicit fons vivus.Tertio dicit fons vivus ratione originationis: quidā enim fontes oriuntur a terra / quidā a petra inter quos est hec differentia: qr fontes egredientes a terra terrā aperiunt et frangunt. sed egredientes a petra sine lapidū apertione / fractione / et violatione: per quandā resolutionē exeunt et ebulliunt: fontes aūt a saxis et rupibus egredientes sunt sine cōparatione magis vivi qz de terra scaturientes.Sic spiritualiter sanctus quisqz dicitur fons: vnde verū est qz omēs sancti alij a Christo dicunt fontes egressi de terra: qr nati sunt cū suarū matrū fractione / dolore / et claustrorum violationis pudore.Unde possunt dici fontes mortui: qr cū morte peccati originalis nati.Sed solus Christus natus est de petra virgine Maria sine lesione / fractione / sine dolore et violatione.Unde sola angeli annunciatione: et spiritussancti operatione concepit: et spiritussancti virtute / sine corruptione claustrorum peperit. ideo vivus sine peccato originali: cum vita gratie / glorie / et sine matris aliqua lesione: qd fuit pulchre figuratum quādo iubente domino: ad tactū virge loquente Moyse petra largissimas dedit aquas bis petra percussa: que fuerūt aque cōtradictionis.Prouerb.xxx.Petra virgo Maria virga virtus divina que bis percussit petram / scilicet in conceptione et parturitione: et illa dedit aquas christum in quo erat aqua divinitatis et humanitatis.He sunt aque contradictionis.quia istis aquis contradixerunt iudei in eum non credentes et eius fidei contradicentes. ideo hoc preuidens iste sanctus Symeon de isto fonte dixit: cū ipsum tenebat: ecce positus est hic in ruinam multorum et in resurrectionem in israel: et in signum cui contradicetur.Luce.ij.Ideo aque contradictionis.Intantum autē iudei isti fonti contradixerunt qz totaliter fontē obturare voluerunt fodientes circumquaqz.Unde Psal.Foderunt manus meas et pedes meos.Sed tamen in hoc fuit factum sicut in fonte qui dicitur hydra: in quo vno fonte amputato septem oriuntur.Ita Christum volentes obturare et amputare orti sunt septem fontes / scilicet septem fossionis vulnera duo in pedibus / duo in manibus / vnum in capite / vnū in latere / vltimum in toto corpore.Ex istis septem vulneribus et fossuris fluxerūt septem ecclesie sacramenta: in quibus dantur fidelibus septem sancti spiritus dona: ideo Esaias supra dixit.Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris: non de fonte.Ob hoc etiā dixit Symeon cui contradicetur.Ob hoc etiā dicitur vivus.quia sic de petra natus: vnde est ille fons de quo Ps.Cōuertit petrā in stagna aquarū et rupē in fontes aquarū.Hec de primo principali.

¶Quantū ad secundum.Notandū qz posset aliquis querere quare hodie ecclesia tā topere cantat de lumine: quare christus lumen vocat: quare luminis nomen hodie totiens cōmendatur. Ad hoc dicendum qz non sine mysterio. Narrant philosophi esse lapidem preciosum dictū abeston huius conditionis qz semel accensus et illuminatus nūqz postea potest extingui et ideo antiquitus sic accensus ponebatur in templo deorum: vt inde lumen in alijs accenderetur: et vt ambulantibus per templum per ipsum lux et claritas prestaretur.Ita spiritualiter in baptismo cūctis fidelibus lux: et lumen divine gratie a deo donatur et omnes illuminantur.Uerum est qz illud lumen qzdiu sumus in mūdo est extinguibile.Unde in quibusdam miseris extinguitur ad ventū honoris et superbie in quibusdam ad proiectionem luti aque actuum immundorum et luxurie. Dilata.Unde semel accensi postea extinguntur: sed dei filius dicitur abestos: quia sicut inter omnes gēmas hec sola immediate habet duas primas literas

alphabeti.s.a & b simul vnitas. Ita Christus gēma speciosissima nata in miniera vteri virginalis habet duas naturas: quarū quelibet est prima in gradu illorum entiū immediate.s.vnitas. In natura enim entiū spiritualium deus est primus: & ideo prima litera.s.a. Apoca.vlti. Ego sum alpha & o. principium &c. In natura aūt corporalium est prima natura humana que dicitur b/ qz hec est non solū bona: sed optima. Unde in ps. Bonitatem fecisti cū seruo tuo. Iste ergo due litere.i.nature fuerunt in christo immediate vnite: sed ista gēma preciosissima fuit dei gratia simul & gloria plene illuminata super omnes creaturas in primo instanti sue creationis: & sic nunq̄ nec vento superbie/ nec humore auaricie/ nec luto luxurie/ nec modo quocūq̄ extingui potuit: ideo hodie hec gēma sic illuminata fuit ad templū per virginem approbata vt omnes reaccendant: qz in psal. Dñs illu.me.& sa.me. & omnes accēsi per fidē dirigantur qz in psal. Lucerna p edib⁹ meis verbum tuū & lumē semitis meis. Ergo petit huius doctrine accendi gēmam/ inextinguibilem loquens illud Sapien.vij. vbi qz sepe deum pro hac gēma habenda rogauerat & vt haberet responsum: respōsum accepit. Inuocaui & venit in me sapientie spiritus & preposui illā regnis & sedibus &c. Usq̄ in super salutem & species: dilexi eam & proposui pro luce habere eā quoniam inextinguibile est lumen eius. Ergo & tu peccator qui stas in peccatorum tuorum tenebris sequere dominum. Esaie.xl. Surge & illuminare hierusalem: qz venit lumen tuū &c. Sed dices frater surrexi: qz confessus sum/ illuminatus sum: ergo fac iuxta christi consilium. Math.vj. Uide ne lumen quod in te est tenebre sint. Hic dic de tribus perdicibus & falcone si vis. Hec de secūdo.

¶ Quantū ad tertiū. Nota modum mirabilem loquendi scripture dicentis. In lumine tuo videbimus lumen. Hoc enim non videtur. lumen enim per lumē nō videtur/ quia per lumen solis non videtur lumen lune: immo abscōditur per lumen solis non videtur lumen candele: imo absconditur: nec econuerso. ergo male dictum est/ In lumine tuo videbimus lumen. Sed dicendum prophetā proprijssime locutum fuisse. dic superius. Non sine mysterio ecclesiam hodie xp̄m multipliciter laudare sub lumine. Sed quero que est differentia inter lucē & lumen? Quare non vocat Christum lucem sicut lumen? Dicendum q̄d sic differunt: quia lumen est lux incorporata. Unde lux proprie sumitur in se: sed lumen est lux incorporata & recepta in aliquo corpore. Est autem hec oculi natura q̄ nunq̄ potest videre nisi lux sit sibi incorporata & lumen oculus habeat. Quod autē oculi animaliū videntium lumen habeant patet in piscibus quorum oculi videntur radiare de nocte. vt patet de allecibus idem in boue patet/ in cato & auibus quorū oculi de nocte radios luminosos emittunt. idem patet de homine: quia de nocte fricans oculū vel in tenebris videt quasi flammā in se micantem oculo clauso. Unde manifeste patet q̄ lux exterior videri non potest sine luce interiori incorporata: que proprie lumen dicitur. Spiritualiter dei filius ante incarnationē erat lux. Unde Iohā.j. Dū dixit eum solum esse apud patrem dixit. Erat lux vera &c. Ideo vt ibi existebat vocabat eum lumen. Unde Psal. Emitte lucē tuam &c. Quia igitur ista lux nondū erat incorporata et incarnata & nos ista luce isto lumine carebamus. Nullus vnq̄ lumen glorie diuinam essentiam videre poterat. Unde dixit Moysi. Non videbit me homo & viuet. ideo Tho.v. Quale gaudium mihi est: in tenebris sedeo & lumen celi nō video. Unde Psal. dicens. Non potui vt viderem: ne quereretur ab eo ratio impotentie istius respondit tacite questioni. Dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum non est mecum. Sed tandem verbum caro factum est: hec lux in nostra natura: incorporata est: & de luce lumen factum est: ideo per hanc lucem diuinam nobis incorporatam in nostra natura incarnatam diuinam essentiā

lumen glorie possumus videre. Hec est causa quare hodie vocatur lumen ꝛ non lux: quia hodie lux incorporata ꝛ incarnata fuit in templo sicut lumen presentatur. hec est causa quare. ps. dixit. In lumine tuo videbimus lumen: quia ante lumen glorie non videbamus per ipsum: amodo videbimus .j. Petri. ij. Uirtutes eius annuncietis qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suū: ita fecit sanctus Symeon videns hanc lucem incorporatam. Unde ꝛ deum laudauit ꝛ ipsum lumen incorporatum predicauit ꝛ amodo lumen glorie per ipsū se ꝛ alios posse videre denunciauit / dicens. Nunc dimittis domine ꝛc. quia vide. ocu. m. salu. t. Qd pa. ante fa. om. po. Lu. ad re. gen. ꝛ gloriam ple. tu. israel. Ad quam ꝛc.

¶ Si velles posses aliter procedere de lumine in secūdo vel tertio membro duplici moralitate. Primo sic. Nota proprietas luminis est ꝙ dormiēti ꝛ clausos oculos habenti si opponatur lumen: statim excitatur etiā sine aliquo sono vel strepitu facto. Habet enim poros palpebrarū penetrare ꝛ a somno excitare: status veteris legis erat status dormitationis ꝛ status somni: quia non habebant opera perfecte vite. Non enim habebant rem sed nubem nec ad vitam eternam pertingebant: sed ad figuram. Iterū oculi eorū erant cooperti palpebris: qꝛ legis nubibus ꝛ figuris. qd recognoscebat psal. Si dedero somnū oculis meis: ꝛ palpebris meis dormitationem: sed christus veniens verū lumen dormientes excitauit: opera vere vite conferens: palpebras aperuit scripturarū nubes aperiēs ꝛ figuras finiens: ꝛ ideo appositus hodie Symeoni in tēplo qui prius dicebat / Putas videbo: statī eū excitauit / oculos eius aperuit / palpebras reuelauit. Un clamauit: Nūc dimittis seruū ꝛc. Qꝛ viderūt ꝛc. Qd parasti ꝛc. Lumē ad re. ꝛc. Secūdo sic volentes pisces capere rhetibusq concludere lumen adhibent de nocte qd videntes pisces ipsum sequūtur: ꝛ se in rhete proijcientes capiūtur ꝛ concludūtur. Abacuc. j. Scriptū est facies hominis quasi pisces maris. Istos pisces deus volens in rhete fidei catholice concludere: ꝛ in suo seruatorio reponere. Misit petrū piscatorem cū magna societate. Unde dictū est ei Luce. v. Ex hoc homines eris capiens: sed qꝛ status legis mosaice erat status noctis ꝛ tenebrarum status absconditus sm psal. Collocauit me in obscuris. Ad Ephes. x. Umbram habet lex. ideo misit lumen suū dei filius incarnatū: qd factū est quādo exortū est in tenebris lumen rectis corde miseri. ꝛ miseria. ꝛ ius. do. vt pisces christi homines saltarent in suū rhete infra fidem sue ecclesie: ꝛ tandem in seruatorio. s. paradisi ponerent. Hoc die igitur primo hoc lumine ad piscādū in tēplo primitus presentato / vna truta vetusta grossa ꝛ antiqua ꝗdiu in tēplo gurgite fuerat nutrita lumen istud videns statim de sua spelūca exiuit: ꝛ in rhete saltauit / ꝛ statim capta fuit: ꝛ in seruatorio poni petijt ꝛ lumen cognouisse ꝛ se vidisse dixit. Nunc dimittis ꝛc. Quia viderūt. Lumen ꝛc. Dic que magis grata tibi fuerint.

¶ Collatio. xxxiij. de penitentia per totā quadragesimā. ex ps. xxxvij.



Afflictus sum ꝛ humiliatus sum ni. ru. a gemi. cordis mei. In ps. xxxvij. Illud qd plus mouet personam misericordem ad remittendū ꝛ intelligendū offensas ꝛ culpas est proprie culpe recognitio proprie iniquitatis confessio. Deus non solū est misericors: sed pater misericordiarum ꝛ deus totius consolationis. vt dicitur. ij. Corin. j. Illud ergo qd eum plus mouet ad indulgendum culpas ꝛ remittendū cōmissas offensas est proprie iniquitatis recognitio / proprie culpe confessio. Figura Judith. j. vbi dicitur. Filij israel peccatis veteribus iungentes noua: fecerunt malū corā domino. contra quos iratus dominus tradidit eos in manus philistijm. Afflictiq sunt vehementer ꝛ oppressi: tunc clamātes filij israel dixerunt: Ad do

misisti peccauimus tibi qr dereliquimus te deū dominū nostrum peccauimus: redde tu nobis quicquid placet tibi: tantum nunc libera nos qui condoluit super miserijs eorum: et liberauit eos. Filij israel sunt christiani qui deum vidēt per fidem: veteribus peccatis tempore preterito noua iunxerunt. Et idcirco tradidit ipsos in manus philistym/in manus inimicorum dyabolorum. Tempus igitur quadragesime venit in quo nunc debent clamare ad dominū per confessionem et dicere peccauimus: qr dereliquimus te dominum deū nostrum. et statim cōdolebit miserijs peccatorum et remittet et indulgebit. Si ergo quereretur a Dauid qui in tot peccatis deum offenderat: quare sic indulgentiam et remissionem inuenit: reddet rationem qꝫ propter recognitionem/ propter confessionē proprie culpe: et hoc est afflictus sum etc. in quibus verbis circa statum penitētie tria describit: que in penitētia esse debēt. Nam in penitentia debet esse aliqd.

| | |
|---|---|
| Dolorosum | Afflictus sum et |
| Operosum | humiliatus sum |
| Lachrymosum | ni. rugiebā. |

Debet igitur habere penitentia perfectionē

| | |
|---|---|
| Contritionis dolorose | afflictus sum et |
| Satisfactiōis operose | humiliat9 sum |
| Cōfessiōis lachrymose | ni. rugiebā. |

Ergo satagamus vt in hac nostra penitentia sic faciamus qꝫ ita

| | | |
|---|---|---|
| Dolorosa cōtritione ꝓpungant intima | ideo | afflictus sum et |
| Operosa factione attingantur infima | | hūiliatus sum |
| Lachrymosa ꝯfessiōe diluant pessima | | nimis rugiebā |

¶ Quantum ad primum sciendum qꝫ ambulantes inter spinas punguntur in pedibus: immo aliquando alique sunt ita acute et subtilissime intrant in pedem et in vulnere saniem generant et dolorem et faciunt finaliter apostema: sed ad hoc non est medicina melior nisi vt cum alia spina acuta et fortiore apostema pungatur et spina per spinam extrahatur. Terra presentis incolatus tota est plena spinis peccatorum et tribulis vitiorum. Unde Genes. secūdo. Spinas et tribulos germinabit tibi. ideo vix potest homo ire quin aliqua spina figatur in corde/ saltem cogitationis pungendo: aliquando delectationis amplius penetrando: aliquando consensus totaliter adherendo. et facit apostema consensum finaliter ad opus emittendo. et tunc remanet dolor remorsus cōscientie qui non permittit dormire. Pro cura ergo huius spine huius doloris debet adhiberi alia spina pūgētior/acutior/et efficacior: et hec est afflictio cōtritionis vbi afflictio afflictione/ et spina spina extrahat. In Psal. Cōuersus sum in erūna mea dū configitur spina. ideo Job. Affligens me dolore nō parcat. Ad literā enim dolor dolore/afflictio afflictione curat. Unde ignis ab igne in manu curatur ostendēdo et calefaciendo manū ad ignem: qr ignis ignem extrahit. Sic dolor contritionis afflictionē peccati. Leuiti. xvj. Ab omnibus vestris peccatis mundabimini coram dño: et affligetis animas vestras religione perpetua. Modo tēpore quadragesime hoc facere debemus specialiter: qr hoc singulariter facit deo ieiunia nostra grata. Unde Esa. lviij. Hoc est ieiunium qđ elegi affligere hominem animam suam. et quia perfectam contritionem sequit satisfactio et humiliatio: iuxta illud Psal. Humiliasti nos in loco afflictionis. ideo sequitur de satisfactione in secundo principali.

¶ Circa qđ notandū qꝫ arbor ex ꝓfunditate radicationis cōsequit duo bona. s. firmitatē ꝯ ventū et fertilitatē ꝗtū ad fructū: Sic cupiēs deo satisfacere primit9 debet ad humilitatis virtutē recurrere. iuxta illud Eccli. vij. Humilia valde spm tuū qm vindicta impij ignis et vermis: et si profundauerit se bene per hūilita=

tem in electis dei mittendo radices: duo bona consequitur: firmitatē contra tentationes ne recidiuet et fructus vbertatē: cōtra sterilitatē ne sterilis fiat: vt autem perseueret: et sic erit deo grata satisfactio. vnde Judith. x. humiliū et mansuetorum tibi placuit deprecatio. Nota quod inter opera satisfactoria specialiter ponitur oratio: sed illa satisfacit que est humiliū. Et est ratio. supposita enim equali distantia duorū: cuius et melius auditur inferior quam superior et est ratio: quia naturaliter vox ascendit et naturaliter non ita descendit: superbi seipsos in alto situant ambulantes in magnis et mirabilibus supra se humiles in sacco in fimo habitant non alta sapientes sed humilia sentientes ideo oratio satisfactoria humiliū auditur et a deo exauditur: sed superborū non auditur nec exauditur. Deus enim superbis resistit/sed humilibus dat gratiā: vt dicitur Jacobi iiij. ideo ps. humiliabā in ieiunio animā meā: et oratio mea in sinu meo cōuertetur. Respexit in orationē humiliū: et non spreuit precem eorum. Et hec de secūdo principali.

¶ Quantum ad tertium nota: ibi ponuntur hec tria vocabula rugiebam a gemitu cordis mei: hec tria vero ponuntur per tria que debet habere confessio. debet enim habere.

| | | |
|---|---|---|
| Horrorem | Timorosum | Rugiebam |
| Dolorem | Lachrymosum | a gemitu |
| Amorem | Cordiosum | cordis mei |

¶ Quantū ad primū. Nota quod verbum confessionis cōparatur rugitui/et specialiter rugitui leonis hac de causa. Rugitus enim leonis tm timorē ceteris animalibus imponit quod ea facit tremere et vbicunque sunt facit gradum sistere / vt vltra non valeāt ire. vnde dicitur Amos. iij. Leo rugiet quis non timebit? Secundo rugitus leonis catulos suos suscitat mortuos. Tertio die rugiens super eos et reducit ad vitā. Gen. vlti. Catulus leonis iuda quis suscitabit eum? hec duo debet habere confessio. Debet enim tm horrorē et tantā verecundiā de peccatis adducere: vt quodcunque iumentaliter quodcūque bestialiter viuens ex eo tm timeat quod pedē. i. ppositū in peccati via peccatorū sistat: et nequaquam vltra procedat. Secundo viuificat animā mortuā in peccatis tertio die. Primus dies est contritio Secundus confessio. Tertius satisfactio. vnde dicitur Osee. vj. Uiuificabit nos post duos dies: i die tertia suscitabit nos. De hoc rugitu dicebat Job. iij. Antequam comedam suspiro et tanquam inundantes aque sic rugitus meus. Nota ad literam: in pascha debemus comedere eucharistie sacramentū. Ideo modo in quadragesima antequam tunc comedā suspiro: et quia confessio secundo debet esse lachrymosa subiungit: et tanquam inundantes aque sic rugitus meus et hoc est secundum.

¶ Circa quod notandū quod colūba est istius nature quod suo pdito cōpare vltra nō cātat: sed manens in foraminibus petre plorat et habet gemitū pro cantu: ita debet facere quilibet peccator: quia pdito Christo per peccatum debet plorare et gemere. vnde debet habere gemitū pro cantu manens in foraminibus petre. i. in Christi vulneribus per meditationē et contēplationē Naū. ij. gemētes vt columbe murmurantes in cordibus suis. Esa. lix. Rugiemus quasi vrsi omnes et quasi columbe meditantes gememus. hec de secundo minus principali.

¶ Quantū ad tertiū. Nota quod canis assuetus comedere morsellos sibi gratos in coquina vix potest inde extrahi et expelli. Sed nihil est quod ita totaliter canem expellit sicut aqua benecalida. Quant on leschaude. Canis. i. diabolus existēs in multorū cordibus: et coquinis consueuit habere et inuenire multos morsellos sibi gratos: et ibi saturari de multis turpibus cogitationibus et consensibus verbis, et operibus &c. et ideo dato quod homo confiteatur: diabolus libenter redit ad videndū si habeat aliquid sibi gratū, vt autem diabolus de consciētia

dino expellat: nō pōt ita bñ expelli: nisi sicut canis de coquina. s. cū aqua calida et calefacta in corde p ardorē charitatis: et hanc aquā expectare non pōt. Car tout leschaude se pelle. ergo si gemitus cordis/ gemitus nostre cōfessionis Jn ps. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectū meū stratū meū rigabo. lachry. meis. Nota per singulas noctes. i. singula peccata. Canis illud quod plus diligit in coquina sunt ossa. in quibus rc. que etiā nihil inueniendo delectatur rodendo. Jdem facit diabolus in conscientia: os durum et infrangibile est multorū cor: quod non potest frangi a voluntate peccati rc. vel os durū est rancor: ossa ista debent proijci extra et canis p aquā calidam: quibus paratis deo est grata nostra penitentia: et tunc quando est confessio timorosa lachrymosa calore cordiosa. Deus miam et veniam suam largitur: et finaliter dat salutem. vnde in ps. Propter miseriam inopum et gemitum pauperū: nunc exurgā dicit dñs. Ponam in salutari rc. Ad illud rc.

¶ Collatio. xxxiiij. de cōceptiōe seu sanctificatiōe btē marie. ex ps. xlv.

Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Jn ps. xlv. Regi et cuicq magno principi debet domus condigna sollicite queri et quesita sollicita et singulari preparatione disponi: ita fecit moyses. qz ei qui est rex regū dño suo sollicite domū quesiuit et singulari pparatione disposuit. Numero. vij. Factū est in die qua cōpleuit moyses tabernaculū erexit illud vnitcq et sanctificauit cū omnibus vasis suis. qz em in ps. scribitur q sanctus dñs deus noster et non est iniquitas in eo: necesse erat: vt ipsius tabernaculi preparatio esset sanctificatio ideo moyses sanctificauit illud. Dei filius est princeps omniū regum terre. Apoc. j. Quia igitur Christū in hunc mundum venturū Psalmista preuiderat: fuit sollicitus de tabernaculo cōdigno ipsi inueniendo: vnde iurauit et nouit se requiē non habiturū donec ei dignum habitaculū inuenisset. Memento dñe Dauid: vscz ibi: donec inueniam locū dño tabernaculū deo iacob rc. Tandē in eodē ps. repetit dicēs. Elegit dñs syon elegit eam in habitationem sibi. hec requies mea in seculū rc. Decuit ergo syon speculum id est virginem mariam dei tabernaculū electā singulari sanctificationis preparatione disponi. quia ipse est de quo ps. Tu autez in sancto habitas laus israel. Jgit hoc tabernaculū velut illud p moysem figuratū in die qua cōpletū est. i. in die sue sanctificationis erectū est. s. a peccato originali: cui vt ceteri subiacebat et vnctū fuit oleo. s. gratie diuine pre pticipibus suis z sctificauit cum omnibus vasis. i. potentijs in quibus fomnis totaliter est repressus. Sicut ergo Dauid sollicitus de eius tabernaculi inuentione: ita fuit sollicitus de pparatione seu sanctificatione. sicut enim inuentionē demonstrat tabernaculi: ita sanctificationem dicens. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus: vel aliter sanctificauit tabernaculū suū altissimus vulgariter dr A chascun oyseau son nid est beau. Cuilibet aui pulcher est nidus pprius. hoc autem quis sit verū gnaliter: tñ ille aues volant singularibus nidū mundū que volant altius nidificant preciosius quatinus se ab immūditia preseruent: vt patet in aquila q ceteris altius volat/ et preciose nidificat: vñ nihil immūditie pōt ibi sustineri pter lapidē pciosum quē ibi ponit qui vocat ethites. Deus pater cōparat se aqle. vñ Deut. xxxij. Sicut aquila puocās rc. hui9 aqle nidus ppu9 fuit virginis vterus in quo sicut in loco alto et arduo ratione virginalis perfectionis posuit nidū suū. Job. xxxix. Jn arduis ponet nidū suū. qz igitur ipse est ipsa medicina et sanctitas. quia in ps. dicitur. Sanctus dñs deus noster/ et non est iniquitas in eo. Conueniens fuit vt haberet nidum mundū et sanctū. quia in ps. scribitur domum tuam decet sanctitudo in longitudinem dierum/ et potissime quia alte volat. in ps. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia

respicit &c.et preciose nidificat.quia semper in nido suo posuit lapidem preciosum: scilicet dei filium. Lapidem quem reprobauerunt edificantes: qui fact⁹ est in caput anguli. In psal. Idcirco tabernaculū suū nidum: suū.s. virginē beatam sanctificare debuit. vbi tandem ethitē preciosum lapidem christū posuit. Ethites em̄ aliū lapidē in se continet/et humanitas continebat diuinitatem. Sicut ergo ps̄. fuerat valde sollicitus inuenire nidum et nunciare inuentū ita fuit sollicitus nunciare sanctificatū. q̄ fuerit sollicitus de inuentione. patet Memento domine dauid &c. Jurauit dn̄o/votū vouit deo iacob. Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationē. Et requi. tēpori. me. donec inue. lo. do. taber. d. ia. hunc sanctificauit inuentū. Elegit dn̄s syon ele. e. in ha. sibi. Hec re. me. in se. seculi: hic ha. q̄m ele. eā. Sicut ergo denunciauit inuentionē: ita denūciauit sanctificationē dicens. Sanctificauit tabernaculum suū. in quibus verbis circa purificationē dn̄i et sanctificationē tabernaculi describit Psal.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Delectiuū | | Remissio culpe p̄cedentis | sanctificauit |
| Cōtētiuū | & est | Habitatio gratie subsequētis | tabernaculū suum |
| Effectiuū | | Exp̄ssio potētie trascēdentis | altissimus |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Remittit̄ noxa originalis | promptiori | auxilio | sanctificauit |
| hic nāq̄ | Infundit̄ gratia specialis | digniori | mysterio/ | taber. suum |
| | Ingredit̄ eā dn̄s vniuersalis | altiori | p̄digio | altissimus. |

¶Quantū ad primū sciendū q̄ non est digna habitatio sancti cum prophano/ nec prophani cum sancto: sed sancti cū sancto. In psal. dicit̄. Cū sancto sanctus eris et cum &c. Quia igitur dei filius est sanctus sanctorū: eius tabernaculū debuit esse sanctissimū. ideo in psal. dicit̄. Tu aūt in sancto habitas laus israel. Simile. Nā s̄m Aug. Oculis egris odiosa est lux: que puris est amabilis. verū est q̄ ad hoc q̄ oculus radiū et lucē exteriorē recipiat. indiget duobus: primum est luminis interioris connaturalitas. Ad hoc enim q̄ oculus lumen recipiat: necesse est ipsum habere lucem innatam q̄ istam habeat patet in fricatione oculi clausi in quo percipit̄ lux radiorū. et nisi istā haberet exterior radius intrare non posset. Itē secundo requirit̄ omnis humorū puritas: quia si esset lipposus vel turbidus nō posset recipere exteriorē radiū: quia oculis egris &c. vnde oportet oculū mundare ad hoc q̄ exterius venientē radiū recipiat/ab omni puritate dei filius est radius veri solis. i. dei patris: et lux vera que illuminat oēm hoiem venientē in hūc mundū. Joan. j. Uterus autem virginalis oculo cōparat̄ quia sicut lux corporalis exterior sine aliqua oculi fractione oculū ingreditur. sic dei filius absq̄ quacunq̄ fractione et violatione virginitatis clausum vterū est ingressus. Oportuit ergo virginē gloriosam lumen habere quasi innatum sibi a principio creationis: et hoc fuit gratia sibi infusa statim a principio sue creationis. Mediante enim lumine gratie intrauit lumen eterne glorie: sicut i psal. dicitur. In lumine tuo videbimus lumen. Oportuit etiam q̄ quia oēs ab adā nascentes lippositatē et impuritatē originalis peccati contrahunt ab ea primitus purgaret̄ et sanctificaretur. Et hoc factū est statim post suam conceptionem: ideo scribitur de Bersabee matre Salomōis. ij. Reg. xj. Statim sanctificata est mulier ab immundicia sua. ecce autem plus q̄ Salomon hic. Mat. xij. Unde plus hoc debuit fieri in matre veri nostri pacifici salomonis. ij. Paralip. vij. Elegi locum istum et sanctificaui eum: vt sit ibi nomen meū in sempiternum &c. Sicut in consecratione ecclesie corporalis cum debet cōsecrari. prius omne mortuum expellitur: et deinde inunctis parietibus consecratur. Sic factum est in beata virgine: vt enim dicit apostolus. Ro. v. Sicut per vnum hominem peccatum in mundū intrauit: et per peccatum mors: ita omnes homines mors pertransijt: vnde et ipsa virgo beata originale contraxit. Prius ergo non tempore:

sed natura in sui sanctificatione morticinium originalis peccati expulsus fuit et inde per vnctionem gratie spiritussancti sanctificata fuit: vnde eius sanctificatio figurata fuit in sanctificatione tabernaculi. Numeri. vij. Sequitur: vnxitque et sanctificauit: vtique oleo letitie pre participibus suis. Sed dicitur cum omnibus vasis: quia sic fuit sanctificata que in ea fuit fomes/vel extinctus totaliter vel ligatus et repressus sufficienter. ideo in psalmo. Pulchritudo in conspectu eius sanctimonia et magnificentia eius: propter hoc dicit dei filius. Ecclesiastici.xxiiij. In ciuitate sanctificata similiter requieui. Hec de primo principali.

¶Quantū ad secundū: Nota que in psal. de hoc tabernaculo mouebat questionem/dicens. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis &c. Et ipsemet respondit. Qui ingredit sine macula. Solus ergo christus istum mundum est ingressus sine macula cuiuscunque peccati. et ideo iste habitabit in sanctificato tabernaculo. Dicitur autem beata virgo tabernaculū duplici ratione scilicet reuerentie et continentie. Reuerentie quidem quia vt recitat apostolus ad Heb. j. Duplex pars erat in templo: vna que dicebat sancta: et hec est cōis. Alia q̄ dicebatur sancta sanctorū: et hanc partem tante erat sanctitatis et reuerentie: nō intrauit nisi solus summus sacerdos semel in anno: et tunc cum sanguine: sic ecclesia habet duas partes / vnā cōmunē que dicitur sancta: et hec est communis omnibus sanctis. Alia que dicitur sancta sanctorū: et hec est sola virgo btā quā solus summus sacerdos ingressus est: ille. s. qui est sacerdos in eternū scḋm ordinē melchi. et tunc cum sanguine/ quia nostrū sanguinē in nostram humanitatem de purissimis virginis sanguinibus ibi assumpsit. ideo hec est porta de qua dicitur. Ezech. xliiij. Uidi portam in domo domini clausam: porta hec clausa erit et non aperietur: quia solus deus ingredietur et egredietur per eam. Hūc ingressum et cū sanguine apostolus Heb. ix. sic describit xp̄s assistens pontifex &c. tabernaculū non manu factū &c. per propriū sanguinē introiuit semel in sancta &c. hunc tabernaculi ingressum describit Psal. In sole posuit tabernaculum suū: et ipse tanque sponsus procedens de thalamo suo. Dicitur etiam tabernaculum ratione continentie. Tabernaculū enim tenebat thuribulū aureū et archā federis in qua erat virga aaron que fronduerat: tabule testamenti et vrna aurea habens manna. Sic virgo beata habebat thuribulū aureū. i. conuersationem: et vitam auream plenam auro charitatis et dilectionis/deuotionis, et cōtemplationis. habebat etiam archam testamenti/ et christum qui est archa. de qua psal. Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificationis tue. In hac archa. i. in christi p̄sona erant virga aaron ratiōe equitatis in regia dignitate. de qua psal. Uirga directiōis virga regni tui. et iterū virgā virtutis tue &c. Erant etiam tabule testamēti ratione virtutis ex duabus naturis in p̄sone vnitate. Est enim liber vite et testamentū altissimi: et agnitio veritatis. Eccle. xxiiij. Erat etiā vrna aurea habens māna ratione pietatis in sacramentali liberalitate. in psal. Pluit illis manna ad manducandū &c. ergo bene pōt dici tabernaculū ratione continentie. Hebre. iiij. Post velamentū aūt. i. post legem moysaicā. hec mysteria velantē. Secundū tabernaculū quod dicitur sancta sanctorū: aureū habēs thuribulū et archā testamēti i qua erat vrna aurea habēs māna & virga aarō q̄ frōduerat & tabule testi. iō Apo. xxi. Ecce tabernaculū dei cū hoib9 & hitabit cū eis. & ipse erit eorum de9 hoc tabernaculū dei. Psalmista cōsiderās dixit Trāsibo i locū tabernaculi et admirabilis vsque ad domū dei. hec de scḋo.

¶Quantum ad tertium. Nota que solēnes et magne ecclesie magnifica tabernacula: in quibus corpus christi et alie reliquie seruantur et adorantur consueuerunt per maiores dominos terre fundari et dñs terre maior consueuit primum

lapidem ponere in fundamēto:ꝛ postea oia vadūt bñ.btā virgo est dei taberna
culū qđ multis dñis ꝛ magnis fuit spūaliter fundatū ꝛ fabricatum:qꝛ in eo de
bebat corpus xp̄i ꝛ diuinitatis reliquie cōseruari:ꝛ adorari:ꝛ iō dñs maior do
minꝰ ꝟtutū ipse est rex glīe.Primum lapidem in ea ꝓiecit ꝛ posuit grām.s.sā
ctificationē.vñ dr Joā.viij.Qui vrz sine pctō est primꝰ in illā lapidē mittat vñ
ipse manu sua hanc ecclesiā fundauit qui est altissimꝰ:fundamēta eius in mō
tibꝰ sanctis:glīosa dicta sunt de te ciuitas dei:qꝛ hō natus est in ea ꝛ ipse fun
dauit eā altissimꝰ.Si vis de hoc plꝰ dic vt dixi in sermone illo:hō natꝰ est i ea
ꝛ tunc cōclude ꝙ ꝓpter hoc bene dixerat angelus hic erit magnus ꝛ filiꝰ altissi
mi vocabit.Luce.j.Est aūt notandū ꝙ lapis qui in fundamēto primus ponit
cōiter est maior oibus alijs:ꝛ tunc fit magnū festū:ita fuit in virgine.Nā grā
sanctificationis ipsi collata maior fuit in virgine ꝙ̄ in aliquo alio sancto.B.
ego puto ꝙ copiosior sanctificationis benedictio in eam descēdit ꝛc.Et iō non
mirum si de isto lapide facimꝰ magnum festū.iō ps̄.Delectasti me dñe in factu
ra tua:ꝛ in operibꝰ manuum tuarū exultabo.Sequit.Tu aūt altissimꝰ i eter
nū dñe.ꝛ alibi.potentiam tuā ꝛ iustitiam tuā deꝰ/vsq; in altissima que fecisti
magnalia deꝰ quis similis tibi:Cognoscamꝰ ergo ꝛ videamus:qꝛ nomē tibi dñs
tu solus altissimus in omni terra.de qua ps̄.Credo videre bona domini in ter
ra viuentium.Ad quam ꝛc.

¶Colł.xxxv.De beata maria in sabbatis pro deuotis.ex ps̄.xlvj.

Elegit nobis hereditatē suā.In ps̄.xlvj.vt tradidit phūs.viij.Ethic.
Amor verꝰ facit oia cōia.vnde vera amicitia nescit aliquid distinctū
aliquid discretū:aliquid diuisum inter amicos:sed res ꝛ secreta red
dit cōia.In huius figuram Jonathas qui specialē ꝛ verā amicitiaꝫ
pepigerat cum dauid in signū dixit.j.Regū.ij.Viuit dñs ꝛ viuit aīa
tua:qꝛ vno tm̄ gradu (vt ita dicaꝫ) ego ꝛ tu morsq; diuidimur.Itē in rōne chari
tatis in primitiua ecclesia nullus inter aplos sciuit aliquid spāle vel singula
re:sed erāt eis oia cōia.vnde dr Act.ij.Omnes qui credebant erant omnes pa
riter ꝛ habebant oia cōia ꝛ ita recitat Aug.in regula.Ita experimur manifeste
in natura ꝙ auis naturali amore nihil sibi retinet spāle:sed cōmunicat oīa
pullis suis:qꝛ cōicat cibū.nidū:ꝛ curā nutriendi siue officiū.Ad ꝓpositum dei
ꝛ virginis filiꝰ summa amicitia nos dilexit.Joan.xvj.Maiorē charitatē ac di
lectionē nemo hꝫ:vt animam suam ponat quis pro amicis suis:qđ ipse fecit vt
nos lauaret a peccatis nostris.Apoc.j.Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis nr̄is
in sanguine suo.ꝛ ideo omnia bona sua nobis communicauit:immo etiaꝫ pa
terna secreta reuelauit.Joan.xv.Vos aūt dixi amicos:qꝛ oia quecūq; audiui
a patre meo nota feci vobis.ideo ipse sicut auis celestis pullis suis cōicauit ci
bum:seipsum dando in eucharistie sacramento.Cōmunicauit nutriendo curā
seu officium in docēdo ꝛ predicando.Cōicauit nidū proprium ad sancte mr̄is
ecclesie gremiū nos recipiendo:habebat aūt iocale preciosum ꝙ totam vnam
magnā valebat hereditatem matrē suā.s.virginē gloriosam:ꝛ sicut alia com
municauerat:ita etiā istius bonitati tāte hereditatis voluit nos esse consortes
vt sicut ei eramꝰ dilecti:ita essemus ei fratres/ꝛ sue matris filij:vt sic vno tm̄
gradu ab ipso diuideremur:qꝛ nos homines:ipse homo ꝛ deus:vnde quan si
bi eandem matrem nobis elegit:ꝛ hoc signanter in vnius persona gestum est/
quod omnibus postea est concessum.Legit em̄ Jo.xix.ꝙ cū iesus oia cōicasset
amicis suis ꝛ omnia consummasset:adhuc restabat mater cōicanda ꝛ deuotis
suis ꝛ amicis.Cūq; vidisset Jesus matrē ꝛ discipuluꝫ quē diligebat/dixit ma
tri.Mulier:ecce filius tuus.Deinde dixit discipulo.Ecce mater tua:qđ tunc in
vno gessit historialiter:omnibus concessit spūaliter ꝛ hoc est elegit nobis here=

ditatem suam. In quibus verbis ps. describit

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Predestinatione | elegit | } erant | divina { | Predestinatio |
| Dilectionem | nobis | | | Dilectio |
| Possessionem | hereditatem suam | | | possessio |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Singulariter in —— { | Opere | elegit | } |
| | Federe | nobis | |
| | Munere | hereditatem suam | Est autem |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Opus } | divine { | Sapientie providentis | elegit |
| Fedus | | Amicitie conferentis | nobis |
| Munus | | Glorie succedentis | hereditatem suam |

¶ Quantum ad primũ. Sciendũ q͛ sicut tradunt naturales pullis aquile naturaliter serpentes insidiant᷑ ⁊ inimicant᷑: ⁊ ideo aquila eligit sibi locũ arduũ ⁊ altũ ⁊ tutũ: in quo construit nidũ suũ. Et in eo ne serpẽtes aliquo mõ possint attingere ⁊ accedere ponit lapidem preciosum: ⁊ sic pulli a serpentibus preservant᷑. Aquila xp̃s est: pulli aquile xp̃i fideles ⁊ devoti. Deut. xxxii. sicut aquila ⁊c. Serpens est diabolus qui naturalr̃ insidiat᷑ ⁊ inimicatur fidelibus Gen. iii. Inimicitias ponã inter te ⁊ mulierem: ⁊ semen tuum ⁊ semen illius: et tu insidiaberis calcaneo illius. ad conservandos ergo ⁊ tuendos xp̃i fideles. xp̃s elegit locum altũ perfectione: ⁊ arduum virginitatis cuꝫ fecũditatis preservatione. vñ Job. xxxix. Ad preceptũ tuũ elevabitur aq̇la ⁊ in arduis ponet nidũ suum: Iste fuit magis arduus passus qui vnq̃ fuit in natura: vñ istũ nunquã serpens antiquus diabolus potuit transire nec cognoscere vt etiã ei esset magꝭ inaccessibilis posuit in eo lapidem preciosum grãm. s. sanctificanteꝫ. Iste nidꝰ fuit virgo beata: sic ⁊ cum talibus electa: vt per eã ⁊ in ea habitantes ꝑ devotionẽ a morsibus venenosi serpentis: eius meritis liberentur. In ps. Elegit dominus syon elegit eã in habitationẽ sibi. Hec requies mea in seculũ seculi: hic habitabo qm̃ elegi eã. Nota aurũ cum eligit᷑ mixtũ est cũ arena. Argentũ ergo vivum superveniẽs / nõ arenã / non ferrũ / non argentum: sed solum aurum eligit ⁊ ad se trahit. Sic dei filius argentum vivum non eligit argentum ꝓphetarum / non ferrum patriarcharum / non arenã personarũ terrenarum: sed aurum virginẽ mariã pre oĩbus premiũ sicut aurũ omnibus metallis sibi attraxit: et in matrem elegit: q̃uis haberet arenam nostre mortalitatis secum adiunctaꝫ Canti. vi. Una est colũba mea / perfecta mea: vna est matris sue electa genitricꝭ Et ibidem: pulchra vt luna: ⁊ electa vt sol. Hec de primo.

¶ Quantum ad scd̃m. Nota q͛ pauperibꝰ nõ habẽtibus advocatũ in causis arduis cõsuevit iudex ex officio vnum dare. Esset aũt magna iudicis clementia si pauperi optimuꝫ de curia daret advocatum: omnes nos comparere oportet coraꝫ iudice xp̃o super cã valde ardua: q: agit᷑ ibi de corpore ⁊ aĩa de ꝓpria salute. ii. Cor. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal xp̃i vt vnusquisq̃ recipiat prout gessit: sive bonam sive malũ. Habemus aũt dirũ ⁊ durũ adversarium diabolum qui circuit querens quem devoret. Sed pctõres sunt pauperes nec pñt advocatum habere. Ideo misericors ⁊ miserator. Dominus dedit eis in celi curia advocatum: non qualemcunq̃: sed optimum de tota curia celesti: virginem. scilicet gloriosam. vnde ⁊ in salve regina cantamus. Eya ergo advocata nostra ⁊c. Ista est talis advocata q͛ iudex non potest ei aliquid denegare. iii. Reg. ii. Pete mater mi: neq̃ em̃ fas est vt avertam faciem tuam. Istaꝫ advocatam nobis dari in tribulatiõe cause mortis ps. dari petebat. Da nobis auxiliũ dñe de tribulatione: quia vana salus hominis. Absq̃ dubio sine virginis auxilio in morte vana salus peccatorum. sed ea auxiliante certa dicente aplo prime Corinth. i. His autem qui salvi fiunt. i. nobis virtus dei. Hec de secundo

¶ Quantū ad tertiū. Nota q xp̄us erat vnicus filius patris in celis: ⁊ matris in terris: ⁊ ideo duplicem hereditatem adeptus est maternam. s. ⁊ paternã: sꝫ primo adeptus est maternam / deinde paternam. Materna hereditas fuit plenā laboribus / penis / tribulationibus ⁊ persecutionibus. sed paterna plena est premijs ⁊ gaudijs / ⁊ consolationibus. vtranq₃ igitur hereditatē nobis eligit. Maternam primo penosam / laboriosam: plenam meritis: ⁊ per hanc paternam gloriosam: gaudiosam: plenam premijs. Sed nota multi libenter haberent paternam gloriosam / non curantes de materna que est penosa: sed hoc non est possibile: q₂ quod non habuit ipse sibi non confert tibi / ⁊ ideo per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum: ergo si vis hereditatē paternã in celis: adhibeas primo maternam in terris: q₂ sine ista non venitur ad aliã Eccl. xxiiij. In partes dei mei hereditas illi⁹: ⁊ in plenitudine sanctorum detentio mea. Ergo iuxta illud psal. Hereditate possideamus sanctuariuꝫ dei q₂ ſm Esa. liiij. Hec est hereditas seruorum dei: iusti igitur vt ait psal. Hereditabunt terram / ⁊ habitabunt in seculum seculi super eam. Ad quam terram viuētium ⁊c.

¶ Sequitur collatio trigesimasexta infra octa. pasche: ⁊ in toto tp̄e paschali ex psal. xlviij.

Tiuet adhuc ān finem: in. ps̄. xlviij. Rumores maxime letificantes corda parentū sunt rumores de vita filiorum. Maxime ibi filius visus est mori vel est moriturus nunciatus dī Eccl. xi. Qꝛ melior est canis viuus leone mortuo. Et q₂ filius est res patris ⁊ pater in filio cōseruatur: iō summe gaudet de nunciata vita qñ mortuus credebatᷣ: vel qñ visibiliter fuerat mortuus in oculis patris: iō pater filij prodigi gauisus ē de filio viuo quē mortuum reputabat instruxit chorum ⁊ symphoniam ⁊ occidit illi vitulum saginatum. Et alter dixit filio venienti de agro. vt legitᷣ Luce xv. Fili epulari ⁊ gaudere oportebat: q₂ hic frater tuus mortuus erat ⁊ reuixit perierat ⁊ inuentus est. hoc pulchre legitur Gen. xlv. Cuꝫ eñ iacob filium mortuum crederet. q₂ sibi dictum erat. Fera pessima deuorauit eum: ⁊ ip̄e lugens multo tp̄e cōsolationē recipere noluisset: sed dixisset. Descendam lugens filiuꝫ meū cū merore ad inferos. Tandem cum fratres de egypto redeuntes nunciassent patri filium suum viuere: ille pregaudio quasi reuixit. Unde dī Gen. xlv. Quod filij Jacob nunciauerunt ei dicentes. Joseph filius tuus viuit. Quo audito Jacob quasi de graui somno euigilans non credebat eis: sed cuꝫ vidisset plaustruꝫ ⁊ vniuersa que remiserat reuixit sp̄us eius ⁊ ait. Sufficit mihi si adhuc filius meus viuit: vadā ⁊ videbo eum anteq̄ moriar. Eo aūt viso dicitᷣ in sequenti capitulo dixit. Jā letus moriar: quia vidi facieꝫ tuam: ergo rumores maxime letificantes corda parentuꝫ sunt rumores de vita filiorum. De christo scribitᷣ Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tp̄e rep. mult. mise. qui quasi flos egre. ⁊ conte. ⁊c. Rō est: qñq₃ flos campi vel agri a transeuntib⁹ conteritur ⁊ conculcatur: ⁊ ex hoc languet ⁊ marcescit: ⁊ mortuus quasi apparet. Sed postmodum virtute solis reuiuiscit ⁊ resurgit: ⁊ ad priorem pulchritudinem restauratur. De beata virgine ⁊ de christo cantamus. Uirgo dei genitrix / virga est flos filius eius: Iste igitur flos Christus natus de muliere. De beata virgine breuiviuens tempore: quia circa. xxx. ānos quasi flos egressus est ⁊ cōtritus: Nam turba iudeorum iniquorum florem istum coram herba que eum produxerat: coram matre que eum genuerat conculcauit ipsum spoliando / flagellando / spuendo / collaphizando / spinando / clauando / lacerando. in psalmo Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersuꝫ me. ideo tantum conculcauerunt q etiam istis supplicijs totaliter contriuerūt

ita q̄ iste flos libani elanguit. vt dicitur Naum primo. Postea autem ad tres dies virtute celesti. s. virtute diuina reuixit et refloruit sicut dixit psal. Tanquam flos agri efflorebit et fuit resurgendo tertia die ad pristinam pulchritudinem restitutus dicens cum Psalmista. Refloruit caro mea rumores: ergo magis letificantes cor dolorose matris que tam crudeliter: tam impie: tam improbe florem istum filium vnicum conculcari: conteri: occidi: immo crucifigi viderat: nõ solum audiuit: sed presens fuerat. nulli esse poterat de vita filij / si ei posset viuus et resuscitandus veraciter nunciari. Psalmista igitur certus de resurrectione volens gaudium virgini nunciare: et localia de bonis rumoribus reportare voce prophetica clamauit dicens. Viuet etc. Ubi describit quandam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Reparationem | viuet | describitur autem | reparatio | |
| Expectationem | adhuc | | expectatio | |
| Durationem | in finem | | duratio. | |

| | | |
|---|---|---|
| Sicut | affutura | viuet |
| | profutura | adhuc |
| | creatura | in finem |

¶ Describitur autem a Psalmista sermone prophetico circa Christum

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Affutura reparatio | in | fragili substãtia corporali | quia | viuet |
| Profutura duratio | | labili hora temporali | | adhuc |
| Cretura duratio | | stabili mora eternali | | in finem |

¶ Quantum ad primum. Sciendum quod propterea que facta sunt circa resurrectionem in Christo spiritussanctus per scripturam sacram Christum tribus comparat: specialiter leoni / serpenti et aui. Leoni quidem Genesis quadragesimonono. Catulus leõis iuda requiescens accubuisti vt leo. Ratio autẽ huius comparationis est: quia (vt dicunt naturales) catulus leonis nascit̃ mortuus. Uidens ergo pater catulum dormientem velut mortuum / die tertio fremit / rugit / clamat vehementissime super eum: et ad clamorem et rugitum patris catulus naturaliter suscitatur. Sic dei filius spiritualiter natus est mortuus. idest in carne mortali necessario moriturus. Quam mortem sustinuit tempore passionis modo quo scriptura eodem in loco de catulo isto predixerat. Lauabit in vino stolam suam / et in sanguine vue pallium suum. Ergo deus pater dicit illi Leonculo requiescens accubuisti / vt leo ad predam fili mi ascendisti. Hec fuit preda sanctorum patrum. Quis suscitabit eum? Certe nullus nisi pater tertio die clamando cum Psalmista. Exurge gloria mea: exurge psalterium et cythara: quod dicente patre respondet. Exurgam diluculo. Iste pater enim rugiens est ille qui suscitat a terra inopem. Ut sedeat cum principibus etc. vt dixit Psalmista cui dixit Abacuc tertio. Suscitans suscitabit arcum suum. Hic posset dici moraliter de arcu fracto: Ergo iste catulus sic rugitu patris fuit a morte vite redditus. ideo psalm. hoc preuidens dicebat effectiue viuet. Esa. xxviij. Dum adhuc ordirer succidit me de mane vsque ad vesperam finies me: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. tu autem eruisti animam meam in inferno. sequit̃ Uiuens viuens ipse confitebitur tibi: sicut et ego pater filijs notam faciens voluntatem tuam. Domine si sic viuitur: et in talibus vita spiritus mei. Ideo xp̄us sic suscitatus dicebat cum psal. Memor esto verbi tui domine. in quo mihi spẽ dedisti: hec me consolata est in humilitate mea. quia eloquium tuum viuificauit me. Secundo xp̄s ratione resurrectiõis comparatur serpenti. ipsemet dicit

Joan.iij. Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Ratio autem huius comparationis est/ quia (vt dicunt naturales et experti) serpens est talis nature quod quantumcunque verberetur/ flagelletur/ vulneretur: dummodo caput suum viuum et illesum remaneat: totum corpus postea virtute capitis et sanatur et a vulneribus curatur: immo vt dicunt experti/ si pars a capite separata per vulnus fuerit virtute herbe quam querit pars parti reunitur et reintegratur: et sic totus serpens finaliter restauratur et reparatur. Sic spiritualiter vt scribit apostolus.j. ad Chorinthi.xj. Caput christi est deus: igitur christus in toto tempore passionis fuit flagellatus/ vulneratus/ verberatus/ sputus lanceatus/ clauatus. et tantum quod fuit a corpore spiritus separatus. In omnibus autem istis verberibus caput christi. id est diuinitas illesa et intacta remansit: et ideo virtus capitis omnia recuperauit/ curauit/ viuificauit/ et partes separatas reuniuit corpus. scilicet et animam. et sic fuit virtute capitis suscitatus et reparatus. Deutero.xxxij. Uidete quia ego sim solus et non sit alius preter me: ego occidam et ego viuere faciam: percutiam/ et ego sanabo: et non est qui etc. Leuabo ad celum manum meam: et dicam viuo ego in eternum. in psal. Uiuet dominus et benedictus deus meus et exaltetur deus salutis mee: deus qui dat vindictas mihi etc. Tertio comparatur aui Job.v. Homo natus est ad laborem et auis ad volandum. Uerum quia persona christi fuit singularis et vnica psalm. Erue de manu canis vnicam meam. Comparatur spiritualiter aui que est singularis et vnica que dicitur fenix que parem non habet: et ideo apud arabiam vbi solum inuenitur fenix: vnica et singularis appellatur. De hac dicit philosophus quod ad ardorem solis quando incipit senescere aromatica ligna congregat et sicca: et cum virtute solis fuerint incensa sponte nidum ingreditur et crematur et ibi moritur: post tres autem dies inde alius vermiculus egreditur: et paulatim in auem procedit et crescit donec auis prior totaliter restauratur/ suscitatur/ et reformatur. Ita narrat Alanus accidisse in heliopoli ciuitate egypti vbi cum Onias in templo primo die azimorum lignis super altare positis vellet offerre sacrificium auis illa cunctis videntibus in rogum medium se proiecit et mortua fuit et postea predicto modo suscitata reparata fuit in desertum et euolauit. Hec auis sic singularis et vnica fuit christus solus deus et homo: istemet ligna aromatica ligna crucis tempore passionis collegit: quia ipsemet ea creauit et conseruauit. Esa.xlvj. Ego feci/ ego ferám/ ego portaui/ et ego saluabo. In hec ligna ipse sponte et gratis saltauit/ quia oblatus est/ quia voluit. Esa.xvj. Et lignis crucis finaliter mortuus fuit. Sed transactis tribus diebus auis ista fuit totaliter et perfecte reparata: et verisimile resuscitata.iij. Reg.xvij. Reuersa est ala pueri intra eum et reuixit: et tradidit eum helyas matri sue/ et dixit ei. Filius tuus viuit. Ergo beata virgo ma. ne lugeas: quia viuit. Nunc tibi helyas/ id est deus pater dixit. En filius tuus viuit immo ipsemet loquitur tibi illud Apoca.j. Fui mortuus et ecce sum viuens in secula. deus pater fecit vt dicitur Genes.ij. Inspirauit in faciem eius spiraculum vite: et factus est homo in animam viuentem. Si vis procedere contra vitia: dicas quod felix est ille qui olim mortuus per peccata: modo suscitatus in gratia potest cum Christo dicere fui mortuus et ecce sum viuens in secula: et dic quomodo aliqui ab infirmitate a morte surgentes ex incautela regiminis reincidunt in maiorem infirmitatem et mortem et peius recidiuum quam prior infirmitas. Ita spiritualiter Apocal.iij. Nomen habes quod viuas et mortuus es. Dilata vt placuerit: et dic quanti constitit medicina vt peccator suscitaretur/ quia ipsemet Christus fuit medicina et mors eius. Hec de primo.

¶ Quantum ad secundum nota quod Job.xiiij. Lignum habet spem si preciosum fuerit rursum virescit et rami eius pullulant/ et si emortuum fuerit truncus illius ad odorem aque

germinabit. Uult dicere q̄ q̄n arbor prescindit et totaliter destruitur in stipite mortua apparet: sed adhuc non est desperādum de arbore: quia virtus manēs in radice facit iterum arborē crescere ꝛ germinare: immo etiam arbor aliquādo melior reparatur. de christo scribit. in psal. Erit tanq̄ lignū quod plantatū est secus decursus aquarū quod fructū suū dabit in tempore ꝛc. Istud est lignū vite in medio paradisi: vt dicitur Gen. ij. Ergo hoc lignum fuit precisum tempore passionis vsq̄ ad radicem. id est diuinitatē: sed istud lignū habet spem: q̄r semper radix. i. diuinitas viua remāsit. dī aūt diuinitas radix huius arboris: quia sicut radix suscitat arborē ꝛ stipitē: ita diuinitas suscitabat humanitatem que propria suppositione carebat / ꝛ innitebatur diuino supposito. huius ergo virtute radicis arbor ista p̄ciosa reparata ꝛ reconstituta fuit: ideo poterat esse verbum filij ad matrem cum prescinderetur / cum in cruce moreretur. Spera in deo quoniā adhuc cōfitebor illi. in psal. Hec de secundo.

¶ Quantū ad tertiū. Nota q̄ xp̄s mortuus aliquos suscitauit sicut lazarum et alios: sed illi suscitati iterato mortui sunt: sed xp̄s immortalis a mortuis resurrexit. vnde Rom. vj. dicit. Christus resurgens ex mortuis iā non moritur: mors illi vltra nō dominabitur ꝛc. ꝛ ideo dicitur in finem. i. sine fine in perpetuū: ideo xp̄s in sua resurrectiōe cōparat̄ lapidi precioso qui vocat̄ abestos qui semel illuminatus nunq̄ pōt postea extingui: ꝛ talem dicunt aliqui vnum fuisse in tēplo diane. Sic xp̄s lapis p̄ciosus semel in resurrectione claritate corporis gloriosi illuminatus et alijs dotib⁹ corporis gloriosi dotat⁹ ꝛ glorificatus nunq̄ postea eas perdere potuit: sed manet semp immobilis ꝛ sine fine in corpore glorificatus. Iste lapis fuit in tēplo diane. i. dñe Marie ipsam gratia illuminās ꝛ illustrās lucē in ea ꝛ in se perpetuo sine fine conseruans. Attingit eñ a fine vsq̄ ad finem fortiter ꝛ disponit omnia suauiter. Sap̄. viij. Ideo ei existēti in sepulchro clamabat Psal. Exurge domine quare obdormis: exurge et ne repellas in finem. Cui consolando respondebat Abacuc. ij. Apparebit in finem ꝛ non mentietur: si moram fecerit expecta eum: quia veniet et non tardabit: sic predixerat angelus matri. Luce. j. Dabit illi dñs deus sedem Dauid patris ei⁹: ꝛ regnabit in domo iacob in eternū: ꝛ regni eius non erit finis. Ad qđ nos perducat ꝛc.

¶ Collatio. xxxiiij. De annunciatione dominica vel de natali domini. Ex Psal. xlix.

Manifeste veniet dñs noster. in psal. xlix. Persona spectabilis magna et nobilis nō occulte: sȝ manifeste in sua nouitate venire debet vt ei⁹ aduētus sit notus magnis indicijs: certis ꝛ euidentib⁹ signis ita videm⁹ inter aues spectabiles ꝛ nobiles. Inter falcones eñ est vna species nobilis q̄ vocat̄ falco gētilis cuius aduētus ad predā semp est manifestus ꝛ p̄ tanto q̄r alie aues plurime ipsum sequunt̄ et ipse venationem sequentibus diuidit ꝛ vltimo capita retinet sibi ip̄si. vnde in sequela auium in diuisione prede in saturatione sequentium cognoscit̄ eius aduentus. Ita legimus Gen. xxx. Jacob enim patriarcha cum esset persona spectabilis venit ad laban: sed eius aduentus fuit magnis signis claris indicijs manifestatus: quia labā p̄ eius aduentū fuit ditatus ꝛ diuinā bn̄dictionē cōsecutus. vñ dixit ei Jacob. Modicū habuisti anteq̄ venirē ad te: ꝛ nunc diues factus es et ad introitū meū benedixit tibi dñs. Persona spectabilis magna et nobilis est dei filius. in psal. Q̄m magnus es tu ꝛ faciēs mirabilia: tu es deus solus. Quia ipse igitur erat in hūc mundū venturus nō decuit aduentū eius esse occultum: sed magnis signis claris indicijs esse manifestum. Et recte sic fuit de eo sicut fuit de falcone. Nā ipse in vallem huius mūdi ad predam descendens captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hoīb⁹: vt dicitur in psal. Hec preda fuit humanitas quā de

virgine traxit. Hāc auib⁹ cū sequētib⁹.i.deuotis fidelibus diuidit ipsos sacramēto eucharistie satiādo.vn̄ pōt dicere cū Jacob modicum habuisti anteq̄ʒ venirem ad te.Modicū quidē:qꝛ nō nisi esse nature. Nūc aūt diues fact⁹ es diuitijs gr̄e et glorie:ꝛ ad introitū meū benedixit tibi dn̄s.Propter claritatē signoꝝ declarantiū ei⁹ aduentū dixerat Aggeus scd̄o cap.Adhuc modicū ꝛ ego mouebo celum et terrā.i.Gabrielē celestē nunciū et Mariā(Luce.j. Missus est angelus Gabriel a deo ꝛc.Et nomē virginis Maria)mare ꝛ aridā.i.virginē Mariā.Mare in amaritudine passionis:ꝛ aridā in ariditate conceptionis. Non em̄ concepit virili semine:sed mystico spiramine.Et veniet desideratus cūctis gentibus. Malach.iij.Ecce ego mitto angelū meū qui preparabit viā ante faciem tuam: et statim veniet ad templū sanctū suū.psal.Igitur hec signa hec indicia precognoscens:aduentū eius clarum insinuat dicens. Manifeste veniet deus noster. in quibus verbis huius venientis describit.

Clementiam } ——— { veniet } Est nā in eo { clementia
euidentiam } ——— { manifeste } Est nā in eo { euidentia
eminentiam } ——— { de⁹ noster } Est nā in eo { eminentia

ratione magne } ——— { benignitatis } ——— { veniet
ratione magne } ——— { vtilitatis } ——— { manifeste
ratione magne } ——— { dignitatis } ——— { deus noster

cōsistit aūt } ——— { benignitatis clemētia in exhibitiōe gratiosa veniet
cōsistit aūt } ——— { vtilitatis euidentia in cognitiōe luminosa manifeste
cōsistit aūt } ——— { dignitatis eminentia in p̄latione gloriosa deus nr̄

¶ Quantū ad primū.dico. q̄ fuit mirabilis benignitatis clementia q̄ dei filius aliū nō mitteret:sʒ ipsemet ī ꝓpria ꝑsona veniret.vn̄ Esa.lxiij. Admirādo dicebat. Quis ē iste q̄ venit de edom tinctis vestib⁹ de bosra?Uere tinctura nobilis mirabilis in benignitatis clemētia.In hoc namq̄ʒ aduētu venit primus ad nouissimū.vt dicit Apoc.vlti.Ego sum alpha ꝛ o.prim⁹ ꝛ nouissimus.altissimus ad infimuʒ: vt attingat a fine vsq̄ʒ ad finē fortiter.Sap̄.viij.Ditissim⁹ ad pauperrimū vt sint simul in vnū diues ꝛ pauper.in psalm.Hec est mira benignitas inaudite clemētie.Uenit nāq̄ʒ igrediēs vt imber fecūditas.Nā imber ꝛ ros celestis descēdēs in conchā marinā in conchilib⁹ fecūdat viscera conchilij:vt virtute celesti de rore illo generet lapis preciosus q̄ dr̄ margarita. Et mihi comedēti pisces illos in monte pessulano ꝯtigit q̄ in vno septē margaritas inueni.Ita venit dei fili⁹ in hūc mundū.qꝛ vt ros descēdit in virginis vterū ꝛ formatus est sola virtute celesti lapis ille preciosus quē reprobauerūt edificātes ꝛ postea fact⁹ est in caput anguli.Iste lapis est illa p̄ciosa margarita quam si inuenit homo abscondit ꝛ vadit ꝛ emit illā.ideo dixit Ozee.vj.Uenite reuertamur ad dn̄m qꝛ ipse cepit ꝛ lauabit nos:sequitur:quasi diluculū p̄paratus est egressus eius et venit quasi imber nobis tēporaneus ꝛ serotinus.Iste imber figuratus fuit Judic.vj.Qn̄ in terrā cecidit ꝛ vellus nō cōplutū fuit/q̄d est q̄ virgo cōcepit ꝛ corpus intactū ꝑmāsit nisi q̄ roe eā impleuit celestis gr̄e ꝛ corpus non tetigit aliquis humor inmūditie. ¶ Secūdo venit egrediēs vt frater amans. Contingit aliquādo dn̄m patrie religionē ingredi paupertatis/qui q̄uis sit maior in cōditione tn̄ ꝑ susceptionē habitus fit frater in dilectione.Sic sp̄ualiter dissipato monasterio humane religionis dn̄s vniuerse terre pro eius reformatiōe factus est frater ꝛ religiosus paupertatis. Suscepit habitū nostre humanitatis in capitulo virginali.Et q̄uis ipse esset maior conditiōe tn̄ fact⁹ est frater dilectiōe/ qꝛ habitu est inuētus vt homo.vt dr̄ ad Philip.ij.ꝛ Gen.xxxvij.Caro em̄ nostra frater noster est:ideo dr̄ Luce.xv.Frater tuus venit.Ita petiuerat humanum genus.vt dr̄.ij.Regū.xiij.Ueniat obsecro saltem frater meus nobiscum. ¶ Tertio

venit progrediens sicut lux illuminans. Deus pater fecit circa genus humanũ sicut faciũt aliq̃ pbe mulieres circa acũ vel circa obolũ. Contingit eñ q̄ occupate perdũt acũ vel obolũ: tunc accensam candelã ponentes intra laternã plus cõsumũt de lumine de valore cãdele q̃ valet acus vel obolus. Nota de sacrista fratrũ minorũ narbone q̃ pro recuperãdo obolo destruxit armariũ quinq̃ solidorũ. Ita spiritualiter deus propter peccatũ perdiderat vnũ obolũ humanum spiritũ: sed volẽs cũ inuenire ⁊ rehabere lumen suũ ꝓpriũ filiũ posuit intra laternã nostre humanitatis ⁊ valuit plus istius cãdele istius luminis ꝓciũ q̃ valeret totũ genus humanũ. ⁊ tñ tota hec cãdela fuit expẽsa ꝓ habẽdo ⁊ rehabendo humano genere: immo triginta denariis vendita: ⁊ tota laterna dissipata in passiõe. ideo dicebat Esa. lxij. Propter syon nõ tacebo: ⁊ ꝓpter hierlm nõ quiescam donec egrediat̃ vt splẽdor iustus eius ⁊ saluator ei⁹ vt lãpas accẽdatur. Lãpadẽ vel laternã accendi est diuinitatẽ intra humanitatẽ poni. Est enim lumen ad reuelationẽ gentiũ ⁊ gloriã plebis sue. Luce. ij. ideo dixit Esa. lx. Surge et illuminare hierusalẽ q̄ꝛ venit lumen tuũ ⁊ gloria dñi sup te orta est: ergo hec fuit q̃ maxima liberalitatis ⁊ benignitatis inaudita clemẽtia vt dei filius veniens se exhibuit in ingressu sicut rorem fecũdãtem. In egressu sicut fratrẽ adamantem: in progressu sicut lucem radiantem: ideo dicit Esai. lxij. Dilecte filie syon: ecce saluator tuus venit/ ecce merces eius cum eo ⁊ opus illius coram illo. Hec de primo principali.

¶ Quantũ ad scdm̃. No. q̄ q̃nq̃ aliq̃d verbũ est scriptũ ita subtiliter/ ita debiliter q̄ ab oculo debili nullomodo põt clare ⁊ manifeste videri. ideo consueuit poni sup literã cristallus lucida ⁊ peruia: ⁊ tũc cristallus facit manifeste videri et legi verbũ subtile ⁊ clare cognosci: Dei fili⁹ est ꝓprie verbũ. Johan. j. De⁹ erat verbũ: hoc verbũ erat ita delicate scriptũ in intellectu paterno ita ⁊ subtile erat q̄ nunq̃ ab oculo corporali legi potuit vel videri. vñ dixit dñs Exo. xxxiij. Non videbit me homo ⁊ viuet. ⁊. j. Joh. iiij. Deũ nemo vidit vnq̃. Solũ fuerat in intellectu paterno. vñ Joh. j. In principio erat verbũ ⁊ verbũ erat apud deũ ⁊ de⁹ erat verbũ. ideo a seculis fuit ignotũ ⁊ abscunditũ. Luce. xviij. Erat verbũ istud abscõditũ ab eis: sꝫ vt vbũ istud ab hoib⁹ legi posset ⁊ manifeste videri cristallus plucida. i. humanitas nr̃a fuit ei superposita quã sumpsit de materia vteri virginalis: ⁊ hoc fuit q̃n vbũ caro fa. est ⁊ ha. in no. ⁊ vi. glo. ei⁹. Jo. j. Psal. igit̃ cupidus de ista manifestatiõe petebat. Qui sedes sup cherubin manifestare corã Effraim. Et Jere. certe q̄ꝛ defecit in salutare tuũ a. m. ⁊ l ver. tu. supersperaui. Sꝫ diuinitate incristallata incorpata gr̃as egit dicẽs. Ecce ei vitatẽ dilexisti in cer. ⁊ occul. sa. t. ma. mihi. Sꝫ dices frater ꝯtra: q̄ꝛ l iudicio veniẽs dei filius erit manifest⁹: q̄ꝛ Apo. j. Ecce venit i nubib⁹ ⁊ videbit eũ oĩs ppl̃s. Sꝫ mũdũ ingrediẽs venit occult⁹. vñ dr̃ Esa. xlv. Uere tu es de⁹ abscõdit⁹. ⁊ Abacuc. iij. Ibi abscõdita est fortitudo ei⁹. Rñdeo q̃ sunt occulta quibusdã/ aliis sunt manifesta: verbi grã: inter religiosos sunt aliq̃ signa p̃ q̃ mutuo se itelligũt: ⁊ extranei non cognoscũt vnde religiosi p̃ signa clare cognoscunt q̃ extraneis et non religiosis clausa remanẽt ⁊ occulta. dixi prius q̄ dei fili⁹ in hũc mũdũ veniẽs religionem paupertatis nr̃e humanitatis intrauit p̃ quẽ igressum i religionẽ xp̃ianã suã religionẽ meliorauit/ ditauit/ ⁊ honorauit: immo fundauit hui⁹ religionis soliũ. Claustrales sunt xp̃iani catholici: sed extranei fiũt iudei pagani et heretici. In hac ergo religiõe claustrales hñt certa signa p̃ q̃ mutuo se intelligunt: ⁊ istũ nouiciũ clare cognoscũt q̃ iudei pagani vel heretici ⁊ ceteri extranei minime itelligũt vel cognoscũt. Heu dñe de⁹ q̃d signũ pulchrius/ q̃d signũ expressius q̃ quod ꝑdixerat Esa. vij. Propterea dabit dñs ipse nobis signũ. Ecce virgo cõci. et pa. fi. ⁊ vo. no. e. emanuel. i. nobiscũ de⁹. Istud signũ clare ꝑdicat ipsum deũ q̄ vir-

go cõcepit/virgo peperit/ꝛ virgo post partũ ꝑmãsit. Istõ signũ vidẽt xpiani ꝛ cla
re cognoscũt qđ signũ etiã Eze.xliiij. predixerat dicẽs. Uidi portã in domo dñi
clausam: porta hec clausa erit ꝛ nõ aperiet: qꝛ dñs solus ingredit ꝛ egredit per
eam. pro certo verũ signũ: qꝛ Joseph nunꝙ̃ cognouit eam. Hoc signum/ hec mi=
rabilia/iudei pagani ꝛ heretici nõ cognoscũt: vnde dicitur in ps. ꝙ tres persone
trinitatis posuerũt signa sua ꝛ nõ cognouerũt: imo sequit quasi in sylua ligno
rum securibꝰ exciderũt ianuas eius in securi ꝛ ascia deiecerũt. i. credunt ad mo=
dũ aliarũ per violationẽ/ per corruptionẽ/per fractionẽ portarũ/ claustroꝝ pu=
doris cõcepisse Mariã. Sed ꝓ vero hoc falsuꝫ: qꝛ porta hec clausa erit ꝛ nõ ape=
rietur. Solus enim dñs nõ Joseph/nõ quicũꝙ alius ingredit per eã: ꝛ ideo non
securibꝰ vel ascia vt in alijs mulieribꝰ est aperta. Hoc nõ cognouerũt. extranei:
imo incenderũt igni sanctuariũ tuũ: polluerũt i terra tabernaculũ nominis tui.
id est mariã a prole in virginitate consumptã viri semine pollutã crediderunt
sed hoc est falsum: qꝛ Moyses vidit. Exo.iij. Uisionẽ illã magnã ꝙ in rubo flã=
ma esset: rubꝰ arderet/ꝛ nõ cõbureret. De rubo dñs quando ad Moysem loque=
retur. Ita certe filius mã sit in virginis vtero ꝛ matris virginitatẽ nõ cõsumpsit:
hũanitatẽ inde assumpsit/ꝛ in ea habitãs documẽta salutis oibꝰ ministrauit.
No. de obstetricibꝰ zebel ꝛ Salomon in floribus sanctoꝝ. Ergo illi nõ cognoue
runt signa ista nec signata. Sed christiani de hoc manifeste cognoscũt. vnde po
test de hoc intelligi illud Joh.ij. hoc fecit initium signoꝝ Jesus ꝛ manifestauit
gloriã suã: ꝛ crediderũt in eũ discipuli eiꝰ: multa aũt ꝛ alia signa fecit Jesus:
vt dicit Johã.vlti. Nõne angelus pastoribus apparuit: nõne stella ducatũ pre=
buit: ꝛ sic de alijs. Dic si vis signa que sunt in floribus sanctoꝝ que ista die na=
talis apparuerũt. Ex quibꝰ oibus verũ est qđ dicit Apls. Rom.j. qđ notũ est dei
manifestum est hominibus. Hec de secundo.

¶ Si vis potes aliter ꝓcedere ꝛ dicere ad hꝫ ꝙ dicat hic de signis: qꝛ ꝯtigit ꝙ nõ
signũ est signũ vt in ouibꝰ nã ita ouis nõ signata a signata nõ signo distinguat:
sicut signata signo ꝛ nõ signata. Figura: ꝙ ita distinguebant oues Jacob ꝛ la
bã. Gen.xxij. Ita ad ꝓpositũ ex hoc cognoscat ꝛ manifestet iste filiꝰ/iste nouissi
mus esse deꝰ per nõ signa: sicut ꝛ alij cognoscunt p signa. Oẽs nãꝙ mũdi hoies
q̃ nascunt ex muliere sue ꝯceptiõis ꝛ natiuitatis relinquũt vestigia: qꝛ cõcipiũ=
tur cũ libidine/nascunt cũ dolore/gestant cũ grauamine/ꝛ ꝓprias mr̃es viola=
tas ꝛ laceratas relinquũt. Hec sunt signa/hec sunt vestigia q̃ dimittũt. Sed pro
vero nullũ talẽ signũ: nullũ tale vestigiũ in mr̃e huius filij est relictũ: qꝛ ipsum
cõcepit sine libidine solo diuino flamine. Luce.j. Uirũ nõ cognosco: sꝫ spũs sᷓ. su=
perue. in te: ꝛ vir. al. obũ. tibi. Gestauit sibi sine quocũꝙ grauamine: qꝛ ipsa ge=
stabat gestantẽ se. Unde filiꝰ altissimi vocabit. Luce.j. Et peperit sine dolore ꝛ
virginitatis violatione. Uñ cãtamus. Nesciẽs virgo virũ peperit ꝛc. In hoc ergo
ꝙ signa ista nõ dimisit: ꝛ vestigia aliarũ nõ reliquit manifeste iter noscitur a si
gnatis. Uñ dicit ps. Signa nostra nõ vidimus. Dic etiã si vis in hoꝝ figurã il=
lud Dañ.xiiij. Quõ rex signauit tẽplũ. i. dei filius virginalẽ vterũ. ꝛ dicat xpus
de mr̃e integra virgine signata. Salua ne sunt signa Daniel. Et respõdeat sal=
ua rex. Dic quõ xp̃s cõparat naui/serpẽti/ꝛ aui q̃ nõ relinquũt vestigia sue vie/
sui aduẽtus. Tria sunt mihi difficilia/ꝛ quartũ penitus ignoro: viã aquile ꝛc.
vt in illa collatione. De celo dominus resperit ꝛc.

¶ Quantũ ad tertiũ. No. ꝙ mihi videt sic fuisse inter deũ ꝛ hoies sicut est i mũ=
do isto inter monachos ꝛ abbates. Sepe videmꝰ ꝙ cõtingit aliqñ abbatẽ alicu
ius monasterij esse indiscretũ/irreligiosum/dissipatorẽ bonoꝝ/ꝛ totiꝰ religiõis
ꝛ monasterij destructorẽ: vñ fit vt monachi depauperent: monasteriũ ponat ad
manũ regiã: ꝛ oia male vadãt: ideo qñ debet ꝓuidere de nouo abba. consueuit

dñs papa: si in monasterio de gremio sufficientē nō habeat de altero monaste rio prouidere. Et qm ille monasteriū reparat & reformat, monachos promouet & exaltat: iura defendit, & pro iuribus morti liberaliter se exponit: consueuerūt mo nachi de tali abbate plurimū gloriari. Deus pater a mūdi principio religionē instituit hominū.s.cōgregationē & in terrestris paradisi monasterio collocauit Adāq abbatē monachis oibus prefecit dās certā regulā in monasterio cōuer sandi. De omi ligno paradisi comede: de ligno aūt sciētie boni & mali nō come das. Gen.ij. Sed iste abbas male seruauit regulam: fuit indiscretus & irreligio sus: & ita fatuus q p gula sua p vno morsello totū monasteriū dissipauit. Uñ dyabolo omnia bona monasterij impignorauit & obligauit: & qd fuit peius ab bas & monachi qui fuerūt expulsi sunt de possessione monasterij seu paradiso terrestri. & abbatia seu monasteriū positū ad manū regiā ne possent aliquate nus intrare. Gen.iij. Eiecitq eū deus de paradiso voluptatis & collocauit ante paradisum cherubin hñs flāmeū gladiū atq versatilē ad custodiendā viā ligni vite: ideo fuerū t monachi ita male tractati, ita depauperati q clamauerūt ad sūmū pontificē deū patrē legatū psal. p abbate qui omnia reformaret. Et di xerūt. Cito anticipēt nos mie tue: qr pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus sa.nr &c. Deus aūt misericors voluit eis puidere. Sed respexit an esset ali quis vtilis & bonus de gremio de monasterio: & nullū inuenit. Ita retulit lega tus quādo rediijt de curia abbate impetrato. Dñs pspexit super filios hominū vt videat si est intelligēs aut requirēs deū. Et ecce omes declinauerūt simul inu tiles facti sunt: nō est qui faciat bonū, nō est vsq ad vnū. Tunc deus voluit pro uidere de alieno monasterio.s.paradisi: & qr nō habebat magis dilectū; magis charū q ppriū filiū: qr deus est de deo filius: illū dedit in abbatē. d. illud Esa. xxxv. Ecce deus vester: ecce dñs deus vester in fortitudine veniet: & brachiū eius dñabitur: sicut pastor gregē suū pascet. Iste igit abbas mōasterij factus iura monasterij recuperauit. Pro iuribus monasterij recuperādis & deobligādis cō tra dyabolū bello & morti se exposuit monasteriū ditauit. j. Corin.j. Diuites fa cti estis, in illo. Monachos promouit & exaltauit: & ipse dedit quosdam quidem apostolos. Alios aūt pphetas. Alios vero euāgelistas. Alios aūt pastores et doctores. Ephe.iiij. Et finaliter manū regiā d monasterio amouit: & portas clau sas aperuit. Attollite portas principes vestras &c. & monachos in possessionem reintroduxit. Luce.xxiij. Hodie mecū eris in paradiso. ideo ps. qui pro isto ab bate supplicauerat vidēs alienū factū propriū tam vtilē, tam potentem, tā di uitem, tam fortē, in omnibus preualentē: omnia restituentē, quasi de omnibus insultans gloriabatur talē obtinuisse, dicens. Quis deus preter dñm, aut quis deus preter deū nostrū? &c. Et alibi. Quis sicut dñs deus noster qui in altis ha bitat &c. ideo pclusit. beatū dixerūt populū cui hec sunt: beatus populus cuius est dominus deus eius. Ad quam beati &c.

¶ Collatio.xxxviij. de beato Uincentio martyre. Ex psal.l.



Ustificeris in sermonibus tuis & vincas cū iudicaris. In ps.l. Aliter est in bello, prelio, & certamine vbi est sola vocalis disputatio. Aliter vbi est corporalis cōcertatio. Nā in certamine solius vocalis disputa tionis: nō oportet p victoria manus vel pedes adijcere vel arma cor poralia adducere: qr sufficit verbalis argumentatio: vnde ille vincit q habet meliores authoritates rōnes vel demōstrationes. Ita habemus Esdre. iij. Inter iuuenes enim custodes regis darij fuit certamē & disputatio quid esset fortius: vnde dixerūt. Dicat vnusquisq nostrū sermonē qui precellat. Et quod cūq iudicauerit rex: qm verbū eius est sapiētius ipsi dabitur victoria. Primus scripsit forte est vinū. Scds fortior est rex. Tertius fortiores sunt mulieres: sup

omnia aūt vincit veritas. Et qꝛ tertius melius dixit: habuit de disputatione victoriam ꝛ coronā. In certamine aūt corporalis cōcertationis parū valent verba. sed oportet adiūgere pedes ꝛ manus / verbera ꝛ facta ꝛ arma assumere defensiua ꝛ inuasiua: ꝛ cum his habet victoria. Ita legimus Exod. xvij. Inter israel ꝛ amalec fuit bellum cōcertationis: Qñcūq; ergo Moyses eleuabat manus vincebat israel quādocūq; autem deprimebat vincebat amalec. Igiť si in bello ꝛ certamine disputationis verbalis est ad victoriā necessaria manus appositio: ergo vbicūq; est vtrūq; bellū ꝛ preliū bono militi erit vtrūq; necessariū. Ad ꝓpositum in tota p̄senti vita est christi militib⁹ imminēs bellū ꝛ preliū. Job. vij. Militia est vita hominis super terrā. Et si hoc cōuenit oib⁹ maxime xp̄i martyrib⁹ inter quos est vnus precipuus btūs Vincētius. Hoc aūt bellū est nō solū vocalis disputationis q̄ītū ad defensionē fidei: sed corporalis concertationis q̄ītum ad susceptionē martyrij. Ad defensionē igiť fidei ꝛ p̄dicationē sunt necessaria verba volūtaria scripture authoritates ꝛ alie debite rationes. Cū istis armis habetur victoria de hereticis paganis in vocali disputatione. Corde eñ crediť ad iustitiā: ore aūt fit cōfessio ad salutē: vt diciť Ro. iiij. sed in bello corporalis cōcertationis cōtra vitia / cōtra tyrānos / ꝯtra persecutores sunt necessaria virtutū arma: ꝛ oportet adycere manū opationis. Remissa eñ manu vinceret amalec. i. dyabolus vel tyrānus. Amalec interpretať lābēs sanguinē: sed eleuata manu bone operatiōis vincit Moyses. i. fidelis xp̄ianus assūptus de aquis baptismi. Beatus igiť Vincētius miles strēnuus vtrūq; bellū aggressus fuit: qꝛ in disputatione vocali ꝓ beato Valerio q̄ debiliter Daciano r̄ndebat ꝓ defensione fidei r̄nsionē assumpsit. Vñ dixit beato Valerio. Si iubes p̄r scte r̄nsis iudicē aggrediar. Et qꝛ ipse sustinuit ꝙ fortior erat fidei veritas. ideo in disputatione vicit. In bello etiā corpali i susceptione martyrij manus apposuit: arma recepit Apostol⁹. Ephe. vj. Sumēs scutū fidei loricā iustitie galeā salutis ꝛ gladiū sp̄ūs qd̄ est verbū dei. ꝛ ideo vicit Amalec. i. Dacianū eius sanguinē sitientē. Beatus igitur Valerius videns isti strēnuo ꝛ iuueni militi vtrūq; bellum durum ꝛ asperū imminere in verbis ꝓpositis orat victoriā in certamine vocalis disputationis q̄ītū ad defensionē fidei: ꝛ in certamine corporalis concertationis q̄ītū ad susceptionē martyrij: dicēdo cū Psal. Justificeris ꝛc̄. vbi circa beatū Vincentiū describuntur tria eius magnalia. Nam describuntur eius.

Eloquia — Justificeris vincas cum iudicaris — Fuit eñ btūs Vincētius in vincendo — Eloquijs
Supplicia — Supplicijs
Premia — Premijs.

Plenus — Rectitudine veritatis / Fortitudine potestatis / Magnitudine eq̄tatis — Justificeris vincas cum iudicaris — Patuit aūt circa btm̄ vincentiū militē strennuū

Rectitudo eloquiorum / Fortitudo suppliciorū / Magnitudo p̄miorum — In — Predicationis efficacia / Passionis tolerātia / Remunerationis glīa — Justificeris ꝛ vincas cum iudicaris.

¶ Quantum ad primum. Nota ꝙ q̄uis omnia dei verba ꝛ facta sint vera: quia iustificata in semetipsa: vt dicitur in p̄s. Tamē homines sunt rari qui iustificētur in suis sermonibus vel factis: qꝛ in eis q̄ītum ad vtrūq; abundāt mendacia q̄ītum ad falsitatem operū dicitur in p̄s. Mendaces filij hominū in stateris vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Quantum ad falsitatem verborum dicitur in p̄s. Omnis homo mendax. Unde cōqueriť ipse. p̄s. Filij hominū vsq; quo graui corde vt quid diligitis vanitatem ꝛ queritis mendaciū: ideo pauci sunt qui iustificentur in sermonibus suis. Multa enim habent verba ꝛ pauca bona facta: verba aūt sua iustificare / est factis verba cōpensare: propter hoc petebat

Job.xi. Nunquid qui multa loquitur non audiet: aut vir verbosus non iustificabitur? q.d. nõ: quia iustificatio non est in multiloquio: sed in operũ exercitio non in multis verbis: sed in factis. Nõ omnis qui dicit mihi domine domine/ intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei. Math.vij. Beatus autem Vincentius suos sermones iustificauit: quia verba iuxta bona facta approximauit. vbi no. ꝙ bonus artifex bonus latomus volens bonum parietẽ iustum ꝛ rectum facere. vtitur instrumento. s. regula dirigente ꝛ martello exequente: ita ꝙ nihil valet regula dirigens nisi subsequatur martellus exequens. quilibet sanctus ꝛ iustus est lapis viuus ex quo ꝛ ex quolibet iuxta Apostolũ. Ephe.ij. Domus spiritualis ecclesie construitur. Superedificamur enim super fundamentum Apostolorũ ꝛ prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu: in quo edificatio cõstructa crescit. vbi dicitur ibidem. vt ergo crescat in rectum necessaria est regula. i. scientia ꝛ predicatio dirigens. Sed hoc parũ valeret nisi sequeretur martellus. i. penitentie operatio bona exequẽs: ꝛ mala corrigens: hec duo habuit beatus Vincentius: quia habuit regulam predicationis. Unde dixit Daciano. Nepharium apud christianorũ prudentiam esse cognoscere diuinitatis cultum abnegando blasphemare/ habuit etiã martellum operationis in tolerantia passionis: vnde fuit flagellatus/ martellatus/ ieiunijs/ vigilijs/ supplicijs/ pectinibus ferreis/ flãmis acutissimis testis. ꝛ ideo fuerunt eius sermones iusti: quia fuerũt iuxta inuicem predicatio ꝛ operatio. Utinã hodie sic esset in omnibus predicãtibus: in omnibus latomis/ ꝙ iuxta regulã predicationis haberent martellum operationis. Sed christus dixit. nisi abũdauerit iustitia vestra plusquam scribarum ꝛ phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Math.v. Isti habebant regulam ꝛ non martellum. Math.xxiij. super cathedrã Moysi sederunt scribe ꝛ pharisei quod dixerint vobis facite: fm̃ vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim ꝛ non faciunt: ita est hodie de multis. Et vide ꝙ ictus bonus nunquam fiet per gladium qui existit in ore: sed quãdo tenetur in manu per operationem. Contra quosdam tamen dicitur in Psal. Gladius in labijs eorum: ergo verum est verbũ Apostoli. Rom.ij. Nõ auditores legis iusti sunt apud deũ. Certe ita parũ predicatores: sed factores legis iustificantur. Ita fuit de beato Vincẽtio: cũ dicat cũ ps. Hereditate acquisiui testimonia tua in eternũ: ecce pdicatio. Sequitur: Inclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas in eternũ propter retributionem: ecce operatio. Hec de primo.

¶ Quantũ ad secundũ. Nota ꝙ nullus bonus miles ꝛ prudens quantumcunque speret de victoria: durum bellum ꝛ periculosum aggreditur nisi sciat mercedem et premiũ. Unde quia Dauid prudẽs miles. j. Reg.xvij. Uidit cõtra philisteũ gygãtem singulare certamẽ esse durũ ꝛ periculosum noluit: nisi scita mercede ꝛ premio primo duello se exponere: vnde petiuit quid dabitur viro qui percusserit philisteum istũ. Audita autem mercede ꝙ esset gener regis: bello se exposuit: ꝛ victoriam obtinuit. Inter omnia bella est durũ bellũ contra dyabolũ carnem ꝛ mũdum: vt ergo deus traheret suos milites ad hoc bellũ sicut mũdani faciũt in hastiludijs fecit preconizari localẽ mercedẽ premiũ quod datur in fine post victoriã legitime certãtibus. In hoc bello preconizato ista triplex facta fuit in primitiua ecclesia: quãdo precipua grauiã hastiludia erãt. Apoca.ij. Prima victoria fuit hec. Uincenti dabo edere de ligno vite: quod est in paradiso dei. Secunda fuit qui vicerit non ledetur a morte. Tertia fuit hec/ Uincenti dabo manna absconditum. Audiens igitur beatus Uincentius miles egregium tam nobilia premia/ tam localia preciosa dari vincentibus: cognoscens a victoria se vocari vincentium ad bellum exiuit vt vinceret: vnde hunc militem tam strennum vidit pulcherrimum venientem. Jo. Apoc.vj. Uidi (inquit) ꝛ ecce equus albus: ꝛ qui

sedebat super eum habebat arcũ: et data est ei corona et exiuit vincens vt vince-
ret. Nota prudens miles accipit arma que plus terrent aduersarium. Ita fecit
Vincentius contra diabolũ: arma que singulariter diabolus plus timet sunt
vite mundicia: et fidei constantia. Istis se armauit Vincentius: et ideo vicit vi-
te mundicia: id vidi: et ecce equus albus: leo timet colorẽ albũ: ita diabolus cor
pus mundũ qui est tanq̃ leo rapiens ꝛc. j. Pe. j. id Apo. iij. Qui vicerit vestimẽ
tis albis induetur. Induit etiã se fidei constantia. ideo dicitur qui sedebat sup
eum habebat arcũ. Cũ isto arcu et eius sagittis fidei articulis vicit Dacianũ
et diabolũ / al's eodem arcu deuictũ. Hebre. xj. Sancti per fidẽ vicerũt regna ꝛc.
Sed cogitanti beati Vincentij certamen tã durũ et acerbũ: mirũ immo supra rõ
nẽ est imaginari: quomodo potuit tã grandia / tam grauia vincere et superare
tormenta. Quis enim imaginetur eculeo extensum / pectinibus ferreis pectinatũ
lateribus laceratũ: toto corpore cruentatũ et prunis assatũ salis crepitantis mi
nutijs aggrauatũ / super testes acutissimas iactatũ: et tñ vicit oĩa? Ratio est.
Beatus Vincentius fecit sicut milites tpales: vt eñ possent in bellis vincere por
tant super se: et secũ habent continue lapidẽ preciosum qui adamas nũcupatˀ.
Est eñ huius nature ꝙ preseruat ossa corporis a fractione: et mẽbra integra
ꝓseruat: et victoriã administrat. Per istũ lapidẽ intelligo dei filiũ qui in suis
martyribus dat virtutẽ in certamine eum gestantibus ne eorũ virtutes frangãtˀ.
Sed mens et animus in tormentis et supplicijs per virtutẽ fortitudinis integer
et illesus continue perseueret: et sic in bello victoriã obtineat et triũphũ. Ita di
xit Judith. cũ ꝓstrauerat holofernẽ. Bñdictus dñs: ecce adamas q̃ custodiuit
me: ecce eius virtus: et reuocauit me gaudentẽ cũ victoria. Judith. xiij. Hunc la-
pidẽ ꝓciosum habuit secũ cõtinue btũs Vincẽtius: quare inter tã immania tormẽ
ta potuit triũphare et integer et in virtutibꝰ ꝑmanere. vñ dr in vita sua ꝛ cãtamꝰ:
inter hec manet immotus. ꝛ erectis in celũ luminibꝰ dñm ꝓcabatˀ. id vicit aduer
sariũ dacianũ intm̃ vt cõpelleretˀ dicere. puto qm̃ victi sumus. Dic originale Au
gu. vt in collatione illa Gloria ꝛ honore ꝛc. de eodẽ reqre. xlvij. Dic q̃d accidcrit
ecce cõfusus est moab. i. dacianꝰ qm̃ victus est. Hec de secũdo.

¶ Quantũ ad tertiũ. Nota ꝙ mirabile est ꝙ hic accipitˀ in bonũ: et premiũ cum
dr Judicans. cõiter eñ in scriptura accipitˀ i malũ ꝛ suppliciũ Jo. iij. Qui nõ cre
dit iudicatꝰ est. in ps. Cũ iudicatˀ exeat cõdẽnatꝰ. Sȝ hoc nõ obstãte hic ponitˀ cõ
ueniẽter. Rõ est: sic est i dei curia sicut i mũdana cõtingit q̃nq̃ ꝙ inferior curia
est corrupta: et hȝ iniquũ iudicẽ ꝛ iniq̃ ꝓnũciat in cã alicuiꝰ paupis ꝯ eũ. Tunc
ille appellat ad curiã supiorẽ vbi est iustꝰ iudex: et ibi ꝑ iustitiã vincit aduersa-
riũ cũ iudicatˀ ꝑ iustũ iudicẽ factũ suũ. Sic spũaliter est q̃dã curia iferior. s. huiꝰ
mũdi. In hac curia iudices sunt corrupti: ꝛ cõtra paupes informati ita vt xpi in
cã iustitiã nõ possent obtinere. Esa. lix. Cõuersum est retrorsũ iudiciũ iustitia
longe stetit: qr corruit in platea veritas ꝛ eq̃tas non potuit ingredi. j. Petri. v.
Cãm vidue non iudicauerũt. Cãm pupilli nõ dixerũt ꝛ iudiciũ pauperũ non iu
dicauerũt. ideo ipsi grauati ad supiorẽ curiã ad deũ q̃ est iustꝰ iudex de tantis
oppressionibus appellant: ꝛ ipse eorũ cãm iudicãs eos liberat. iniq̃s iudices
condẽnat. Figura. Dañ. xiij. In curia huius mundi inique Susanna facta fuit
victa cũ iudicaretˀ vt adultera per senes presbyteros: q̃bꝰ credidit quasi iudici-
bus populi multitudo. Sed ipsa videns se victam: appellauit ad curiam supe
riorem ad deum. vnde suspexit in celum / et clamans voce magna dixit. Domine
deus ꝛc. Et statim deus admisit appellationem: ꝛ iudicauit causã eius ꝛ vicit.
vnde dixit Daniel. Sic fatui filij israel non iudicantes neq̃ quod verum est co-
gnoscentes condẽnastis filiam israel: reuertimini ad iudiciũ ꝛc. In illo iudicio
fuit ipsa liberata et vicit peruersi iudices condẽnati fuerunt ꝛ victi. Ita fuit in

beato Uincentio: quia ipse quidē cū iudicaret a daciano exijt condēnatus. Sz ad deū appellans fuit victor factus cū iudicaret: et dacianus victus et cōdēnatus: id dicebat id Job. xiij. Si fuero iudicatus scio q iustus inueniar. in psal. Cognoui: quia faciet dominus iudiciū inopis: et vindictā pauperū: veruntamē iusti confi. nomini tuo: et exultabunt recti cum vultu tuo. Ad quam exultationē nos perducat rc.

Collatio. xxxix. De conuersione bti pauli apl'i. ex ps. l.

Impij ad te conuertentur. In ps. l. Experimur quotidie bñficio celesti mundanum defectū conuerti in pfectū et perfectum: pz q. r sepe in estate/ fluminibus torrentibus/ et fontibus exsiccatis: vt nō sit aquarū copia: sed defectus aliqñ celesti bñficio subito veniunt tonitrua corruscationes: et pluuia intm vt erumpant fontes currant torrētes: r inūdent flumina. vñ ps. Tu dirupisti fontes et torrētes rc. Spūaliter qlibet doctor fons est a quo fluūt riuuli doctrinarū verū est q qdam fontes sunt aridi et sicci: sicut illi a quib' nō emanat aqua sapientie salutaris. Johel. j. Exsiccati sunt fontes aquarū. Alij autē sunt fontes viui: sicut illi doctores a quibus scaturit cōtinue verbū dei. De quibus Cant. iiij. Fons hortorū puteus aquarū viuentiū q fluūt impetu de libano. Inter ceteros aūt doctores r fontes fuit vn' singularis apl's paulus q fuit fons siccus r aridus ariditate gratie: in statu morayce legis. Non eñ ab eius ore scaturiebat ille: cui' nomē vocat verbū dei. Apo. xix. Immo eundē dire psequebat q est fons sapientie verbū dei in excelsis. Ecclesiastici. j. Habebat igit fons iste aq viue defectū. aq sapiētie salutaris. Sed iste defect' celesti bñficio cōuersus est in pfectū et pfectū: qr vna die subito venerūt per eū tonitrua corruscationes et pluuia: r intm creuit aque abūdantia q ab eo fluxerūt sapientie diuersa flumina. Uis ergo scire qñ sup eū intonuit dñs de celo: Certe qñ currēti cōtra Christū et aplos in damascū. Altissimus dedit vocē suā / dicens. Act. ix. Saule saule quid me persequeris: durum est tibi contra stimulū recalcitrare. Uis scire quando illuxerūt corruscationes orbi terre. i. isti ho i arido et terrestri: vtiq quando circūfulsit eū lux de celo. Act. ix. Uis scire qñ pluuiā volūtariā segregauit ei de'. Certe qñ pluit ei māna ad māducandū: qñ audiuit archana verba q non licet homini loqui: qñ in casu et in raptu ipsi sunt donata dona celestia qd fecit/ qui operit celū nubib' r parat terre pluuiam: ergo in paulo fonte facto mundanū r humanū defectū cernim' cōuerti celesti bñficio in pfectū et pfectū: hoc pulchre figuratū fuit. Hester. x. Ubi fuit mardocheo pauli conuersio figuraliter reuelata. Recordatus sum inqt somnior q videram. Fons paru' creuit in fluuiū et in solē lucēq conuersus est: et in aquas plurimas redundauit. Fons paruus fuit in lege mosaica saul'. Nō est. fons dr paru' q parū aut nihil hz de aqua. In tali aūt fonte cōsueuerūt quos pueri in eū proijciūt lapides inueniri. Talis fons erat saul': qr nō solū in eo parum de aqua: immo nihil erat gratiose cōsolationis: r in eo nō erat fecūdans aqua: sed lapis et petra lapidans non aqua consolationis: sed lapides psecutiōis. Istos lapides ibi inuenit stephanus qui fuit per eū manu omniū lapidatus. Sed celesti beneficio fons iste creuit in fluuiū talem. de quo ps. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. vtiq quantum doluerat ecclesia de persecutione letificata est de conuersione: quam ideo singulariter solennizat. Sed dicitur q in solem lucēq conuersus est. O admiranda conuersio nunq al's visa. fons conuersus in solem/ aqua in lucem vtiq ppter per simile in natura. Legimus esse in egypto fontem et apud grationopolim similem esse audiui q aquas emittit si ponatur ignis aqua accenditur: vel in ipso fonte aqua accēditur: vel facit ignē quibus faces accenduntur. Ita in fonte isto fuerunt aque ad populos fecundā

dos: et sol lumenqꝫ fidei/ ad animos illustrandos et conuertendos. et ideo fons aquarū in solem et lucem conuersus est quod forte voluit dicere Psal. cum eum alloquitꝛ fonti vite lumine coniūgendo dicens. Apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Sed in aquas plurimas redūdauit. O admirabilis conuersio: conuertit petras in aquas sicut fontem in solem: quis vnqꝫ audiuit talia? In aquas plurimas redundauit: petre enim et lapides persecutiōis ꝛ lapidationis conuerse sunt in aquas plurimas consolationis et predicationis. Quot enim documenta tot flumina/ tot epistole/ tot aque de isto fonte mirabili profluxerunt. Ab isto fonte iuit fluui⁹ vnus ad Romanos. Alius ad Hebreos. Alius ad Ephe. Duo ad Corin. vn⁹ ad Phil. vnus ad Col. duo ad Thes. duo ad Thimo. vnus ad Titū. vnus ad Philemonē ꝛc. Hec flumina sunt eius epistole que de fonte illo ex lapidibus in aquas plurimas redundauerūt. Hāc conuersionem nouerat ps. Qui petras in aquas rupes in fontes: in hac conuersione deum asserit conuertisse. Conuertit (inquit) petrā in stagna aquarū et rupes in fontes aquarum. O beate aque et beata flumina eius epistole/ eius apostolica documenta. in quibus remigant et nauigant omnes doctores catholici: et lucrantur in quibus hamū mittunt retia iactant omnes piscatores predicatores prouidi et piscantur. In quibus torrentem voluptatis expotant omnes auditores beniuoli: et ab vbertate domus dei inebriātur. igitur habemus in apostolo Paulo humanum defectum celesti beneficio conuersum in profectum et perfectum: et dicunt verba proposita. Impij ad te conuertentur.

Impij ad te conuertentur. } quo ad { imperfectū / perfectum / profectum } ubi notādum ꝙ circa iustificationē peccatorum concurrūt tria/ scilicet

Precedens auersio / Succedens reuersio / Perficiens conuersio } ratione { Culpe deformantis / Penitentie reformantis / Gratie informantis

¶ Et s͠m hec tria describitꝛ Paulus respectu sue cōuersionis.

Auersus / Reuersus / Cōuersus } Impij ad te conuertentur { fuit aūt } Auersus / Reuersus / Conuersus { per } Culpam / Penitentiam / Gratiam

Quia fuit de nūero } Delinquentiū / Redeuntium / Perficientiū { Impij ad te conuertentur } Igitur fuit eius { Auersio / Reuersio / Conuersio

propter } Casum misericordie dominātis / Amplexum penitentie reuocantis / Donum gratie reparantis. { Impij ad te conuertentur

¶ Quantum ad primū. Nota ꝙ impius dicitur quasi sine pietate: inter cetera autem animalia lupus dicitur animal crudele et impium. Ratio est. Lupus enim non aduersatur vrso/ leoni/ apro/ vel alteri lupo. Sed aduersatur specialiter animali miti/ mansueto/ suaui/ vel innocenti scilicet oui vel agno. vnde non inuadit resistentem sibi vel potentem resistere: vel animal alterum impiū: sed solum animal mansuetū et pium. Hac ratione specialiter Paulus apostolus ante conuersionem impius appellabatur in proposito: quia lupus fuit primitus appellatus. Genesis. xlix. Beniamin lupus rapax semper. Ad literam. prophet[illegible] de paulo qui fuit de tribu beniamin. Fuit igitur impius sine pietate vt lup[illegible]: quia more hominum mundanorum non fuit inimicus et aduersatus leoni vel vrso lupo cuicunqꝫ vel alteri impio animal[illegible]. cuicunqꝫ malo scribe iudeorum/ vel pharisec vel cuicunqꝫ alteri ex iudeis. Iuxta enim vulgare prouerbium lombardorum. Coruo a coruo nō creua ocho. Coruus coruo non eruit

oculum: vnus malus non persequitur alium: sed coruus agno vel oui eruit oculum. ideo ps. Laboraui sustinens pacem peccatorum videns. Sed paulus aduersatus est agno et oui. Agno illi de quo Joan. dixit. Ecce agnus dei. Joan. i. Qui conquestus fuit saule saule quid me persequeris? Aduersatus est etiam oui. In beato stephano quem cum alijs lapidauit: non persequebatur iste lupus alios lupos: sed oues et agnos non coruus coruos: sed oues et agnos. ps. Dum superbit impius incenditur pauper. Nota fabula est de agno et lupo: quia agno bibenti occurrit lupus bibens in riuo superius et volens occasionem sumere contra agnum. Petiuit quare aquam sibi turbaret: agnus se non posse turbare cum esset inferior asserit: ex quibus lupus agnum deuorauit. Ita fuit in paulo christum enim et stephanum accusabat quod aquam id est scripturam legis mosaice ipsi turbarent. Et idcirco occasionem persecutionis contra eos et omnes christianos assumpsit. Ideo dicitur. Dum superbit impius incenditur pauper. Dilata quomodo hec inueniuntur in mundo. Sciendum autem quod christus fecit contra paulum lupum sicut alij pastores. In festis enim parant lupis laqueos foueas et pedicas in quibus capiuntur cum oues capere credunt. Ita fecit christus. Dum enim saulus vellet capere oues christi: et per hoc accepisset epistolas in damascum dum iter faceret a christo: in pedica et in christi laqueo captus fuit: vnde cecidit in terram/ et perijt via eius. Et qui alios capere credidit: ipse primitus captus fuit. ps. Iter impiorum peribit. Nota si vis quomodo lupi capti domesticantur. et de lupis rapacibus custodes ouium efficiuntur: vt dixi in illa collatione/ conuersus sum &c. Hec de primo.

¶ Quantum ad secundum. Nota quod mihi videtur quod paulus fecit sicut in puero quodam astutissimo semel vidi et eius mortem esse huiusmodi certissime cognoui. Cum enim semel modo puerili nondum trium annorum existens contra fratres suos lapides proijceret: et propter hoc a patre verberibus cederetur. Non fugit verberantem se vt consueuerunt fugere pueri verberantem: sed extensis brachijs vt pater indulgeret: cepit amplecti et amplexari fortiter verberantem. et ita mira astutia fecit vt flagella euitaret veniamque reportaret. et ita faciebat cuilibet verberanti. Ad spirituale propositum deus verberat in hoc mundo diuersis tribulationibus peccatores: et ipsi aliquando fugiunt verberantem/ quidam in aduersitatibus desperantes/ quidam blasphemantes/ quidam multipharie deum offendentes. Sed paulus non sic. Cum enim ipse contra fratres suos maiores se: contra apostolos: contra Christi discipulos lapides emitteret persecutionis: deus pater iratus talem ala pam ipsi dedit quod ipsum in terram prostrauit. Ipse autem sicut puer ingeniosus qui fortitus fuerat animam bonam. Sapien. viij. Non se flagellantem et corripientem fugit: sed immediate vt indulgeret se verberantem amplexatus fuit dicens. cum psalm. Mihi adherere deo bonum est: et ponere in domino deo spem meam. Et merito quia sciebat ipse apostolus. illud. Apocalip. iij. quod illos quos deus diligit/ corrigit/ et castigat. Unde et meliora sunt verbera diligentis quam fraudulenta oscula odientis. Prouerbiorum. xxvij. Unde statim dixit. Domine quid me vis facere? Quasi dicat. Domine doleo de preterito/ caueo de futuro: quid me vis facere? fui persecutor: nolo esse persecutor/ volo esse predicator: fui lapidator: volo esse edificator. Fui lupus/ volo esse agnus: quid me vis facere? Idcirco recurro ad te. psalm. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam quia &c. Alibi ps. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam.

¶ Quantum ad tertiũ nota q̄ cõtingit sepe in mari q̄ nauis q̄tũcũq̄ habeat s extenso velo ventũ in puppi h3 subito ventũ contrariũ ꝛ intim ꝛ ita forte q̄ op3 nauẽ ad primum portum cõuertere: ꝛ de vento contrario se iuuare. In cõuersione aũt nauis ꝛ venti mutari consueuit velũ mutari hoc modo. Qꝛ superior ps veli eleuaꝭ q̄tũ potest in altũ/ ꝛ inferior humiliatur ꝛ deprimitur vsq̄ ad imũ quo facto velo contrario mõ mutato cũ nouo vento se h3/ veniunt ad cõtrariu3 portũ. Ita factũ est in cõuersione apl'i pauli. Nauis em̄ eius est mare hui⁹ mũ=di: de quo ps̄. In mari via tua cũ vento humane ꝓsperitatis in puppi extenso velo sue notitie ꝛ cognitionis superbe ingressus fuit: non vtiq̄/ vt mercator ad mercandum: sed vt predo ꝛ homicida: vt raptor ꝛ pirata ad xp̄ianos spolian=dos: predandos ꝛ occidẽdos. Unde ad hoc ep'las acceperat in damascum. ibat igitur hec nauis extẽso velo ad naufragiũ ꝛ nautas portabat ad suppliciũ ad eternum suspendium. Sed o dñe deus nunquid inimici tui peribũt? Nunquid qꝛ in fluminibus iratus es dñe: ꝛ in mari indignatio tua in spiritu vehementi conteres nauem istam? Memento quomodo pro isto pyrata prothomartyr tu⁹ Stephanus flexis genibus tantum orauit? Cum iratus fuerit mie recordabe=ris: misericordia eius (inquit) pirata preueniet me. Cum psal. Et quomõ? Ecce nauiganti ventus contrarius/ ventus diuine gratie obsistentis. Durum (inq̄t) tibi est contra stimulum calcitrare: contra istum ventum oppositum nauiga: ideo galeam nauem suam ad portum salutis eterne conuertit: dicens. Domine quid me vis facere? Sed velum mirabili mutatione mutauit: Uelum enim. i. humana congregatio partem intellectiuam h3 superiorem quam sic deus in paulo leuauit in hac mutatione in altũ quod transiuit celũ incorporalis sub stantie angelice nature: ꝛ peruenit vsq̄ ad tertium celum diuine essentie. Scio (inquit) hmõi hominem raptum vsq̄ ad tertium celum. ij. Cor. xij. ꝛ habet etiã velum humane cognitionis partem sensitiuam inferiorem: quam dominus sic in bassum inclinauit in paulo: quod erat tribus diebus non manducans neq̄ bibens: neq̄ videns: post que velum mutatum expandit: ꝛ vẽto spiritussancti naue conuersa donec peruenit ad portum salutis continue nauigauit. De ista ps̄a. dixit. Dominus ex basan conuertam: conuertam in profundum mar[is]: vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Nota basan interpretatur cõfusio. paul⁹ ext'ns persecutor pirata in naui in statu erat cõfusionis ꝛ eterne cõdemnationis: basam etiã interpretaꝭ sanctitas/ pellis aũt est arida ꝛ sicca q̄ carnẽ nõ continet in statu tali. s. sanctitatis. Ante conuersionẽ fuit paul⁹: qꝛ solum habebat pellem. i. literã scripture corticem ex teriorẽ sine carne. i. sine spũali intelligentia. vñ ipse dixit. ij. Cor. iij. Litera oc cidit: spũs autem viuificat: ergo basam de statu confusionis ꝛ siccitatis con=uertit cũ dño: cũ esset in ꝓfundo maris. Et quare vt pes. i. amor tuus intingaꝭ in sanguine. Non vtiq̄ de cruore agni pascalis: sed agni rationalis que3 pri⁹ sitiebas ad effundendũ/ modo diligas ad predicandum/ credendũ ꝛ sumẽdu3 Canis aũt ex sui conditione h3 os mortiferum in mordendo: ꝛ salutiferum per linguam lãbẽdo/ predicando/ erudiendo: ꝛ vulnera peccatoru3 sanando: ideo dicit. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Et de hac conuersione cantat ip se ꝛ ecclesia cũ ps̄. Ipse quidem deo. Cogitaui vias meas ꝛ conuerti pedes me os in testimonia tua. Ecclesia vero. Conuertisti planctum meum in gaudiũ mi hi: conscidisti saccum meum ꝛ circundedisti me letitia. Ad illam letitiã hac suf=fragante conuersione sancti Pauli conuersi meritis ꝑducamur. de quo psalm̃. Exultabunt sancti in gloria: ꝛ leta. in cu. suis ꝛc.

¶ Coll'. xl. De festo purificationis. ex ps̄. liij.


Usceptor est aie mee.in ps.liij.Docet cois experientia q magna est dra inter dare z recipere vel suscipere.Na recipere est magne facilitatis:dare aut magne difficultatis:qd ps:Uidi ei in multis sabaudiesibus q qn aliquid ab eis pro dono petit:non audiut:non intelligut vel potius se non audire dicunt.Sed qn aliquid eis datur:stati audiunt.statim intelligunt.Unde non est ita surdus quin audiat:qn di ei recipe nec ita bene audiens qui bene intelligat dona.No em code modo aurem aperiunt recipere:z dona:hec duo verba.Igit licet dare sit ipso recipere difficilius tn est beatius.Act.xx.Beatius est magis dare q accipere:recipere:aut est facilius vn Esa.i.Oes diligunt munera:sequuntur retributioes.Ex hoc videm in monasteriis q pauci vel nulli habent licentiam dandi:omnes tn licentiam recipiendi:z maxime in ecclesia in templo quis sint pauci vel nulli qui in altari offerant:sunt tn qui oblationes recipiant:z potissime consueuit esse aliquis antiquus sacrista qui maiores z meliores oblationes recipit in festiuitatibus magnis quando consueuit oblatio plus valere.Horu potest aliqualis haberi figura Gen.xliij.Ille enim ioseph dominans in egypto oino volebat sibi dari:sibi presentari z offerri filium Jacob ipsum minorem beniamin. Sz pater iacob erat valde difficilis ad dandu.vnde dixit aliis filiis suis.in mea hoc fecistis iniuriam vt indicaretis ei:z alium vos habere fratrem:finaliter tn eum offerens affuit statim vnus velut sacrista ad oblationem recipiendam.iudas.s.z dixit.Ego de manu tua suscipio puerum de manu mea require illum. Ad propositum.Dns promiserat per Malachiam.iij.Se facturum z daturu oblatione mirabilem monasterio huius mudi in teplo salomois.Ecce ego mitto angelum meu q pparabit via an facie mea.Et statil veniet ad teplu sctm suu dnator que vos qritis.Veru est q qt dare est difficile:no statl de misit ista oblatione:imo distulit vltra quatuor milia annoru.Sz vbi venit plenitudo tpis misit de filiu suu factu ex muliere vt eos q sub lege erat redimeret.Ad Gal.4. Istum superexpectauerat vn antiqu tepli sacrista q tota die iust z timorat expectabat oblatione redeptionis israel.Hic erat symeo sanct:z vides no venire cito clamabat z suspirabat ad deu/ cupies offerri z psentari sibi Beniamin fratre suu minore xpm.s.qui ppter nos paulomin ab angelis minorat.vn dicebat.Putas videbo:putas hic me inueiet:igit in h festo veniesa spu in teplo vidit oblatione veniete:z virgine ea in manib gestate.Uolutari igit z auidus ad recipiedu oblatione:sicut sunt hodie ceteri sacerdotes.volebat de mris brachiis filiu suscipere.Sz mri timeti ne forte grossities antiquata seu antiquana te nello puero posset obesse vlnas exhibuit.d. De manu tua suscipio puerum z de manu mea require illum.Si igit qreret ab isto puero/ qs est iste senex?Iste sacrista antiquus qui cantat z quare cantat per teplu.Ps.in ei p sona rndit.Susceptor est aie mee vbi ps sancti symeonis describit.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Deuotionem | susceptor est | } eius autem | { deuotio | |
| cotéplatione | anime | | contemplatio | |
| Dilectionem | mee | | dilectio | |
| Fuit { operatiua | | | susceptor est | |
| penetratiua | | | anime | |
| amicatiua | | | mee | |

Ergo subtiliter intuenti psalmista in sancto Simeone describit eius

| | | | |
|---|---|---|---|
| operatiuam deuotionem | } velut { | obsequiosam | susceptor est |
| penetratiua ptéplatione | | pteradiosam | anime |
| charitatiua dilectionem | | ptecordiosam | mee |

¶Quantū ad primum. Nota q͞ suscipere proprie est aliquid sursum capere. inter illa autē que a.sursum capiunt̄ a superioribus/ ꝛ deorsum ꝛ ab inferiorib⁹ est hec dr̄a: q2 illa que capiunt̄ a superioribus requirunt vas erectum ꝛ apertū superius: vt p3 qñ ros vel pluuia celestis in aliquo vase recipitur. Illa autem que capiunt̄ ab inferioribus requirunt vas inferius apertum: ꝛ inclinatum vt quando a vase aqua fluuialis vel fontalis hauritur. Ita sp̄ualiter: qñcūq͞ et dona celestia recipere volum⁹ op3 esse corda nostra ad hoc aperta per deuotionē ꝛ esse ad deū semper ꝛ superiora erecta per desiderium cōtinuū ꝛ sancta3 intentionem. Qui autem capiunt terrena sunt incuruati/ inclinati ad terrā: ꝛ nō possunt sursum respicere. Sicut nec mulier illa de qua dr̄ Luce.xiij. Quod erat inclinata nec poterat sursum ad celum respicere. Isti nihil diuinum recipiunt q2 mentem suam nō habēt superius ad celestia eleuatā. contra quos ad Colo. iij. Que sursum sunt querite vbi x̄ps est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: non que super terram. Primi sunt hoies qui habent erectos ad sydera vultus. Secundi sunt iumenta que semper cibū capiunt a terra dicētes cu3 ps̄. Ut iumētum factus sum. beatus aūt symeō sciebat istud donū/ istam oblationem esse diuinā ꝛ celestem: ꝛ esse bonā ꝛ optimā: ꝛ illā de qua dicit Ja.j.ca. in Canonica sua. Omne datum optimum: ꝛ omne donum perfectum de sursu3 est descendens a patre luminum. ideo erexit se ad deum ꝛ aperuit cor suum: ꝛ clamabat qñ veniet/ ꝛ quando videbo. Et tm̄ clamauit q͞d responsum accepit de super a sp̄ū sancto/ non visurū se mortē: nisi prius videret x̄pm dn̄i: Et ideo q2 sic ad deum erectus ꝛ apertus fuit. non ad mundum hodie istam oblationem vidit: suscepit: ita vt ei dicat ipsemet x̄ps illud psal. Tu possedisti renes meos suscepisti me de vtero matris mee. Et ipse gratias agit. Nunc dimittis do. ser. tu. in pa. q2 vi. ocu. mei ꝛc. Ideo x̄ps ac si symeonis desiderium ardens ꝛ feruidum sit bene satiatum per oculorum visionem. per manuū palpationem. per in vlnis gestationem/ puer senem cum psal. alloquit̄. Tenuisti manu3 dexterā meā in voluntate tua deduxisti me ꝛ cum gloria suscepisti me. Nota x̄pus q͞ est gloria beatorum nō nisi cum gloria d3 suscipi. Illa aūt gloria est de qua dicit ap̄ls.ij. Cor.j. Gloria nostra hec est testimoniū cōsciētie nostre. Sed de quibusdam x̄ps conquerit̄ cū ps̄. Susceperunt me sicut leo paratus ad predam. Sed quare sicut leo. Nota leo h3 tria sc3.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Crudelitatem / Feditatem / Uoracitatem | in | corde / ore / gutture | sic q̄dā habēt | crudelitatem / fetiditatem / voracitatem |
| in | corde / ore / gutture | p̄ pctm̄ | rancoris / fetoris / ardoris | et | superbie / immundicie / auaritie |

¶Ideo dicitur susceperunt me sicut leo paratus ꝛc. Dilata si vis vt dixi in illo sermone. Similis factus est leoni ꝛc. ergo cum gloria suscepimus ista3 oblationem: iuxta doctrinam in canonica Jac.j. Abijcientes omnem immundiciam et abundantiam malicie cum mansuetudine suscipite insitum verbum q͞d potest saluare alas nr̄as. Talē em̄.s. saluatorē eū recognouit: ꝛ instrumētū publicum factū est ipse symeō qñ ipsum suscepit ꝛ cātauit.d. Uiderūt ocu. me.s.t.ꝫ istud est salutare ꝟbū: q͞d pōt saluare alas nr̄as. De cui⁹ ala sequit̄ in secundo.

¶Circa quod notandū q͞ oculus ꝟtuosus nō sistit in cristallo supposita litere sed penetrat vsq͞ ad literam. Radius virtuosus non sistit in vitria s3 penetrat vsq͞ ad interiorem intelligentiam. Ita fuit in beato symeone. Tenens quippe x̄pm dei filium: ꝛ oculis fidei clare respiciens vidit exterius cristallum humanitatis. Sed ibi non sistens penetrauit vsq͞ ad intimam literam diuinitatis q͞

est alpha et o: principium et finis. Apoc. vlti. Uidit exterius vitream humanitatis: sed penetrauit interius ad aulam essentie diuinitatis: vidit literam nigram humanitatis: et penetrauit vsque ad intelligentiam diuinitatis: ideo ad matrem conuersus cum penetrasset secreta diuina futura et presentia dixit. Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in israel: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ergo non solum eum suscepit israel puerum suum corporaliter: sed penetratus spiritualiter vt dicatur susceptor anime. Unde anima eius vsque ad christi animam penetrauit: iuxta commune prouerbium. Quod amicorum spiritus se sentiunt. ideo psalmista. Tenebre non obscurabuntur a te: et nox sicut dies illuminabitur sicut tenebre eius ita et lumen eius: sequitur. Confitebor tibi domine: quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua / et anima mea cognoscet nimis. Nota tenebre et nox legis mosayce non obscurabuntur: sed illuminantur a te puer: dixit symeon christo. et sicut tenebre eius. i. figure que precesserunt: ita et lumen eius. i. vera res que succedit. Sicut enim precessit figura: ita est res per omnia verissime subsequuta. Et ideo sicut tenebre tempore legis mosaice in figura precedentis Ita et lumen temporis legis gratie in re veraciter subsequentis. Sed nota ita et lumen. in hoc quod cognouit ipsum esse lumen modo mirabiliter penetrauit. In candela enim sunt hec tria. s. filum interius: cera exterius / lumen superius. Sic in christi persona erat filum interius idest anima. Cera virginalis exterius. i. caro propria. Lumen superius. i. diuinitas excelsa: et hoc agnouit vsque ad diuinitatem et animam penetrans: quando vocauit eum lumen. d. Uiderunt ocu. mei sa. tu. quod pa. an. fa. o. po. lu. ad reue. gen. etc. ideo dr. hic. Ita et lumen eius. ideo subiungit. Confitebor tibi quoniam magnificatus es mirabilia tua opera et anima mea cognoscet nimis. i. valde. Tunc confitebatur quando totum nunc dimittis. prophetica voce cantauit. Cognouit valde quoniam ipsum vocando lumen / illa tria in illo lumine in christo esse cognouit: quequidam versificator sic pulchre describit. Uidens quod ex hoc ecclesia hodie luminaria et candelas portari instituit quia symeon christum lumen vocauit. Hanc in honore pie candelam porto marie. Accipe per ceram carnem de virgine veram. Per lumen numen: maiestatisque cacumen Cera / focus / filum tria sunt monstrantia trinum. Omisit autem de filo: quia in cera filum continuitate contentum filum intelligi voluit: ergo in Symeone speculatio fuit penetratiua vsque ad animam sicut pre radiosa quod patebit in dei sermone prophetico: de quo dicitur ad Hebreos quarto et sic fuit in Symeone. Uiuus est sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens vsque ad diuisionem anime et spiritus. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium. Nota quod seruus summe tenetur diligere illum dominum qui eum eripit de seruitute / liberat de carcere: soluit a vinculis: et ligamine. Beatus Symeon sicut et ceteri propter peccatum primum erat in diaboli seruitute et carcere: sed erat anima eius in corpore velut in vinculis donec veniret redempcio: quam debebat mittere misericors: miserator et iustus dominus. Et ideo cupiebat et ipse de vinculis corporee fragilitatis absolui: sed non poterat nisi veniret promissum. Responsum enim acceperat a spiritu sancto: non visurum se mortem nisi videret prius christum domini. Eo igitur hodie viso exultauit et cantauit. Uidit enim suum liberatorem a carcere: redemptorem a seruitute: saluatorem a vinculorum ligamine. Nunc (inquit) dimittis domine seruum tuum in pace. etc. Idcirco summa charitate et dilectione illi adhesit cum Psalmista dicens. Diligam te domine fortitudo mea. Per solutionem a ligamine Dominus firmamentum meum. Per liberationem a carcere. et liberator meus. Per liberationem a seruitute.

¶ Istum igitur sicut salutare suum summe dilexit: / qui erat, debilis senectute

et infirm⁹ carcere. de quo cū psalmista dicebat. Fortitudo mea et laus mea dominus et factus est mihi in salutem. Ad quam ꝛc.

Collatio.xlj. De assumptione beate Marie virginis et psal.liiij.

Extendit manum suā in retribuendo. in psal.liiij. Sicut dicit aposto. Rom.j. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciūtur. vnde videt̄ mihi in factis dei circa assumptionē beate marie sic esse: sicut in factis mundi. In mundanis enim sic video ꝙ circa similem conuersationē hominū ꝛ mulierum diuersarū regionū diuerse sunt conditiōes: in quibusdā eī̄ regionibus est talis in simili conuersatione cōsuetudo: ꝙ licet homines familiariter mutuo sibi manus extēdant tamen mulieribus nullomodo: imo man⁹ a mulierū manib⁹ retrahūt ꝛ cōtact⁹ mutuo sibi vetāt. ꝛ mutuo simul a lōge se salutāt. ꝛ hec consuetudo consueuit esse in planis ꝛ calidis regionib⁹. In quibusdā aūt patrijs homines mulieribus: et mulieres hominibus sine quacunqꝫ nota mutua familiaritate manus extendunt et mutuis contactibus se receptant: immo esset incuriale et inciuile a muliere valous ab aliquo retrahere manum suam. Hec autem consuetudo est in terra mea et in locis montanis: et in locis frigidis et regiōib⁹ altis. Sic circa spiritualia. Per regionem planam/vallosam et calidam intelligo mundum istum: in quo viget ignis ꝯcupiscentie. Iohā.ij. Omne quod est in mundo est concupiscētia carnis/ vel concupiscentia oculorum: vel superbia vite. ꝛ.j. Iohā.v. Totus mundus in maligno. id est in malo igne positus est. Per terram montuosam et frigidā intelligo dei paradisum regnum celestis patrie. in quo viget frigus spiritualis temperantie. vnde de ista in psal. Super eam niue dealbabuntur in selmō mōs dei mons pinguis. In valle ergo calido huius mundi vbi viget carnis concupiscentia. Non est nec esse debet nimia ad mulieres manuū familiaris extēsio. qꝛ aposto. clamat. j. Corinth.vij. Bonum est homini mulierem non tangere. ꝛ Iob contra mulierem clamat. Manum tuam longe fac a me. Iob.xiij. Qui enim tetigerit picem coinquinabitur ab ea. ideo Psal. Non extendant iusti ad iniq.ma. suas. In monte autem domini vbi est frigiditas et temperantia et omnis continentia: quia ibi neqꝫ nubent neqꝫ nubentur. Matt.xxij. Est olim per charitatem et virorum ꝛ mulierum familiarissima societas: et quo ad manuū extensionem ꝛ quo ad omnia familiarissima conuersatio. vnde ibi sequitur. Habitabit iuuenis cum virgine. vt dicitur Esa.lxij. vnde psal. Iuuenes et virgines ꝛ se. cū iuni. lau.no.do. quia exalta. est Dei igitur filius hoc modo vtitur circa mulieres. i. circa animas nostras sponsas suas: q̄diu enim sumus in mundo isto. In hac valle non extendit manum eterne retributionis: sed solum a longe nos salutat per largitionem gratie ꝛ meritorie operationis. Numero.xxiiij. Intuebor eum: sed non modo. In paradiso autem extendit nobis manum eterne retributiōis. vnde dr. Sap.iij. Iustorum anime in manu dei sunt. ꝛ vtrūqꝫ horū fuit pulchre figuratum. Ioh.vlti. Cum enim christus resurgens magda. apparuisset et illa vellet eum pre gaudio amplexari et tāgere: q̄uis thome et ceteris dictur⁹ esset. Palpate et videte. tamen Magda. dixit. Noli me tangere. Nondum enim ascendi. q.d. non in terrestri ꝛ inferiori patria: sed in celesti et in superiori gloria extendam ad te et ad alios manum meam. Inter ceteras autem mulieres ꝛ dominas hoc christus specialiter videtur circa matrem virginem obseruasse: non eī̄ ei in mundo isto manum vltime retributionis: immo nec corporalis contactionis ei familiariter exhibuit: immo semper ab ea quasi durius man⁹ traxit. In cruce enim moriens brachia extensa habens non per manuū extensionem ab ea contactum commemoratum recepit. Sed durius loquēs ait. Mulier ecce filius

tuus. Ecce tota familiaris collocutio inter ambos. Sed tandem in festo assumptionis ipsa ascendens montem domini et locum sanctum eius. Tunc manum eterne retributionis familiaris contactionis sibi extēdi clamitat. d. Emitte manum tuam de alto et eripe me rc. Quod christus fecit sicut pulchre figuratū est. Hester. v. vbi dicitur. Die tertio induta est hester regalibus vestimentis. Regalia vestimenta christi regis fuerunt christi membra glorificata/et dotib⁹ corporis gloriosi dotata. Istis regalibus vestimentis glorificato corpore fuit tertio die induta. quia die tertio eam dei fili⁹ suscitauit. No. quomodo in magnis festiuitatibus induuntur eisdem regalibus vestimentis rex ⁊ regina. Et stetit in atrio domus regie quod erat interius contra basilicam regis. Domus xp̄i habet duo atria: ecclesiam militantem exterius ⁊ ecclesiam triūphantem interi⁹. psal. Stātes erant pedes nostri in atrijs tuis. Igitur virgo beata steterat in militante exterius annis. lx. Sed hodie stetit in ecclesia triūphāte interius. ⁊ ideo stetit in atrio quod erat interius ⁊ rex sedebat. i. xp̄s in solio cōsistorij sui. s. paradisi. Cūq̧ vidisset hester reginam stantē placuit in oculis eius: et extendit cōtra eam virgam quam manu tenebat. id est equitatem et pietatem iuste retributionis et dixit. Si dimidiam partem regni petieris dabitur tibi: immo certe datum ipsi fuit regnū q: conregnauit xp̄o. vnde cātamus. Regina angelorum digna es vocari. Et nota si dei filius etiam dimidiam partem regni paratus est dare: nunquid dabit ei vnum peccatorem si eum petierit? qui nō est millesima pars regni? certe immo. Igitur licet dei filius ad matrem in hoc mūdo manum remissam habuit: tamē in morte in celum manum large retributiōis ipsi extendit: ⁊ hoc est. Extendit manum suam rc. vbi Psalmi. In filio virginis circa matris assumptionem describit eius.

Charitatem } — { extendit
Auctoritatem } — { manum suam
Equitatem } — { in retribuendo

Describit aūt diuina { charitas / auctoritas / equitas } sicut { influentior / familiarior / vtilior } extendit / manū suam / in retribuendo

igitur diuina — { charitas / auctoritas / equitas } fuit

Influentior / familiarior / vtilior } ex magna { benignitate / humanitate / felicitate } — { extendit / manum suam / in retribuendo

¶ Quantum ad primum. Nota q̧ curialitas et benignitas filij ad matrem maxime percipitur quando ipsi assistit in periculo: quādo assistit in bello: quādo ipsi assistit in morte ⁊ in fine vltimo. Ad talia enim filij ad parentes naturaliter obligantur. Exemplum in natura. Uitis enim a terra habet originē vt a matre. Uitis autē terre matri rependit iuxta recepta in terre necessitatibus. Nam q̄tum in terra figit radices/tantum supra terram contra tempestates extendit palmites: ne terra ledatur a solis ardore. Ita fecit dei filius / ipse namq̧ iuxta beneficia que a matre receperat viuendo matri recompensauit in morte assistēdo. vnde astitit ipsi in mortis periculo per sue corporalis presentie exhibitionem. Astitit ipsi in bello per demonum fugam et repulsionem. Astitit ipsi in feretro per iudeorum persequentium plagam et persecutionem. Nota hoc in floribus sanctorum de eius assumptione. Ad hoc videtur loqui Psalmi. Uineam de egypto transtulisti rc. Quantum consequenter exponeretur vbi intelligendum q̧ scriptura sacra: virginem vocat vineā. Uinea mea coram me. Cāti. viij

Filium vocat vit[illegible]:apostolos vocat palmites.Johan.xv.Ego sum vitis vera/ et vos palmites.Dicit ergo vineam.i.virginem mariā de egypto vastitatis hu-ius mundi transtulisti.i.in terram viuentium tecum tulisti.Eiecisti gētes.i.de-mones ⁊ iudeos persequentes.Et plantasti eam in medio paradisi:sicut plan-tam vite collocasti.Dux itineris fuisti in conspectu eius:hoc est palmam viren-tem in ducatum funeris de paradiso in conspectu eius portari missam misisti: et impleuit terram.i.hoc fecisti quia illum portauit: qui impleuit terram ecce-sie militantis ⁊ ecclesie triumphantis qui dicit.Hiere.xxiij. Celum et terrā ego impleo.Et quid fecit vltra filius? Certe extendit ipse sicut vitis palmites suos vsq ad mare.Maria interpretatur amarū mare. Extendit ergo palmites suos id est apostolos suos extēse dispersos:vsq ad mariā in ei:s morte adduxit. Et sicut maria dr̄ amarū mare ratione aduersitatum in presenti mundo: ita dr̄ flu-uius dulcis ratiōe prosperitatū in paradiso. Adduxit ergo nō solum palmites id est apostolos vsq ad mare:immo vsq ad flumē propagines eius.i. angelos sanctos.Sed exterminauit eā aper de silua.i.principes sacerdotū manū appo-nētes ad feretrum exterminare voluit:⁊ singularis ferus.i. populus iudaicus depastus est eā.i.dissipare voluit:sed non potuerūt/nec iste nec illi/diuina per-cussi virtute.Ergo dn̄e deus ea sepulta in valle iosaphat ad hec ad eam conuer-tere ⁊ vide ad hec.Et iterum/visita vineam istam et perfice eam.i.resuscitando et animā corpori reuniendo perfectā effice:quod ⁊ fecit ipsam in corpore ⁊ ani-ma cū hymnis celestibus ad thronū celestē transportando. Hec omnia nota in legenda de assumptione:ergo hec fuit filij curialitas que describitur cum dici-tur.Extendit.Hec de primo.

¶Quantū ad scd̄m.No.Contingit qnq principem ad domū pauperis declina-re:⁊ cū sunt in ingressu domus mutuo se inuitāt:⁊ tunc princeps consueuit sua curialitate dicere:precedite sicut patrinus me⁹ si est vir: vel sicut matrina mea si est mulier:et ego ero filiolus vester. Tunc pauper manu tenendo principē in-troducit eum ducendo per domum.Econuerso autem princeps eodem paupere veniēte ad principis palatiū ɔsueuit precedere:⁊ manu tenēdo pauperē ad suū palatiū introducere ⁊ dicere.Uos fuistis patrinus meus in domo vestra:vel ma-trina mea:⁊ ego filiol⁹ vester.ecōuerso.Ego volo esse patrin⁹ vester i domo mea et vos eritis filiolus me⁹ vel filiola mea.Et sic bn̄ficijs ⁊ honorib⁹ receptū ɔse-qui:vel receptam.Ita fuit de xp̄o ⁊ virgine. Ipse eñ christus princeps regū ter-re.vt dr̄ Apoca.j.Ad domum virginis mulieris paupercule mundum istum in-grediens reclinauit et conceptus est in eius vtero/factus est ei filius per tempo-ralem generationem. Sed volens mater isto nato principi ostendere templū et palatium in quo ipsa fuerat enutrita:puerum manu ad manum/ima brachijs tenens in die purificationis corporaliter introduxit. Et sic facta est ei matrina que erat mater.In festo autem assumptiōis post regressum principis ad pala-tium eius virgo mater peruenit.Eam igitur princeps proprius filius volēs ho-norare:ei a longe obuiam processit:qr ad beatā virginem in hunc mundū que-rendam aduenit.Cūq essent ad fores palatij paradisi se de ingressu inuitanti bus filius dixit.Mater mea vos fuistis in mundo in terris/mater mea per gene rationem:matrina per manualē in templū introductionē/⁊ ego fui vester filius et filiolus.Nūc in celis ego q̄ sum pater vester per creationē volo esse patrinus per paradisi templi nō manufacti gloriosam introductionē/ ⁊ vos eritis nō so-lum filia sꝫ filiola.ideo cātamus ei.Genuisti mō miro genitorē filia.Tūc dei fi-lius eius manū dexterā apprehendēs ⁊ in paradisum introducens dixit. Ueni electa mea ⁊ ponā te in thronū meū/ et per totū paradisum deducens tandē in corpore ⁊ aīa sua dextera desuper oēs angelos collocauit. Et hoc ipsa ei regra-

tiatur in Psal. Tenuisti manũ dexterã meã: ꝛ in vo.t.de.me.q̃ntũ ad animã glorificatam primo. Et cũ gloria iterũ suscepisti me.q̃tum ad corpus glorificatum secũdo. Quantũ eñ mihi est in celo ꝛ a te q̃d volui super terrã.i.illud totum habeo in celo quicquid tibi exigere volui super terram in qua per mortẽ corporalẽ defecit caro mea et cor meum. Sed tu resuscitasti et reparasti qui es deus cordis mei et pars mea deus ineternum. Ita enim ipsa confitetur alibi. in Psalm. Formasti me per creationem et posuisti super me manum tuam per datã resurrectionem: precedit enim. Tu cognouisti sessionẽ meã ꝛ resurrectionẽ meã. Nec mirũ quia ipsa viuens orauerat cũ Psal.d. Fiat manus tua vt saluet me quoniam mandata tua elegi. Hec de scdo.

¶Quantũ ad tertiũ. No. ꝙ q̃uis parẽtibus esset necessarium ꝛ valde conueniẽt. iuxta bñficia retribuere: tñ nõ est possibile/ q2 ẽm philosophũ. Dijs ꝛ parẽtibus equiualẽs recõpensare nõ possum⁹. A parẽtib⁹ eñ habemus esse educationem ꝛ instructionem seu eruditionẽ q̃ nõ sunt beue recõpẽsabilia. q̃uis aũt parẽtibus non possit recõpensari equiualẽs ẽm q̃titatẽ. potest tñ aliquid recõpẽsari ẽm proportionẽ: ideo de⁹ p̃ceptũ dedit de honorãdo. vñ dixit Esa.xx. Honora patrem tuũ ꝛ matrẽ tuã. Igit̃ multũ esset crudelis ꝛ ingratus filius: q̃ multis receptis beneficijs a matre dilectrice impẽsis ad regnũ prouenięs matrẽ nõ summe honoraret: nisi ei debite in quibus posset: saltẽ proportiõabiliter recompensaret. Uirgo beatissima sup omnes mulieres vnicũ filium adamauit.ij. Regũ.j. Sicut mater vnicum amat filium: ita te diligebam. In eo enim nullũ temporalẽ participẽ habuit: sicut habent in suis filijs cetere mulieres. Quicq̃d autem famulatus: quicquid seruitij: quicquid beneficij/ quicquid honoris/ quicquid vtilitatis potuit impẽdere totum filio amorose et precordiose impendit. Ipsa eñ ipm cõcepit in vtero/ gestauit in aluo/ pauit in gremio/ lactauit vbere de celo pleno/ p̃sentauit in tẽplo/ fugit cum eo in egyptũ: fuit presens in crucis patibulo/ affuit et in sepulchro. Fili⁹ aũt et si est ex parte matris pauperculus. tñ ex parte patris ditissimus. vnde dixit Angelus virgini. Luce.j. Fili⁹ altissimi vocabitur: ꝛ dabit illi dñs deus sedẽ dauid patris eius et regnabit ꝛc. Igit̃ et si nõ possit matri gloriose inquãtũ filius hominis recompẽsare nisi ẽm proportionẽ: tñ inquantũ filius altissimi põt recõpensare ẽm eandẽ q̃titatẽ. Ergo xp̄e beatissime q2 ad regnum peruenisti regnare in secula. Potens es dñe ꝛ veritas in circuitu tuo. vt docet psal. Ecce morit̃ beatissima dilectrix ꝛ genitrix tua: nunq̃d eius poteris obliuisci? nunquid aliquid ei retribues: pro omnibus que tribuit ipsa tibi? O dñe iesu christe tu mandasti. ẽm Psal. mandata tua cu. nimis: q2 in custo.il.retri.multa. Ergo quia tu dixisti. Honora patrem tuũ et matrẽ tuã: quẽ honorẽ impẽdes tue matri? Quid domine respõdes? Nũquid tu huius legislator: eris huius legis dissipator? Tu dixisti. Eccle.vij. Honora patrem tuum ꝛ gemitus matris tue non obliuiscaris et retribue illis quomodo ꝛ illi tibi recordare gemitus pijssime tue matris ploratus/ fletus singultus/ ꝛ eiulat⁹: cum te videret pendentem in patibulo: iacentem in sepulchro. ergo nunq̃d retribues? Tu dixisti. Non veni legẽ soluere: sed adimplere. Mat.v. Ergo non retribues matri tue? Tu es filius. et es deus. Dixisti autem ore tuo. Ecclesia.iij. In die malorum non immemor sis bonorum. et in die bonoꝝ non immemor sis malorum: quoniam facile est coram deo in die obitus retribuere vnicuiq3 ẽm vias suas. Ergo dñe si tibi deo est facile: ꝛ ecce hodie obitus tue matris: nunquid retribues? Letifica deuotos tue matris, vide quid ipsa loquitur per tuum citharedam ꝛ psalmistã. Me expectant iusti donec retribuas mihi. Sed ecce quid respõdet. Retribuã. O dñe si credim⁹: iurat ꝙ retribuet hec. q̃ramus a lingua spõsi ꝛ sponse ab isto Psal. Utiq3 dixit ipse retribuet: ꝛ de gestatione/ nutritione/ et

de lactatione: ꝛ de olbꝰ retribuet matri sue. Quō scitis hoc pꝫ? qꝛ vtiq̄. Iurauit dn̄s dō ỽitatē ꝛ nō frustrabit eū. Et quō? Certe i aīa sua. Iurauit em̄ i aīa sua: q mrī genitrici/dilectrici/ac lactatrici sicut filiꝰ optimus retribuet abūdāter ibi sicut ablactatꝰ sup matre sua: ita retributio in aīa mea. Certe credere possumꝰ ex quo in aīa sua iurauit. Hec aūt retributio describit Eccl. xx. Est datū cuius retributio est dupl. x. Pro omni em̄ dato per virginē xp̄s duplicē retribuit aīe sue: ꝛ corporis glorificationē: ergo virgo beatissima ꝓ nobis peccatoribus retributorem tuū ora. qꝛ beatus est qui retribuet tibi retributionē tuā quā retribuisti nobis. O q̄ beatus erit qui tenebit. Ad quā beatitudinem ꝛc.

¶ Colla. xliij. de Apostolis. Thoma ꝛ Pau. ꝛ eoꝝ quolibet ex. Psal. lv.

Ecce cognoui qm̄ deus meus es. In Psal. lv. fm̄ sententiā Phi. j. metaphisice. Experientia artē docet. Experientia em̄ generat certa cognitio. Hoc apparet in medicis. Ex hoc em̄ cognoscimus aliquē bonū medicū/vel qꝛ experimur frequēter curare: vel sepe a graui infirmitate. ꝛ desperata sanauit. figura. iij. Reg. xxvij. Illa mulier nō habebat notitiā de Helya q esset bonus medicus: q esset ꝓpheta vir dei. Quod eius verbo deus curaret infirmos imo suscitaret mortuos: ꝛ non habuerat experientiā. Sed tandem filio suo suscitato per eū a morte: tūc cognouit q esset dei medicus vir dei/ꝛ ꝓpheta. Quādo fuit hoc per suscitationem experta. Unde dī in textu. Dixitq̄ mulier ad eū. Nūc in isto cognoui qm̄ vir dei es tu/ꝛ verbum dei in ore tuo verū est. Spūaliter dei filius erat ꝓpheta magnus. Lu. vij. Propheta magnus surrexit in nobis. Et qꝛ deus visitauit plebem suā. Ipse erat medicus ꝛ sanans egros/ꝛ suscitans mortuos. Hunc aūt esse talē prophetā nullomodo credebat: ꝛ Thomas Apostolus/ꝛ persecutor eiꝰ Saulus: qꝛ ipsum crucifixū audiuerāt/ ꝛ mortuū vt latronē. Et ideo dixit/Thomas q nisi experiret non crederet. Nisi innuit videro in manibus eius fixurā clauoꝝ/ꝛ mittā manū meā in latus eius non credā. Iohā. xx. His enim duobus sensibus singulariter experimur. Dei filius se esse optimū medicū: ꝓphetā altissimū: verbū dei viuū ꝛ verū se veraciter cōprobauit: nō solū alios: sed etiā seipsum a mortuis suscitādo. ꝛ ideo experientia Thomā de hoc docuit. Infer inquit digitū tuum huc/ꝛ cognosce loca clauoꝝ: ꝛ noli esse incredulus: sed fidelis. Unde per experientiā certificatus clamauit: dn̄s meus/ꝛ deus meus. Saulus etiā hoc ipsū credere nolebat: sed deꝰ ipsum nolentē credere ad terrā prostrauit demonstrās. Et q deus esset qui mortificat ꝛ viuificat: qui deducit ad inferos ꝛ reducit. j. Reg. ij. Experientia certa edocuit ipsum vsq̄ ad celū tertiū rapiendo: q ipse mō isto percussus agnoscēs dixit. Dn̄e: quid me vis facere? vnde dicit ipē. j. ad Thi. j. Fui prius blasphemꝰ ꝛ persecutor ꝛ cōtumeliosus: sed misericordiā dei cōsecutus sum/qꝛ ignorās feci in incredulitate mea. ideo quilibet istoꝝ sanctorum sic expertus potest dicere christo. In hoc cognoui qm̄ vir dei es tu ꝛ verbū dn̄i ꝛc. ꝛ hoc sonant verba proposita. Ecce cognoui ꝛc. Ubi per Psalmistā tria describuntur. Describitur enim q quilibet istorum Apostolorum habuit.

| | | |
|---|---|---|
| Oblatum optimum | Deus meus es | |
| Illustratū intellectum | cognoui | |
| Preparatum affectum | ecce | ¶ Fuit aūt circa. |

| | |
|---|---|
| Obiectum mouens presentia | Deus meus |
| Intellectū splendens notitia | cognoui |
| Affectum feruens amicitia | ecce |

| | | |
|---|---|---|
| Describit igit Psalmista in | motore eminentiā obuiātis bonitatis | deus meus |
| | splēdore euidētiā choruscātis veritatis | cognoui |
| | feruore amicitiā inflāmātis charitatis | ecce |


¶Quantū ad primū. No. q canis nobilis venaticus latrat naturaliter ad predam: sed aliter ante captionē in psecutione/ aliter post captionē in assecutione Nā anteq capiat in psecutione est latratus ire turbationis/laboris/ et melācolie. Sz latratus in assecutione est latratus exultationis/gaudij/ et letitie. Quilibet istorum sanctorum venatus est Christū predā: et vterq latrauit ad Christū. Sed latratus cuiuslibet fuit malus ante inuentionē prede. Bonus aūt capta preda patet in Thoma: ceteris quidē Apostolis narrātibus de prede motione et visione et dicētibus. Uidimus dnm. Statim latrauit latratu malo. Non credā. Sed postea capta preda et habita latrauit gaudiose. d. Dn̄s meus et de9 meus. Idez de Paulo. Anteq enim ei hec preda obuiasset: non solū contra eum sed contra suos maliciose latrabat: vnde et epistolas acceperat in damascum vt si aliquos inueniret huius vie viros ac mulieres vinctos pduceret hierusalē. Sed tādem ex insperato hec preda ipsi latrāti occurrit duz appropinquaret damasco qua visa statim gaudij latratu exultare cepit. Dn̄e quid me vis facere: et post continue latrare non destitit predicādo per synagogas affirmādo q hic est christus. Unde postea tot latratus protulit quot documēta in suis epl̄is et predicationibus emisit. Et ideo de hoc latratu gaudioso et exultationis pda ista inuēta dr. Esa. ix. Letabunt corā te sicut q letant in messe sicut exultāt victores capta preda quādo diuidūt et c. Hec fuit ergo preda eos mouēs ad latratū exultationis qui hic dr. Deus meus. In psal. q̄tū ad quēlibet eorum. Dn̄e deus salutis mee in die clamaui: et nocte corā te. No. duplicē latratū vtriusq Apostoli in nocte. s. incredulitatis et infidelitatis: et in die fidelitatis: ideo dicit. Clamaui in die et nocte. Alibi psal. Deus meus es tu et cōfitebor tibi: de. m. e. tu et ex. te.

¶Quantū ad scd̄m. Not. q existēs extra nubē nō vidit rē existentē infra: nisi nubem fidei. Exod. ix. Ueniam ad te in caligine nubis: q̄diu igit aliquis est extra nubē istā. i. extra fidē per incredulitatē nō pōt deū videre nec deum cognoscere per fidē: qr ipse latet intus. Posuit enim tenebras latibulū suū in circuitu eius tenebrosa aqua in nubib9 aeris. Sed qñ quis istā nubē tenebrosam fidē p quā non videmus deū facie ad faciē: sed solū per speculū in enigmate ingredit: tunc videt et tūc cognoscit. quilibet istorum Apostolorum Thomas et Paulus fuerūt aliquando extra nubē per incredulitatē: et ideo christū sub nube latitantem videre et cognoscere nō poterāt. Sed tandē intra nubem Christus vtrūq introduxit: et tunc quilibet videt et cognoscit. Ideo dicebat Paulus. j. Corin. xiij. Nunc cognosco ex parte. Et idem potuit dicere Thomas. Causam autē cognitionis et modū posuit psal. Cognoscetur dn̄s iudicia faciēs in operibus manuū suarum comprehensus est peccator. Nota quale iudiciū fecit Christus in cōuersione cuiuslibet eorum: et de Thoma cui se palpandum exhibuit speculādo in hac diuinitate. Hec sunt illa iudicia de quibus psal. Iudicia dei abyssus multa. Ex hoc Thomas interpretatur abyssus. Sed in operibus manuuz suarum cōprehensus est peccator. Nota quō aliquando capitur fur cum furto in manibus: ita quilibet istorum in suo peccato fuit comprehensus qd portabat in manibus. Nūquid Paulus manu sua Stephanū lapidauit: nunquid manu sua literas cōtra Christuz portabat actu: nunquid Thomas dixerat nisi mittā manuz meā in latus eius nō credā: Idcirco quilibet in operib9 manuū suarū cōprehēsus est peccator: et tn̄ dei mi'a super oia opera ei9: qr fecit tale sub vtrūq iudiciū q fuit cognitus ab vtroq. Unde videtur ipse Thomas dicere illud psal. Probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionē meā. Paulus autē de se per psal mistam loquit. Existimabā vt cognoscerē. hoc labor est ante me donec intrē sanctuarium dn̄i et intelligā. Non quod fuit labor corporis. qr erat tribus diebus non vidēs et non manducans neq bibens: et quomodo in sanctuariū dei fuit in=

troitus mētis:qꝛ vsqꝫ ad tertiū celum raptus fuit:q̄tū ad vtrūqꝫ videt͛ per psal mistam loqui Christus.Ecce tu cognouisti omnia nouissima ꝛ antiqua quo ad Paulum propter reuelationē secretoꝝ factā in raptu tu formasti me.i.meā formam palpasti:ꝛ posuisti super me manuꝫ tuā q̄tū ad Thomā ꝑpter cōtractionem vulneruꝫ ꝛ mēbroꝝ in aspectu ꝛ tactu.Hec de scd̄o.

¶Quantuꝫ ad tertiū.Nota ꝙ obiectū ꝛ res presens aliter mouet affectū:ꝛ aliter absens.Efficacius eñ mouet per presentiā:ꝛ ideo ad amorē.Et debilius per absentiā:qꝛ ad desideriū.Et ideo dicit Aug.ꝙ amor est rei habite ꝛ nō habēde. Sed desideriū est rei habēde ꝛ nō habite:dei filius ab vtriusqꝫ affectu,aliquādo absens fuit:ꝛ ideo non diligebat͛ ab eis.Sed tandē se cuilibet per presentiā manifestauit:ꝛ tunc vterqꝫ feruēter amauit.Ideo dicit quilibet illud Psal.Ecce enim deus adiuuat me:ꝛ dñs susceptor est anime mee.Modum aūt adiutoriū possumus sic videre:quādoqꝫ puer negligens ad cognitionē literaruꝫ ꝛ dilectionem ad vtrūqꝫ trahit͛.Aliquādo alapa bona data:ita vt cadat ad terram: ꝛ tunc ad libruꝫ dimissum reuertit͛.Aliquādo manu vel digito appositis super alphabetū:ita vt quādo nesciūt cōiungere literas:digitus pueri superponat͛ litere ꝛ cōiungēdo literā litere cognoscit dictionē.Dei filius a scriptura vocatur liber Eccl͛.xxiiij.Hec omnia liber vite ꝛ testamentū altissimi ꝛ agnitio veritatis hunc librū Paulus nesciebat:nec esse credebat librū vite sed mortis:ꝛ ideo abiecto libro isto in eo addiscere nolebat.Sed deus bonus magister eunti damascū talem alapā dedit/ꝙ eū ad terraꝫ prostrauit.Statim aūt ipse ad librum vite rediijt/dicens.In capite libri scriptum est de me vt facerē voluntatem tuā deus meus volui:ꝛ legem tuā in medio cordis mei.ideo clamauit.Domine quid me vis facere?Qualiter aūt in hoc libro studuerit ꝛ profecerit/epistole manifestāt. Unde ꝛ a Christomet in legibus ꝛ doctrinis doctoratus doctor vtriusqꝫ iuris factus:doctor gētium omniū precipuus est vocatus.Dei filius etiā seipsum vocat alphabetum.Apoc.vlti.Ego sum alpha ꝛ o principium ꝛ finis. Hoc alphabetum velut Christi quidā baccalarij ceteri Apostoli Thomam edocebant.Et ꝙ Christus viueret qui fuerat mortuus referebāt ꝛ cōiungebāt esse in eo post mortem vitā post passionē resurrectionē ipsum esse/ Alpha ꝛ o/ deum etiā ꝛ hominem.Hāc aūt cōiunctionē istaꝝ duaꝝ literarū:nullo modo Thomas videre poterat:imo clamabat alijs dicētibus:vidimus dñm.Et dicebat:non credā.Sed qd̄ nō potuerūt edocere baccalarij.magister ipse principalis edocuit ponendo manum Thome ꝛ digitū super alphabetū vt vtrāqꝫ literā alphabeti simul cōiungeret diuinitatē ꝛ hūanitatē.Unde dixit Thome.Infer digitū tuū huc in locum clauoꝝ:ꝛ manū tuā in latus meū:ꝛ noli esse incredulus/sed fidelis.Statiꝫ totum alphabetū/totā dictionē perfecte cognouit illas literas cōiungendo:vnde clamauit ꝛ suam lectionem quā didicit recitauit.Dñs(inquit)meus ꝛ deus meus:dñs q̄tū ad literā humanitatis:ꝛ deus q̄tum ad literā diuinitatis:ideo potest istoꝝ quilibet dicere illud Psal.Ecce enim veritatē dilexisti incerta ꝛ occulta sa.t.manifestasti mihi.Nos quoqꝫ possumus dicere de his duobus illud. Sap.v.Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei:ꝛ inter sanctos sors illorū est.Ad quam sortem ꝛc̄.

¶Collatio.xliij.de ascensione dñi.ex Psal.lvi.


Uper omnē terrā gloria tua.Ex Psal.lvi.Omniū miseriarum illa est maxima quando de statu summe prosperitatis venit͛ ad casum summe aduersitatis.quādo a summo honore venitur ad summū opprobrium.A summa cōsolatione ad summam desolationē.a statu glorie ad casum ꝛ ruinā miserie.ideo dicit Boetius.Sūmum esse genus infelicitatis fuisse felicem.Sicut autē summa est miseria de summo in imū cade

re:ita est summa gloria de imo ad summũ ascẽdere. de aduersitate ad prosperitatem: de infelicitate ad felicitatẽ:ꝛ est a deo magna gloria ꝙ sicut homines libenter celant miseriã vt patet in pauperibus verecũdis:ita libẽter predicãt gloriã ꝛ maxime amicis ꝛ parẽtibꝰ suis:vt puta patri vel matri. Figura Gen. xlv. Joseph erat in summa ꝓsperitate tanq̃ a patre tenerrime dilectus tandẽ a ꝓprijs fratribꝰ vẽditus venit ad summã aduersitatẽ:vnde fuit a muliere false accusatus:iniuste aspero carceri in captiuitate diutissime mãcipatꝰ: sed tandem de ista aduersitate redijt ad maiorẽ ꝓsperitatẽ:qꝛ factus est dñs in vniuersa terra egypti. Cũ ergo dixisset fratribꝰ suis. Ego sum frater vester quẽ vẽdidistis in egypto noluit prẽ suũ ꝛ amicos alios latere:imo dixit. Jte nunciate prĩ vestro vniuersam gliam meã:ꝛ cũcta que vidistis in egypto ꝛc̃. Ad propositũ per Joseph in scriptura dei filiꝰ significaꝛ:ꝛ rõne nominis:ꝛ rõne operis. Ratõe nõis: qꝛ Joseph per pharaonẽ vocatꝰ est saluator mũdi. Jta xp̃s per deũ prẽm vocatus est saluator mũdi. Mat.j. Uocabis nomẽ eius Jesum:ipse enim saluum faciet ppl̃m suũ/saluauit rõne operis. qꝛ Joseph saluauit egyptũ per frumentũ: ita dei filius saluauit egyptũ mũdane vastitatis ꝑ illud de quo dixit ipse. Joh. xij. Nisi granũ frumẽti in terrã cadẽs mortuũ fuerit ꝛc̃. Jsto eñ frumento.i. eucharistie sacro:ipse sic̃ viatico saluat oẽs viatores:donec perueniamus ad mõtem dei in cibi istius fortitudine ambulãtes. Uñ Psal. Adipe frumẽti satiat te. Sicut igitur alter Joseph:ipse erat apud prẽm in summa ꝓsperitate:qꝛ tenerrime dilectus Luce.iij. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui. venit aũt in hunc mundũ ad summã aduersitatẽ in quo ꝛ vẽditus fuit a fratribꝰ suis:qꝛ a suo discipulo iuda ꝓditore/ꝛ false accusatus/cõsputus/ flagellatus/ spinatus/vinculatus/colaphizatus/iniuste iudicatus/clauatus/lãceatus/ꝓprobriatus aceto ꝛ felle potatus tãto patibulo mortuus totus laceratus. Sꝫ ab hac miseria venit ad summã gliam/qꝛ per ignominiam passionis peruenit ad gliam resurrectionis ꝛ ascẽsionis. Jste fuit passus durus:hanc aũt gliam suos latere noluit/sꝫ in eiꝰ p̃dicatione ꝛ diuulgatione gliam voluit:ꝛ spãlr nunciari voluit pijssime mr̃i q̃ quasi fuerat exanimis de dolore passionis. Uñ deuotis p̃dicatoribꝰ videꝛ illud dicere. Jte nũciate mr̃i mee gliam meã. O q̃ felix nũcius q̃ posset nũciare mr̃i illd̃ Gen.xlv. En filiꝰ tuus viuit/ꝛ ipe dñaꝛ i tota terra egypti/q̃ diceret ipsi:filiꝰ tuꝰ assũptꝰ est in celũ ꝛ sedet a dextris dei:vt dr̃ Mar.vl. Ueniat ergo vas electionis Paulus qui bonos rumores portat gentibꝰ ꝛ regibus. Regina (inquit) celi letare:qꝛ quẽ meruisti portare:iam ascendit sicut dixit. Et quomodo? ecce Philip.ij. Christus factus est pro nobis obediẽs vsq̃ ad mortẽ: mortem aũt crucis ecce miseria ꝛ ignominia/sequiꝛ gloria propter qd̃ exaltauit deus illũ/ꝛ dedit illi nomẽ qd̃ est sup omne nomẽ:vt in noie Jesu omne genu flectatur celestiũ terrestriũ ꝛ infernoꝝ. Et ois lingua ꝯfiteaꝛ ꝙ dñs Jesus xp̃us in glia est dei prĩs. ergo Psal. Uidẽs istos rumores esse xp̃o ꝛ btẽ virgini nũciatos ad xp̃m cõuersus de sua gloria ꝛ honore eũ sic alloquiꝛ. Super omnẽ terrã glia tua. vbi describit in ascendente singularem.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sublimitatẽ | Super | Est eñ in filio | Sublimitas |
| Utilitatem | oẽm terrã | dei ascendẽte | Utilitas |
| Felicitatẽ | gloria tua | singularis | Felicitas |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| qꝛ | Presidet altissimis | Super | Est aũt | p̃sidẽs altissimis |
| | Prouidet his infimis | oẽꝫ terrã | dei filiꝰ | ꝓuidẽs his infimis |
| | Residet in optimis | glia tua | | residẽs in optimis |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Quia | Potitur | Patris | Dextera | Super |
| | Largitur | | Federa | omnẽ terrã |
| | Sortitur | | Munera | gloria tua |

¶Quantū ad primū. No. ꝙ dei fili⁹ se cōparat filio. Ecclesiastici. xxiiij. Ego ꝙ si fluui⁹ doꝛx exiui de paradiso. Ratio est: fluui⁹ eni ex ꝙ alto descēdit naturaliter in tam altū ascendit. Maxime aūt hoc apparet in meatib⁹ ⁊ ꝑductib⁹ fontiū seu aquarū/i qb⁹ aliqñ profundius aliqñ/superficiali⁹ aqua transit in terra: dei filius dicit̄ Eccli. i. Fons sapiētie verbū dei in excelsis. De excelsis igit̄ de sinu paterno verbū supernū prodiēs aqua sapientie salutaris/meatū humanitatis igressa ex ꝙ alto descendit in tam altū ascendit. A summo eni celo egressio eius: et occursus eius vsqȝ ad summū eius: vt scribit psal. vnde ipsemet dixit. Joan. xvi. Exiui a patre et veni in mūdū: iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad patrē Iste igit̄ fluui⁹ q̄ totā ecclesiā militantē letificauit a sinu paterno exiens aliqñ sup terrā supficie ten⁹ ambulauit predicādo ⁊c. Sed aliqñ se/infra terrā inferi⁹ profūdauit ad inferos descēdendo et in sepulchro iacendo: et tandē se ad locū exitus sublimauit ad sinū paternū sup omnes celos redeūdo. vnde in psal. Psallite deo qui ascendit super celū celi ad oriētē. Nota quare dicit ad oriētē. Primo: qꝛ a tpe orit̄ per eternā generationē. Secūdo. qꝛ dicit̄ falconū auiū nobiliū et predantiū talis esse natura: ꝙ qñ ad predam volāt in altū qñ sunt i aere inultū eleuati aspirantes ad ꝓpriā patriā: subito vertentes volatū in ꝓpriā redeūt regionē. Apportant̄ enim de remotis aqlonarib⁹ regionib⁹ ad oriētē. ⁊ inde ad ꝓpriā patriā reuertunt̄. Dei fili⁹ venatoꝛ optim⁹ cepit mirabilē ꝑdam omnes animas sanctoꝛū patrū de inferno. Cū igit̄ per resurrectionē de inferno ⁊ de sepulchro volasset ad ꝓpriā regionē aspirans volatū suū versus celū dirigens cū tota preda ascendit iuxta illud. Ascendisti in altū cepisti captiuitatē ⁊c. Ideo alibi. Ascēdit sup cherubin et volauit: volauit sup pennas ventoꝛum. Ale sui volatus fuerūt diuinitas et humanitas: hūc volatū mirabat̄. Psal. dicens. Dñe deus noster ꝙ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Qm eleuata est magnificentia tua super celos. De hac terra sequit̄ in secūdo. ¶Circa qd no. qdam curiosus inuestigatoꝛ q̄siuit a quodā magistro vbi esset terra. Dixit ille sub celo deoꝛsuȝ inferioꝛ. Sic enim scribit̄. Prouer. xxv. Celū sursum et terra deoꝛsum. Et ille cōtrariū (inquit) est: qꝛ celū est deoꝛsum et terra sursum superioꝛ: qꝛ corpus christi est super omnes celos. Esa. xiij. Terra mouebit̄ de loco suo iō dicit idē Esa. iiij. Erit germen dñi in magnificentia et gloria et fruct⁹ terre sublimis. Nota dicit̄ fruct⁹ et germen terre. Ad literā eni xpi ascensio erit cā nostre ascensionis. Ipse enim nobis clausis ianuis illius dom⁹ in qua melioꝛ est dies vna super milia aperuit poꝛtas eternales et introiens rex glorie: vt qui parati fuerint valeant introire exēplo nature. De quo ipse singulari mysterio dicit Jo. iij. Sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari opȝ filiū hominis vt oīs q̄ credit in illū non pereat: sed habeat vitam eternā. Ratio aūt quare xps in facto ascēsionis specialiter cōparat se serpenti est: qꝛ serpens vbicunqȝ caput intromiserit/sine difficultate totū corpus reliquū introducit. Christus est caput nostrū ecclesia autē corpus. Ex quo igit̄ dei filius celos aperuit et introiuit rex glorie. Faciliter corpus reliquū: cuius ipse caput est itroducet. Ideo dicit psal. Sup oēs sanctos suos ⁊ in eos q̄ cōuertūt̄ ad coꝛ. verūtñ ꝓpe timētes eū salutare ipsius vt inhabitet gloria in terra nostra. Et hec de secūdo.

¶Quantū ad tertiū. Nota ꝙ Sapien. iij. dr ꝙ bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fructus. Uideam⁹ enim iustū retributorē ſm meritū ⁊ laborē mercedē reddere ⁊ honorē: immo etiam vlteriorem. Mat. xxv. Euge serue bone et fidelis: qꝛ in pauca fuisti fidelis supra multa te constituā. Deus est ille iust⁹ retributoꝛ cui psal. loquitur. Tu reddes vnicuiqȝ iuxta opera sua. Christus autem est homo ille qui exiuit ad opus suū et ad operationeȝ suam vsqȝ ad vesperā. opera aūt ei⁹ non fuerūt nisi optima. Joan. x. Multa bona opera operatus sum in vobis: laboꝛ

autem eius fuit maximus: quia fuit vsq ad mortē/mortem autem crucis vt dicitur ad Phil.ij. et ideo dignum fuit pro labore et ignominia ꝙ ipsi corona merces redderetur et gloria. Hebre. ij. Uidimus iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum ps. Minuisti eum paulominus ab angelis gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Ad quam gloriam ꝛc.

¶ Collatio. xliiij. de penitentia per totā quadragesimā. ex psal. lxix.


Fugiant a facie arcus. In psal. lxix. Uulgariter dicitur vnum bonum fugere: valet vnū malum insequi Ratio est: quia prudens fuga est sepe causa salutis. Insecutio fatua est cā mortis. Quod insecutio fatua sit causa mortis. habemus. ij. Reg. ij. Cū enim asael cursor velocissimus persequeretur abner: locutus est abner ad asael. Recede noli me sequi ne forte cōpellar confodere te in terram. Qui audire noluit et percussit cum abner auersa hasta in iguine et transfodit et mortu⁹ est in eodem loco: ergo asaeli insecutio fatua fuit causa mortis. Quod autem prudens fuga sit causa salutis. Legimus. i. Rer. ix. Cum enim dauid esset coram Saul / quem agitabat spiritus domini malus/nisus est saul configere lancea dauid in pariete: et declinauit dauid a facie saul et fugit/et saluat⁹ est. ergo verū est ꝙ vnū bonū fugere valet vnū malū persequi. Ezechiel. vij. Saluabunt qui fugerūt ex eis. Si in bello corporali est hoc verū: multo fortius in bello spirituali qđ imminet semper in quadragesima. Non enim est in mūdo ita mala persecutio et insecucio sicut persecutio propriorū delictorū et propriarū iniquitatū. Finaliter enim conuertunt contra peccatores persecutores suos: et eos capiūt et interficiūt. Circundederūt me mala quorū non est numer⁹: cōprehenderūt me iniquitates mee et non potui. in Psal. Prouer. v. Iniquitates sue capiunt impiū et funib⁹ peccatorū suorū constringet. Et ideo sicut abner interfecit asaelem se fatue persequentem. Ita diabolus auersa hasta percussit et interfecit peccatorem hasta scilicet peccati que auertitur quia a principio est dilectio. sed in fine mortalis afflictio. Et non solum est vnica lancea: sed triplex scilicet lancea concupiscētie carnis: lancea concupiscentie oculorū. et lancea superbie vite. hac triplici lancea percutit cor peccatorū a dyabolo sicut Absalon fuit percussus a Ioab pendens in quercu. ij. Reg. ix. Ergo fatuissimū est persequi peccata: quoniam hec persecutio est causa mortis. Debemus ergo facere sicut dauid: qui cū saul id est mundus caro vel dyabolus tenet hastam/vel concupiscentie carnis / vel concupiscentie oculorū/vel superbie vite contra nos vt configat nos: declinemus et fugiamus: et sic saluabitur. hiere. xlviij. Fugite/ saluate animas vestras. Ad hoc instruuntur peccatores in verbis propositis. Fugiant ꝛc. vbi describit Psalmi.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Huanā iniquitatē<br>Diuinā maiestatē<br>Rigidā equitatem | Fugiat<br>a facie<br>arcus | Huane iniqtati<br>Diuine maiestati<br>Rigide equitati | debet | Horror<br>Honor<br>Timor |

et { Penitentia / Reuerentia / Obedientia } — { Fugiant / a facie / arcus } { Est enim

| | | | |
|---|---|---|---|
| Humana iniquitas<br>Diuina sublimitas<br>Rigida equitas | In | Horrore abhomiabilis<br>Honore mirabilis<br>Timore formidabilis | Fugiant<br>a facie<br>arcus |

¶ Quantū ad primū sciendū ꝙ omni homini debet esse horror expectare basiliscum/basilisci aspectū/cum solo aspectu interficit. Sed esset magis fatuus si expectaret tactum. Si enim solo aspectu interficit: quid faceret tactu et morsu?

Spiritualiter omne peccatũ comparatur aspidi. Sed peccatum immundicie tenet operationem spiritualiter basilisci. Ratio est. Auicenna enim dicit. Uenenum aspidis esse tante malicie q intra tres horas necat et interficit. Ita facit omne peccatum mortale. Prima est tentatio. Secunda est assensus et delectatio. Tertia hora in qua peccator moritur est peccati perpetratio et consummatio. Ita videtur dicere Iaco. in canonica sua ca. j. vnusquisq tentatur a concupiscentia sua ecce prima hora. Deinde concupiscentia cũ conceperit parit peccatum. Hec est secunda hora. Peccatũ aũt cũ consummatũ fuerit generat mortẽ. Hec est tertia hora: in qua peccati venenositas interficit peccatorẽ. Aspis ergo iste summe debet fugi sicut dicit Psal. Ecce elongaui fugiens et mansi i solitudine: hec est penitentia ad quam non audet aspis accedere. Sed spiritualiter per basiliscũ intelligitur peccatũ immunditie: qr solo visu interficit. Mat. v. Quicunq viderit mulierẽ ad concupiscendũ eã: mechatus est eã in corde suo: ita fuit ex solo visu basilisci dauid venenatus. ij. Reg. ij. Cũ enim deãbularet in solario dom9 regie vidit mulierẽ ex aduerso lauantẽ se. Ex hoc aspectu secut9 est adulterium et homicidiũ: non ergo debet expectari basilisci aspectus: sed quilibet sapiens debet fugere Iuxta illud. ij. Pe. primo. Efficiamini diuine consortes nature fugientes eius que in mũdo est concupiscentie corruptionẽ. Sed nota si debet timeri aspectus: nunqd debet multo maius morsus seu tact9? O q̃ venenat tact9 et morsus si tantũ venenat solus aspectus intact9. Nunqd legitur q ille sapiens moyses. Exo. iiij. Non expectauit vt tangeret eũ serpens: sed virga conuersa in serpentẽ tm̃ timuit morsum et tactũ vt fugeret moyses? Nunqd Gen. xxxix. erat basilisc9 dña Ioseph inficiens solo aspectu q̃ iniecit oculos in ioseph: eũ volẽs venenare tactu et morsu? qr dixit. Dormi mecum. Sed pro vero non fuit ita sapiens: nec similis ioseph in augurandi scientia in vniuersa terra egypti. nõ eñi expectauit basiliscũ nec basilisci morsum: sed festinus effugit. Unde dicitur ibi q cũ mulier molesta esset adolescenti: et ille recusaret stuprũ illa apprehensa lacinia vestimenti. Dixit/ dormi mecũ. Ille relicto pallio in manu ei9 fugit et egressus est foras. O q̃ rari essent qui palliũ in manu mulierũ dimitterẽt vtinã non sint hodie qui palliũ in manũ mulieris ponant et donẽt: ideo non est similis ei in augurandi sciẽtia. Non ergo debet expectari basilisci aspectus et multo minus tactus vel morsus. Sed debet homo statim fugere: sola enim fuga in istis est victoria: vnde per fugam est verũ illud psal. Super aspidem et basiliscũ ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Propter hoc igitur: quia sola fuga spiritualiter in peccato immunditie est victoria. Scripsit quidam versificator sic/ non solum de aspectu et tactu: sed quacunq oportunitate. Si vitare velis venerem loca tempora vita. Et locus et tẽpus pabula prebet ei. Persequitur: si tu sequeris fugiendo fugatur. Si cedis cedit/ si fugis illa fugit. ergo omne peccatum debet homo tanq̃ serpentem fugere. Eccli. xxj. Fili peccasti ne adijcias iterum sz de pristinis depcare vt dimittantur tibi quasi a facie colubri fuge peccata. Si accesseris ad illa suscipient te dentes leonis dẽtes eius interficiẽtes animas hominũ. Sed dices frater christus Mat. x. docet nos dicens. Estote prudẽtes sicut serpentes: ergo si fugiamus serpentes quomodo possumus effigiari serpentes et imitari? Respondeo: fugiendum malũ imitandũ bonũ. Ubi notandum q sicut peccatũ cõparatur veneno in malitia: ita peccator serpenti in astutia. Ut enim dicunt naturales experti: serpens est huiusmodi astutie q volens transire aquam vel fluuiũ in ripa anteq̃ transeat euomit vel deponit venenũ: et ideo etiã dicunt morsum serpentis intra aquã non esse venenosum vel periculosum. ita debent astute facere peccatores. Cũ enim in principio quadragesime habeant torrentẽ penitentie pertransire: debent in principio in ripa peccata-

per confessionem euomere: et per voluntatē deponere vt possint salubriter torrentem penitentie pertransire. Ita videbatur Johannes loqui peccatoribus. Mat.iij. progenies viperarū quis docuit vos fugere a ventura ira: ergo venenū totaliter est deponendū: et postea in perpetuū fugiendū. Hierem. lj. Terra repleta est delicto. fugite de medio babilonis vt saluet vnusquisqȝ animā suam. Nolite tacere super iniquitate eius: quoniam tempus vltionis est domino. Et hec de primo.

¶Quantū ad secundū. Nota ꝙ in vulgari modo cōiter dicit ꝙ facies hōis portat secum virtutē: quod si de humana facie est verum: multo fortius de diuina Prouerbio.xx. Rex sedens in solio iudicij intuitu suo dissipat omne malū. Igitur ita contingit spiritualiter: sicut aliquando temporaliter contingit aliquē facinorosum aliquod magnū scelus cōmittere quod credit omnino latere: et tamen cōmittit in facie regis clare hoc cernentis. Igitur reus sciens se deprehensum aliquando callide et astute cum rege componit: non vult expectare cōmune iudiciū et cōmunē sententiā: quia ex quo veniret in publicū non haberet ita bonum forū: sed habet aliquē mediatorē ad regē qui tractat aliquam cōpositionē aliquod pactū: et sub secreto quasi pro nihilo totū transit/et totū euadit. Quando aūt aliquis est ita fatuus ꝙ in scelere per vultū regiū deprehensus: non curat cum rege secrete cōponere: et expectat vltimā et cōmunē sententiā sepe suspenditur per collū. Ita vidi de facto in Auinioñ. quia in sermone publico rege quodam presente bursas scindente in facie regis cernentis in medio pressure deprehensus infra triduū est suspensus. ita spiritualiter quidā cōmittunt scelera ac si diceret illud. Psal. Non videbit dñs nec intelliget deus Jacob. Sed hoc est valde fatuū: quia dñs scit etiam cogitationes hominū vt docet Psalm. Si ergo facies regis temporalis suo intuitu dissipat omne malū. Nonne peccator dei faciem deberet fugere et erubescere cuncta cernentis: et tamen ipse loquitur contra eos. Foderunt ante faciem meam foueā et inciderunt in eam. Non ergo potest peccator se abscondere a facie dei quia omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius. Hebre.iiij. Ideo de vultu dei procedit iudiciū: quia eius oculi viderūt equitatem. Igitur quia in operibus manuū suarū cōprehensus est peccator: nō debet expectare cōem sententiā et vltimū iudiciū: quia in illo cū tēpus accesserit ipse deus iustitias iudicabit non fiet misericordia. Sed dabitur peccatoribus illis terribilis sententia. Ite maledicti in ignem eternū. Mat.xxv. Ideo dicitur Abacuc.iij. Ante faciē eius ibit mors. Debet ergo peccator p̄occupare faciem dei: et ante iudiciū cōe et vltimū habere mediatorē et facere cōpositionē. Mediator aūt est confessor/cōpositio est peccatorū confessio, peccatorū contritio ⁊ recognitio. O q̄ parua cōpositio et q̄ facilis vt ad solā recognitionē deus largiat remissionē. non haberetur ita bonū forū in curia mundi. Prouer.xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit ⁊ reliquerit ea misericordiā consequetur a dño. ideo psal. Preoccupemus faciē eius in confessiōe. Ad hoc specialiter est institutū istud quadragesimale tēpus in quo si faciem eius preoccupauerimus nos vltimū iudiciū timere non habemus. Ita dicebat Psal. qui sepe istam cōpositionē fecerat cū deo. Montes exultabunt a facie dñi quonia venit iudicare terrā. Montes sunt illi qui de valle sunt in altitudinem gratie eleuati. In illo enim iudice erit in iudicio facies terribilis malis et bonis amabilis. Hester.xv. Mirabilis es dñe ⁊ facies tua plena est gratiarū. Hec de secundo.

¶Quantum ad tertiū. Dic si vis quare cōparatur diuina sententia arcui: propter quatuor que concurrunt circa arcū. Primo enim arcus ⁊ sagitta preparat. Secundo sagitta in arcu ponitur. Tertio chorda trahitur. Quarto post tra

ctū chorde sagitta emittit. Et q̄to diuti⁹ chorda tēsa tenet: tanto graui⁹ vuln⁹ infligit. Hec q̄tuor ex pte diuine snie rñdēt alijs q̄tuor ex parte humane culpe. Primo nāq̧ est in pctōre ad peccandū cōsensus ⁊ volitio. Scd̄o pcti ppetratio. Tertio pcti continuatio. Quarto in pctō mors ⁊ cōsummatio. Cōtra primū ex parte dei arcus ⁊ sagitta disponit: Cōtra secundū sagitta in arcu ponit. Contra tertiū chorda arc⁹ ⁊ sagitta retrahitur. Cōtra quartū sagitta emittit. Et q̄to diutius de⁹ expectando arcū tensum tenuit: tanto ꝯtra impenitētē in morte durius vulnus infligit. Tarditatē em̄ grauitate cōpensat. Ro. ij. Scd̄m duritiam tuam ⁊ cor impenitens thesaurizas tibi irā in die ire ⁊ reuelatiōis iusti iudicij dei: Hec quatuor per ordinē describit ps̄. Nisi conuersi fueritis gladiū suuz vibrauit: arcū suum tetendit. q̄tū ad primū. Et parauit illum: q̄tū ad scd̄m. ⁊ in eo parauit vasa mortis: q̄tum ad tertiū. Sagittas suas ardētib⁹ effecit. q̄tuz ad quartum. Sed dices/ frater quomodo iste ps̄. mandat fugiendū a facie arcus. a facie diuine snie: cū ipse dicat ꝙ dei sniam manū sue curie nullus possit fugere. null⁹ possit euadere. Dicit em̄ ps̄. Quo ibo a spū tuo: ⁊ quo a facie tua fugiā ⁊c. vsq̧ ibi. etem̄ illic manus tua. Dicit aūt Job. x. Cū sit nemo q̄ de manu tua possit eruere. ergo quare dr/ fugiāt a facie arcus? Rñdeo: q̄uis nemo diuinam sniam: diuinā sagittā posset euadere: potest tñ ne noceat declinare sicut corꝑaliter experimur. Si eī sagitta a sagittante aliquo emittatur stās erect⁹ contra faciem arcus sagittam non euadet. Sed si veniēte sagitta ad terram se prosternat sagitta pertransibit: ⁊ ꝓstratū minime vulnerabit. Et q̄to sub terra se abscondat ꝓfundius tanto hʒ timere minus: Sic spūaliter. Diuina enim sagitta ab arcu diuine snie egrediens: eos quos erectos ⁊ obstinatos inuenit i pctis: vulnerat atq̧ necat. Sed q̄n aliq̄s ad terrā se proijcit pctā recognoscendo/ confitēdo: penitētiā agēdo: se humiliādo illū: diuina sagitta sine lesiōe ptransit: ⁊ tanto securius q̄to se profundat infimius. Ideo ecclesia modo vult filios suos ꝓstrari ⁊ humiliari per pctōrum recognitionē: confessionem ⁊ satisfactionē. Et vt totaliter diuine sagitta snie transeat sine alicuius lesione. Heri in die ciner̄ non soluz ad terrā eos ꝓstrari voluit: sed etiam sub terra abscondit/ ponēs terram ⁊ cinerem super omnium capita dicens. Memento: q̄r cinis es: ⁊ in cinerem reuerteris. tales vere prostratos ab ista sagitta timere non opʒ vt dicit ps̄. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. a sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris. ab incursu ⁊ demōio meridiano. Cadent a latere tuo mille: ⁊ decē milia a dex. tu. ad te aūt non appropinquabit. Fig. est. iij. Reg. xxi. Cū em̄ Achab fecisset interfici Naboth propter eius vineam quam volebat: ⁊ iret ad possidendam vineam/ De⁹ tetendit arcū sue snie: ⁊ misit sagittas per Esaiā dicens: Occidisti insuper ⁊ possedisti i loco hoc in quo linxerūt canes sanguinem naboth: lingent sanguinem tuum ⁊ inducam super te malum ⁊c. Achab aūt sicut sapientissimus declinauit ⁊ prostrauit se ad terram. Unde ibidem. Quod cū audisset sermones istos scidit vestimēta sua ⁊ operuit cilicio carnē suam. Jeiunauitq̧ ⁊ dormiuit in sacco ⁊ ambulauit demisso capite: ideo illū sine lesione sagitta pertransijt. Unde fact⁹ est sermo dñi ad Helyam. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? q̄r igitur humiliat⁹ est mei cā non inducā malū in dieb⁹ ei⁹. Hoc igit̄ forte est illud qd̄ voluit ps̄. dicere: q̄n dixit. Intendit arcū suum donec infirmetur. i. humiliemur hoīe em̄ ꝓstrato ⁊ humiliato de⁹ arcū suū remittit ⁊ distendit. Igit̄ si perfecte prostratus ⁊ humiliat⁹ fueris nō restat aliud nisi illud qd̄ dr̄ Eccle. xliij. Uide arcuz ⁊ benedic qui fecit illū. vt em̄ dr̄ Eccli. l. Est arcus refulgēs inter nebulas glorie. Ad quam ⁊c.

¶ Colla. xlv. de annunciatione dominica. ex ps̄. lx.


Nhabitabo in tabernaculo tuo in secula. In. ps̃. lx. Secundum mun
danum sapientez actus actiuorum sunt in paciẽte disposito. Cuius
ratio est: q̃libet res libẽter est ⁊ cõseruatur in loco ꝓportionato: quã
ꝓportionẽ facit dispositio. Hoc experimur manifeste/ qꝛ videmꝰ esse
differentiam inter aues terrestres ⁊ celestes. Aues namq; terrestres:
quia sunt volatus inferioris non habitant nisi in inferioribus. Vñ non nidifi
cant nisi in arbore vt pȝ de pica. Aues autem celestes: qꝛ sunt volatus superio
ris. non habitant nisi in superioribus. vnde nidificant in monte: in alta rupe/
vt pȝ de aquila. Hoc idem per figuram legimus in scriptura. Dauid eñ subli
matus ad regni solium quesiuit sibi ad habitationem altum locum tanquaȝ
proportionatum sue dignitati ⁊ congruum. s. montem syon. vnde dr̃. j. Paral. x
Dauid cepit arcem syon que est ciuitas Dauid in arce. Idcirco appellata est
ciuitas Dauid. Dei filius est auis celestis orientalis quam virgo beata voca
uit ab oriente celestis patrie. Esa. xlvj. Vocans ab oriente auem. Ipse eñ visi
tauit nos oriens ex alto Luce. j. Hoc est ideo auis non terrestris: sed celestis: qꝛ
qui de terra est de terra loquitur: qui autem de celo venit super oẽs est Joã. iij
Igitur diabolus sicut pica homines per temptationes diuersimode priuans
non in altis: sed in hominibus infimis facit nidum suum. Cuius figura est ꝙ
Marc. v. c. dicitur. In porcos. i. in homines immunde viuentes intrauerunt: sed
illa celestis aquila dei filius non nisi in altis ⁊ in arduis: in petra posuit nidũ
suum idest in virgine. In virtutum culmine super ceteras creaturas eleuata: ⁊
in firmitate fidei solidata. vnde Job. xxxix. Ad preceptum tuum eleuabiꝶ aq̃=
la: ⁊ in arduis ponet nidum suum: in petris manet: in preruptis silicibus com
moratur. ideo dicit ps̃. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat ⁊ hum.
respicit. ideo dei filius velut alter dauid vultu desiderabilis: quia speciosus
forma pre filijs hominum cepit arcem syon. idest partem sublimiorem ciuitatꝭ
hierusalem: hec pars sublimior ciuitas ecclesie militãtis est virgo beata quaȝ
cepit dei filius: non captione violentie: sed electione ⁊ infusiõe specialis gratie
vnde Luce. j. ꝙ missus est angelus gabriel a deo ⁊c. ad virginem. Ecce eleuatio
Fuerunt simul virginitas ⁊ fecunditas. Aue (inquit) gratia plena dominus te
cum. Ergo hec dicta est ciuitas Dauid. habitauit in ea. s. per incarnationem.
ps̃. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit
eam. qꝛ igiꝶ Dauid. s. filius dei habitauit in ea dicta est ciui. dei. ps̃. Magnus
do. ⁊ lau. ni. in ci. do. no. in mon. sancto eius ⁊c. vsq; vbiq; ibi. Ciuitas regis ma
gni. Hec est igiꝶ pars dei filio ratione eleuationis proportionata inhabitatio
qꝛ ipse est altissimus. Tu solus altissimus super oẽm terram. in ps̃. ideo diciꝶ
ibidem. Et elegit dñs syon: elegit eam in habitationẽ sibi. Igiꝶ dei filius in si=
nu paterno ꝓgrediens mundum istum ingrediens ad virginis habitationem
perueniens. sic eam curialiter alloquitur. Inhabitabo ⁊c. In quibus verbis fi
lium dei venientem describit ꝙ pulcherrime. qꝛ.

Aggreditur — inhabitabo
Ingreditur — in tabernaculo — Et eam pulchre — aggreditur / ingreditur / progreditur
Progrediꝶ — in secula

qꝛ preueniẽs aluũ virgineũ — inhabitabo — pulchre quidem — aggrediꝶ
introiens pectꝰ cõsentaneuȝ — in tabernacu. tuo — ꝓgrediꝶ
stabiliẽs pactũ spontaneum — in secula — ingrediꝶ

qꝛ prouiniẽs aluũ virgineũ — manẽs eternꝰ genitura — inhabitabo
introiẽs pectus consentaneũ — creãs factus factura — in taberñ. tuo
stabiliens pactum spontaneũ — firmãs fultꝰ natura — in secula

¶ Quantum ad primum. Nota ꝙ Eccli. xviij. dr̃. Ab vno sensato inhabitabitur

terra ꝛ a tribus nuptijs deseretur. Uult dicere ꝙ tres mali reddunt terrã deser
tam: ꝛ vnus sensatus reddit habitatã: ita recte est ad propositum. Deꝰ huma
nam naturam creauit optimam tãꝗ terrã fructiferam. Sed coniuncti fuerunt
tres impij: ꝛ terrã destruxerũt: ꝛ que erat dei habitatio inhabitabilem deo red
diderunt. Hi tres impij fuerunt diabolus/ Adã/ Eua. Isti cõuerterunt terram
fructiferã in salsuginem a malicia habitantiuz in ea: vnde vidit deus ꝛ ad ira
cundiam concitatus est ꝛ ait. Abscondam faciem meam ab eis. Deut. xxxij. sꝫ
tandem ab vno sensato: immo ab illo qui est fons sapientie in excelsis fuit hec
terra inhabitata. Sed q̃ũo recte sicut dicitur in vulgari: tñ em̃ alicui est optie:
ꝛ querit alia per que potest habere malo (consueuit dici). Cestuy va cherchant
le mal cõme le medecin. Iste querit malum sicut medicus. Contingit aliq̃n q̃ð
magnus princeps cui est optime in sua patria qui fruitur optimis ꝛ opimis in
ciuitate sua querit nouam patriam ꝛ non ita bonam ad spacium ꝛ ad solatiũ
dimissa meliore: vnde aliq̃n reperto specioso horto consueuit ad tempus nõ ob
stantibus pluuijs/ ꝛ multis aduersitatibus quas ipse ꝛ sui sustinent in tali
deserto ꝛ inhabitato suam ponere habitationem: ꝛ de tali consueuit dici/ ꝙ q̃=
rit malum sicut medicus. Ita spũaliter dei filius princeps omnium regũ ter=
re: vt dr̄ Apoc. i. Habens eterne beatitudinis infinitam fruitionem in patris de
xtera/ aͣ regione mundane patrie voluit declinare ad terraz vtiq̃ disparem pri
me: q2 eius patria est patria optima: q2 habẽs omnia bona domini in terra vi=
uentium: vt dr̄ in ps̃. Sed patria huius mundi est terra tenebrosa ꝛ opta mor=
tis caligine: vt dr̄ Iob. iiij. cap. Non obstante autem pluuia persecutionis ꝛ tẽ=
pestate passiõis in se ꝛ in sua familia quoad suos apostolos: ꝛ fideles ceteros
in hac patria vrio orta / pulcherrimo deserto ab omni virili consortio non ha=
bitato ab aliquo vitio per suum nuncium Gabrielem archangelum adinuen=
to ꝛ reperto ad manum suam per illud. Dñs tecum fecit in eo suam habitatio
nem. vnde in ea incarnatus est ꝛ veraciter humanatus. Illa ergo terra huma=
na que a tribus impijs erat reddita deserta ab vno sensato postea est inhabita
ta sanctitate introducta/ ꝛ omni iniquitate procul pulsa. vnde dicit ipse per ps̃
In terra deserta inuia ꝛ inaquosa: sic in sancto appui tibi. Ad hoc vult loqui
Esai. lxij. Non vocaberis vltra derelicta: ꝛ terra tua non vocabitur amplius de
solata. Sed vocaberis voluntas mea in ea ꝛ terra tua inhabitabitur: q2 cõpla
cuit domino in te. Nota de muliere que dixit ꝙ q̃n homo est tediatus de pane
triticeo: libenter comedit de siligineo: ꝛ tali consueuit dici ꝙ querit meliorem
panem ꝗ̃ de frumento: sed vere potest dici quod christus veniens ad istam ha
bitationem querebat malum sicut medicus vtiq̃ ꝙ sustineret quantum ad pe
nam in se: ꝛ quod curaret quantum ad culpam in te. An forte non ipse est ille
medicus de quo primi Regum secundo. Dominus mortificat ꝛ viuificat: dedu
cit ad inferos ꝛ reducit. Et de quo Augustinus. Ad nos venit de celo medicꝰ
magnus: q2 totus mundus iacebat egrotus. Figuratur Luce decimo. Homo q̃
dam descendebat ab hierusalem in hierico: ꝛ cecidit inter latrões qui expolia
uerunt eum: ꝛ plagis impositis eum semiuiuum reliquerunt. Quis est iste ho
mo qui descendit: certe ipse est Adam de hierusalem descendens. i. de statu in
nocentie in statum culpe: ꝛ diaboli despoliauerunt euz: ꝛ plagis impositis. q2
vulneratus fuit in corpore ꝛ anima. Uenit enim medicus supremus in vterum
virginis: ꝛ sanauit eum ab omnibus infirmitatibus suis. Hoc nunq̃ potuit fa
cere Galie. An nõ iste est ille q̃ sanat contritos corde ꝛ alligat contritiones eo
rum vt docet ps̃. Iste est ille medicus qui gustauit medicine mortis amaritudi
nem: vt tolleret a nobis mortalem egritudinem: ergo quesiuit malum sicut me

dicus: quesiuit vbi iacebat egrotus. Primam dietam fecit ad vterum virgina lem vbi primitus fecit primam curam. Apud hospitem enim suã abstulit oppro briũ sterilitatis largiens donum fecunditatis. Ubi obsecro istã receptã posuit Auicenna: vt matrem redderet: et virginem conseruaret: vt fecunditatem et fructum adduceret: et flos pudoris non marcesceret: hyppocra. ad talia non pueruit. Sed huc ad hoc venit medicus vt in se mala sustineat: et a nobis ea tollat: et vitam tribuat et gloriam. Psalmista. Ueruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra. O que te vicit clementia vt ferres nostra crimina: crudelem mortem patiens vt nos a morte tolleres. Hec fuit magna benignitas medici: vt tantus medicus ad talem habitationem amore veniret egroti. Apocalypsis vigesimoprimo. Ecce tabernaculũ dei cum hominibus: et habitabit cum illis: et ipsi populus eius erunt/ et ipse erit eorum deus Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: et mors vltra non erit: neqz luctus: neqz clamor: neqz dolor: quia prima abierunt. Totum medicorum antidotarium. Antidotarium non potest habere simi'e dictamen vel similem amphorismum. Exponatur ad placitum. De hoc autẽ tabernaculo sequitur in secundo. Circa quod nota quod Johann. dei filium venientem vocat lucẽ. Joannis primo. Erat lux vera et c. Hec lux aliquando sic fuit abscondita vt nullatenus videri posset. vnde Job valde sollicitus. xxxviij. capitulo. petebat. Indica mihi si nosti in terris in qua via habitet lux. Et pro vero quia in toto veteri testamento hec lux homini non lucebat: sed erat velata figuris: obumbrata mysterijs: ideo nullus respondere sciuit nisi lucifer ille Psal. Posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius: tabernaculum eius tenebrosa aqua in nubib'ae ris. Ideo petebat sapiens Sapien. xxxvj. Ostende nobis lucem miserationum tuarum. Sed hodie ista lux in tenebris lucet: et incipit respondere questioni Job dicentis. Indica mihi si nosti in qua via habitet lux. Posset naturaliter responderi qꝫ habitatio propria fons tabernaculum et habitaculum primum et principale lucis naturalis est sol materialis. Ita certe de luce increata si queratur. Indica mihi si nosti hodie in qua via habitet lux. Dicam qꝫ pprium habitaculum lucis increate: est sol spiritualis. i. virgo maria sola cum virginitate et fecunditate/ sicut sol refulgens in templo dei. Et ideo Psal. qui respondit quantum ad vetus testamentum: respondeat quo ad nouũ. Indica (inqt iob) mihi si nosti in qua via habitet lux. Respondet Psal. In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo. Nota quã primo vocat solem: postea vocat thalamum. Ratio est quare virgo beata dr sol. In sole enim naturali videmus qꝫ sol lucẽ a nullo alio corpore recipit nisi a solo deo. Omnes autem alij planete: non solum a deo: sed ab alio corpore luminoso lucem recipiunt. Radius igitur in sole a deo datus ingreditur absqz corporis solaris corruptione: et ingreditur absqz solis quacunqz violatione. Sic beata virgo dicitur sol et filius' radius: quia omnes alie mulieres non a solo deo sed etiam ex adiuncto viro prolem suscipiunt: et ideo cum corruptione concipiunt: et cum dolore et violatione violate pariunt. Sed sola virgo sicut sol radiũ a solo deo suscepit filium hac die sine corruptione concipiens: et sine dolore inuiolata paritura vnde cantamus ei in quadam sequentia. Sicut sydus radiũ profert virgo filium et c. Et ideo dicitur de isto radio qꝫ in sole posuit tabernaculum suũ. Propter hoc petebat ps. Dñe quis habitabit in taber. tuo et c. Respõdet ipse. Qui ingre. sine macula. Solus dei fili' vterũ maternũ ingressus est sine macula in se/ et absqz macula in mare: et ideo solus iste in sole posuit taber. suum. Sed nota quã vocat solẽ postea vocat thalamũ. Ratio est: qr cũnis spõsus habeat plures cameras quas inhabitat: tñ hꝫ vnã specialẽ secretã quã cũ

sponsa nullus ingreditur nisi ipse/et illa thalamus appellatur. Sic dei filio/cuius ipse habeat diuersas cameras.i. diuersas sanctas conscientias quas inhabitat per gratiā iuxta illud.j.Corinth.iij.Nescitis qꝛ templū dei estis:⁊ spiritus dei habitat in vobis.Unde habuit camerā specialē secretā quā nunꝙ aliquis ingressus est nisi ipse solus:⁊ hoc fecit hodie quam inhabitauit per personalē presentiā.Et hec camera que fuit vterus virginalis soli sibi secretus dicta est thalamus huius sponsi.hoc fuit pulchre figuratū Ezechie.xliiij.Uidi portā in domo dn̄i clausam.Porta hec clausa erit ⁊ non aperietur: qꝛ solus deꝰ intrat et egredietur per eā.Expone figurā si vis vt alibi.De hoc ergo thalamo in quo secrete solus deꝰ fuit sicut in proprio tabernaculo. videt̄ ipsa dicere illud Job.xxiij.Splendebat lucerna eius ad caput meum ⁊ ad lumen eius ambulabā in diebꝰ adolescentie mee:qn̄ secrete deus erat mecum in thalamo meo. Ecclesia.xxiiij.Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: quere in sermonibus illis sanctificauit:et deus noster.

¶Quantū ad tertiū.No.ꝙ inter pactum vel fedus humanū ⁊ diuinū est differētia:qꝛ pactum ⁊ fedus diuinū est firmū stabile ⁊ perpetuum ⁊ durāe in secula. Sed fedus ⁊ pactū humanū est mobile factum ⁊ instabile: de pacto diuino patet.qꝛ Psal.Jn eternū dn̄e permanet verbū tuū.Gen̄.ix.Ego statuā pactū meum vobiscum et cum semine vestro post vos.Sed de mundano dicit Psal.omnis homo mendax.mendaces filij hominū.Nunquid laban legit̄ mutasse decies mercedem Jacob genero suo.Gen̄.xxxj.Dei filiꝰ pepigit fedus cū humana natura in vtero virginis sibi ipsam assumēdo in vnitatē suppositi.hoc fuit celeste connubiū in thalamo vteri virginalis hodie consummatū.Sed hm̄oi matrimonij nunꝙ potuit/nec poterit celebrari diuortiū:qꝛ pacto diuino ⁊ perpetuo in secula est firma tn̄.ideo dicebat Psal.Cōfitebor tibi in seculū qꝛ fecisti: anima qd̄ē per passionem fuit a corpore separata: sed vtriꝗ remansit diuinitas semꝑ vnita.Nota exēplū de arcu fracto ⁊ chorda.et ideo pactum istius vnionis beate dicitur in secula.Johā.viij.Semper mecum est ⁊ non relinquit me solum: quia q̄ placita sunt ei facio semper. Nunꝙ diuinitas in quacūꝗ ꝑassiōe humanitatē reliquit?Non sic seruant mundani pactū illis quos diligunt/si em̄ eis sunt vniti in prosperitatibꝰ/tn̄ eos relinquūt in aduersitatibꝰ. Jta fecerūt apostoli circa christū. Quē enim in prosperitatibus secuti fuerant in tēpore passionis omnes eo relicto fugerunt/quilibet potest mundo dicere. Elongasti a me amicū et proximum et notos meos a miseria. Jn miseria em̄ nullus cognoscit amicum. Sed non est tale fedus dei:immo in miseria est maxime amicus vnicus. Psal. Cum ipso sum in tribulatione:eripiam cū et glorificabo eum.longitudine dierum adimplebo eum:ideo dicitur hic.Jn secula.hoc cognoscebat Psal. Exaltabo te deus meus rex ⁊ benedicam nomini tuo in seculum/⁊ in seculū seculi.Jpse enim est ille de quo Apocalyp.j. Dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo/et fecit nos deo nostro regnum et sacerdotes ipsi gloria in secula seculorum.,Amen.

¶Collatio.xlvi.De beato nicolao.ex Psal.lxviij.

Operui in ieiunio animam meam.in Psal.lxviij.Uas plenum vino vel alio liquore precioso non potest melius ab immunditia preseruari: ꝗ̄ꝙ sit coopertum cooperculo bono. Cum enim est bene coopertum non potest puluis intrare/ palea venire musca vel alia immundicia incidere.Cuius oppositum est quādo vas manet discoopertum.Jdcirco figuraliter dictum est Nume.xix. Uas quod non habuit cooperculum vel ligaturam desuper immundum erit. Uas plenū liquore precioso est humana anima plena diuina gratia.teste aposto.ij.Corinth.iij.habemus thesaurum in

vasis. Hoc vas debet in summa munditia puritate et pulchritudine custodiri:
ne aliquo modo puluis auaritie: palea supbie/lutū immunditie/ musca cuius=
cūq3 culpe valeat subintrare. Prouer.iiij. Omni custodia serua cor tuū quia vt
dr Prou.xxij. Qui diligit cordis munditiā: habebit amicū regē. Custoditur aūt
istud vas in puritate et munditia per operculū quādo stat anima bene cooper
ta. Hoc autē operculū est penitentia. Ratio est: musca non libenter ponit se in
loco sicco/ macilento/ ⁊ arido sed in loco humido/pingui/et vnctuoso. Unde pro
vna musca que sit in ecclesia: sunt mille in coquina: ⁊ pro vna in capitulo/ sunt
centū in refertorio. Ita recte musca.i. diabolus vel mortalis culpa non faciliter
se ponit in loco arido penitentie. quia ibi nihil inueniret pro se: sed in loco pin=
gui carnalis lasciuie vite delitiose et voluptuose ibi faciliter inuenitur. Recte
sicut mel ⁊ alia cibaria sequuntur musce in estate. ita culpe sequuntur ad vitā
voluptuosam ⁊ deliciosam. vnde pro vna musca que sit in capitulo in loco cor=
rectionis ⁊ penitētie: sunt decē in refertorio voluptatis et delitiose vite. Cooper
culum ergo defendens animā ab immunditia a musca ab omni mortali culpa
est penitentia. Omnino igitur beatus Nicolaus vas suum volens possidere in
sanctificatione/ in munditia et puritate: ideo a principio sue pueritie penitētie
operculū opposuit ne musca.i. culpa aliqua posset modo aliquo subintrare. vñ
adhuc puerulus feria quarta et sexta ieiunās mamimas semel in die sugebat:
ideo hoc in verbis assumptis Psal. in eius persona testatur operui ⁊c. Ubi de=
scribit beati nicolai.

Prouidentiam }
Penitentiam } —— { operui
Sapientiam } { in ieiunio
{ animam meam

Induxit de } —— { prouidentia pfectionis — pulchritudinem — operuí
{ penitentia afflictionis — magnitudinē — in ieiunio
{ sapientia intentionis — rectitudinem — animā

Fuit igitur in beato Nicolao sm hec

Perfectionis pulchritudo propulsiua vitiorum }
Afflictionis magnitudo inductiua meritorum } ideo dr { Operui
Intentionis rectitudo directiua premiorum } { in ieiunio
{ aiam meā

¶ Quantū ad primū. No. dr in nostro vulgari prouincialico tale prouerbium.
Qui counre sa maison dardoise cent ans se repose dit salomon. Qui bien ne le=
stouppe sa mort luy couppe. respont marcolf. literaliter. Qui cooperit domum
suam de tegulis centum annis requiescit: vt Salomon dicit. qui bene eam non
inlignat et infuscat mortem suam procurat vt Marcolfus respondet. Hec pro
tanto dicta sunt: quia reperitur triplex domorum coopertura: quedam enim
cooperiuntur de paleis/ quedam de lateribus terreis quedam de tegulis lapi=
deis. Inter has coperturas: nulla est durationis nisi de lapide: quia palee fa=
ciliter comburuntur et lateres faciliter destruuntur. Sed tegule lapidee non ci=
to leduntur ab igne/ nec franguntur a ventorum turbine. Ita spiritualiter qui=
dam cooperiūt suam vitam: suam conscientiam de paleis que faciliter combu=
runtur. id est diuitijs que faciliter amittuntur. Unde de auaris dicitur. Iosue
secūdo. q operuit eos lini stipula. Isti non quiescunt centum annis. id est pro=
pter eas cruciantur multis annis in hac vita et in perpetuum in gehenna: quia
palee consumūtur. Igitur. Matthei tertio. Paleas comburet igni inextinguibi=
li. De congregatione diuitum et diuitiarum. in Psalmo. Operuit super cōgrega=
tionem abiron: et exarsit ignis in synagoga eorum flamma combussit peccato=
res. Istorum opertura est pessima. Sic fuit de illo diuite epulone qui sic se in=
duerat et operuerat diuitijs qui sepultus est in inferno. Luce decimo qnto. qui

in igne palearum clamabat. Crucior in hac flamma. Alij operiunt se terra late ribus terreis qui fiunt ex luto: et isti sunt immundi qui operiunt se delitijs: et istos modicus flatus vnius infirmitatis frāgit et rumpit/ et istis datur ista sen tentia. Apoca. decimooctauo. Quantum se glorificauit et in delitijs fuit: tantū date illi tormentum et luctum. ideo promittitur eis pro lecto linteaminum et opertura laterum structura tinearum: et opertura vermium. Esai. decimoquar to. Subtus te sternetur tinea/ et operimentum tuum erunt vermes. Nume. xvi. Descenderunt in infernū venētes operti humo. Ergo tam auari et tenaces quā immundi et turpes habent pessimum operimentum. vnde de eis scripsit psal= mista. Operti sunt iniquitate ꝯtum ad immundos: et impietate sua quātū ad auaros. ¶ Sequitur de auaris. Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diui tias. Postea de immundis. Quia ecce qui elongant se a te peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur. Alij sunt q̄ se cooperiunt de tegulis lapideis. id est de actibus virtuosis quos nec ignis consumit auaritie/ nec aliquis flatus rumpit immunditie. Et isti non solum centū annis/ sed semper requiescunt in pace: q2 Amodo iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis ⁊c. Apocalyp. deci= moquarto. De istis psalmista. Operuit celos gloria ei9. id est celestes viros ⁊c. Sed dicit prouerbium. ꝙ cooperiens de tegulis nisi bene et fortia ligna suppo nat/ mortem sibi procurat. Lignum fortem coopert uram virtutum sustinens est recta intentio bona opera ad deum dirigens. ideo qui rectam intētionem sicut lignum forte et imputribile non supponit sicut ypocrite morti se exponit. Con= tra quos loquitur christus. Luc. xij. Nihil opertum quod non reueletur. Et tūc iuxta psalmistā. Operietur sicut dysploide confusione sua. Ecclesia. xxvij. O presumptio nequissima: vnde creatura es cooperire aridam maliciā et dolosi= tatem illius: quia igitur hypocrisis est lignum fragile tectum preciosorum la= pidum non potest sustinere: sed cadens opprimit hypocritas. In quorum per= sona dicit psalm. Humiliasti nos in loco afflictionis: et cooperuit nos vmbra mortis. Beatus nicolaus sicut bonus artifex in domo sua tectum non posuit de paleis: quia nō curauit de diuitijs: immo paleas dispersit: elemosynas pau peribus diuisit. Dic quomodo per aurum datum illas tres puellas maritari fecit. Uide in vita eius historiam. Item nec de lateribus terreis: quia nō de de= litijs: non cibarijs sed ieiunijs: non immunditijs: sed puritate et castitate. Un= de vide in vita sua quomodo mulierum consortia fugiebat. Operuit ergo do= mum suam lapideis tegulis: immo lapidibus preciosis: quia actibus virtuo= sis. Patet de iustitia: quando tres virgines innocentes morti addictos: et tres principes condemnatos a morte liberauit. Uide historiam in legenda. Patet etiā de varietate in tributo postulato a nautis: ⁊ postea dispēsatorib9. et sic de alijs. Ezechie. vigesimo octauo. Tu signaculum similitudinis plenus sapien= tia/ perfectus decore/ in delitijs paradisi dei fuisti omnis lapis preciosus ope= rimētum tuum. Hec de primo. Si fieret sermo ad populum/ hec auctoritas pos= set exponi.

¶ Quantum ad secundum. Nota ꝙ peccatum comparatur per Esai. v. Funicu= lo vel vinculo. Ue qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis: et quasi vin culum plaustri peccatum. Ratio est hec ad propositum. Contingit reis incarce ratis ꝙ incathenantur et ponitur manus in vinculo: et pes in anulo. Ꝗdiu igi= tur stant in pascuali vita comedunt et bibunt satis: stant pingues et rotundi/ manus et pedes sunt grossi/ stant ligati et vinculati/ nec possunt liberari: quia non possunt pedes vel manus extrahere. Sed quando ponuntur in penitentia ad abstinētiam/ ad ieiunium/ ad afflictionem et macerationem: membra sub= tiliantur et extenuantur/ et sic per extenuationem pedum extrahunt de anulo/

et manum de vinculo/et effugiūt et liberantur. Peccator in mortali peccato existens est in diaboli vinculo. nam ponit ipsi cathenam ad collū ne confiteri posset. Compedes in pedibus ne conteri/manicas ferreas in manibus/ne bene operari valeat. Quādiu igitur homo stat in pascuali vita in vita voluptuosa/non potest se a vinculo diaboli liberare. Sed postq̄ homo ponit se in abstinentia extenuatur/maceratur/affligitur/ et contritione / et confessione et satisfactione sic euadit vinculum diaboli/extrahit pedem de anulo/manus de vinculo/frangit cathenam de collo. Ideo beatus Nicolaus vt nullomodo posset teneri diaboli vinculo/multa penitentia/multa afflictione/multis vigilijs/ multis ieiunijs/multis orationibus/macerauit et extenuauit corpus. Sciebat enim illud Marci nono. Hoc genus demoniorum non eijcietur nisi in oratione et ieiunio. Uideatur historia in legenda de ie iunijs orationibus et vigilijs. Psalmi. Humiliabam in ieiunio animam meam/ et oratio mea in sinum meum conuertet. Nota quomodo oratio fuit ad sinum eius conuersa: quia veniens ad ecclesiam primus ad vigilandum et orandum prefectus est in episcopū. Ideo alibi Psalmista. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleum. Utiq₃ propter oleum consecrationis in episcopali consecratione et post mortem de sepulchri emanatione. Ex eius namq₃ tumba marmorea sacrum resudat oleum. Uideatur in legenda. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium. Nota. Uiator sitiens est fatuus qui sequitur viam siccam et arentem que non refrigerat: nec satiat/nec in medio nec in termino. Sed ille est sapiens qui viam sequitur: que per fontem in termino refrigerat et satiat. Sed deus fecit nos viatores donec simus comprehensores. Non enim habemus hic manētem ciuitatem sed futuram inquirimus. Apostolus ad hebreos decimo tertio. Sumus ergo semper in siti et desiderio beatitudinis. iuxta illud Augustini. Fecisti nos domine ad te: et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te. Fatui ergo sunt illi peccatores et viatores qui sequuntur viam carnalium delectationum carnis et non anime voluntatem: quia illa est via arida et deserta: vnde anima faciēs illud iter dicit illud Psalm. Anima mea sicut terra sine aqua tibi: immo anteq̄ veniant ad terminum ad deum pre siti deficiunt/secundum Psalm. cui libenter bibisset dicentem. Anima eorum in ipsis defecit. Sed illi sunt prudentes qui viam corporis deserentes ad viam anime et spiritualē attendunt. in cuius termino est ille fons. de quo Psalmista. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te de⁹. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. Qui igitur via carnis et voluptuosa dimissa viam spiritualem: viā anime sequuntur refrigerantur/et satiantur: quia refrigerantur in via meritis et spe: satiantur in termino clara visione. Haurientes aquā glorie in gaudio de fontibus saluatoris. Talis viator fuit beatus nicolaus: non curabat de corpore: tenebat viam spiritualem anime dicens cum psal. Anima mea in manibus meis semper. ideo satiatur modo cum apparuerit ei gloria dei. Gustauerat enī in hac vita de aqua illius fontis qui dixit Ioh. iiij. Qui biberit ex aqua quam ego do: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Ad quam ꝛc.

¶ Collatio. xlvij. In quocūq₃ festo mortuoꝝ. ex psal. lxviij.



Ntende anime mee et libera eam. in Psalm. lxviij. Nihil trahit plus pium amicum et liberalem ad compassionem et misericordiam / ad suffragium ꝛ beneficium: q̄ penose ꝛ dolorose captiuitatis ostensio. Figura Exod. iij. Quia filij israel dolorosa et penosa captiuitate af-

fligebantur in egypto ab egyptijs: q2 ad amaritudinē perducebant vitā suam operibus duris luti & lateris. Idcirco ostenderūt deo suā dolorosam captiuitatem. Unde ingemiscentes filij israel vociferati sunt. Ascēditq; clamor eorū ad deum: quo facto statim deus cōpassus est: & tactus est ad cōpassionem/ & misit suffragiū: contulit auxiliū. Unde dixit ad Moysem. Uidi afflictionē populi mei qui est in egypto & clamorē eius audiui: & sciens dolorem eius descendi vt liberez eū. Uolenti diligenter considerare nulla dolorosior & penosior captiuitas: q̄ mortuorū i purgatorio est: nec magis i gēs alior auxilio & suffragio: patet. Illa est flebilis & dolorosa captiuatio que est in terra aliena. Unde Psal. Interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt verba cantionū. Sed quomodo cātabimus cāticum domini in terra aliena? Sed captiuitas mortuorū illa est flebilior: q2 nō solum in terra aliena/ sed subtus terram Esa. xiiij. Infernus subtus. Itē illa est flebilis que in terra aliena: sed quando habet carcerem arctū: tunc est flebilior. Ita est de mortuis: q2 ponūtur in purgatorio velut in carcere stricto teterrimo. Psal. Educ de carcere animā meā. Item quādo est solutus qui est incarceratus est flebilis: s3 quādo est vinculatus flebilior. Ita de mortuis Psal. Ad alligandos reges eo. in cō. & no. eo. in ma. ferreis. Itē quādo hec omnia sunt cōiūcta est flebilis multū: sed quādo nō videt solē neq; lunā est flebilior. Talis est in mortuis. Collocauit me in obscu. si. mor. seculi. Et alibi. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis & in vmbra mortis. Itē quando hec oīa sunt cōiuncta nimis est amara & flebilis: sed quādo habet aliquos parētes propinquos & cōsolatores toleratur: sed quādo non habet est flebilissima. Ita de mortuis: q2 nullū habent de parentibus vel amicis ad consolandum: sed dyabolos ad cruciandum. Psal. Dyabolus stat a dextris eis: hec quidē omnia flebilissima. Sed quando adhibentur preter hec ignis & alia tormenta: & est fletus horribilis: & stridor dentium sicut est de mortuis. ps. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum pars calicis eorum: hec mortuorum captiuitas est flumine dolorosa penosa et lachrymosa: quia exulant: q2 vinculati: q2 luce priuati: quia demonibus sociati: quia varijs tormentis cruciati: & ideo non habent aliquod refugiū. Sed hāc lachrymosam dolorosam penosam captiuitatem suo clamore nobis insinuant: vt cōpassionis viscera & suffragiorum & beneficiorum auxilia conferamus. Unde dicitur cuilibet nostrum per eorū quēlibet intende &c. vbi clamant vt aliqd.

| | |
|---|---|
| Perpendamus | Intende |
| Impendamus | anime mee |
| Redimamus | & libera eam |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Perpēdere | Grādē naufragiū | Intende |
| debemus | Impēdere | Grādē suffragiū | aīe mee |
| quidem | Redimere | Acre cōtagium | & libera eā |

Ergo clamant mortui voce magna: vt

| | | | |
|---|---|---|---|
| Perpēdamus | grāde naufragiū | finalis cōsummationis | Intende |
| Impēdamus | grāde suffragiū | spūalis subuētionis | anime mee |
| Redimamus | acre contagiū | gehēnalis afflictionis | & libera eā |

¶ Quantū ad primū. Nota q; peregrinantiū & eandem viam perambulantium est ista cōsuetudo q; cum precedentes passum malū arduum & periculosum inueniunt vbi cadunt/ in quo leduntur/ frāgunt sibi pedē vel brachium/ clamant ad subsequentes vt caueant caute & prudenter transeant/ ad passum diligenter intendant. Psalmista in cuiuslibet persona loquens dicit. Aduena ego su3 apd te & peregrinus sicut omnes patres mei: nō putet se aliquis solum esse peregrinus: q2 omnes peregrinamur a domino. ij. Cor. v. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futurā inquiramus. Heb. xiij. Igitur inter peregrinantes

an mendax: literatus an illiteratus in eius doctrina: et de quolibet hoie vtrum bonus an malus: honestus an inhonestus: mundus an immundus in locutiõe eius vera vel falsa/bona vel mala: munda vel immunda. Unde versificator. Indicium mentis vox est et sermo loquentis. Ergo si loq̃ris turpia turpis eris Turpia qui loquitur monstrat se viuere turpe. Prouenit ex turpe viuere turpe loqui. Igitur q̃n aliquis doctor sic inaltat vocem doctrine sue sonorose: qd in tota ecclesia militante auditur et intelligitur. sicut fuit in apostolis: quorũ vox in oẽm terrã exiuit. Talis doctor monstratur bonus cãtor: perfectus fact[us] et virtuosus. Sic est in proposito de beato Thoma de aquino de ordine predicatorum confessore et doctore glorioso. Ipse enim non solum voce communi: vt ceteri doctores et magistri in Theologia cantauit scribendo et docendo. Sed vocem pulchram: sonorosam: et altam intantũ eleuauit: quod non est angul[us] in tota ecclesia militante: vbi non resonet hodie vox eius doctrine: vnde bene itel ligitur per ioseph: qui interpretatur augmentum qui eleuauit vocem doctrine sue cũ fletu: vtiq̃ qr cum fletu et orationib[us] scientiã a deo obtinuit. Nota in vita eius q̃uo ipsi oranti datum est illud verbum. Rigans montes et c. et alia per que in oratione scientiã a deo obtinuit. Hanc igitur vocem non solum audiuerunt fratres ei[us] xpiani. s. sed etiam egyptij. i. heretici omnisq̃ domus pharaonis. s. iudeorum et paganorum: patet in summa contra gentiles quam ipse fecit. Et dixit fratribus suis. s. fratribus de ordine fratrũ predicatorum. Ego sum frater vester Joseph. i. augmentum: qr sacrarum scripturarum vobis predicatoribus doctrinã ampliando augmẽtaui. Adeo igitur in materijs imo doctrinã claram eleuauit: q̃ ex doctrina eius cognoscitur vir fuisse: imo hodie ad tm̃ deductum est: quod cũ quis loquit̃: statim in scripturis per vocẽ beatus Thomas cognoscit̃. Unde hodie apud theologos statim dr̃ hoc est de doctrina sancti tho. iccirco doctrina eius cõis appellat̃ et hoc predixerat dñs albert[us] magr̃ ei[us] in theutonia. Iste bos mutus talem sonũ dabit q̃ audiet tot[us] mũdus: igit̃ hanc doctrinã sic velut vocẽ sonorosam eleuatã ps. pphetico preuidẽs spũ: eam intra ecclesiam et scripturã sacrã resonãtẽ tonitruo cõparans eũ alloquitur in verbis assumptis. Uox tonitrui tui in rota. i. in ecclesia vel scriptura sacra. vbi ostendit q̃ eius doctrina fuit tradita.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| in euidẽtia | vox | fuit | in euidẽtia instructor veritatis | vox |
| in efficatia | tonitrui | quidem | cũ efficacia destructor prauitatis | tonit. |
| sine falla. | tui in rota | tradita | sine fallacia acceptrice falsitatis | i rota. |

¶ Si quis voluerit subtiliter intueri in doctrina huius sancti continentur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| carmina beatorũ | In | premijs | ideo dr̃ | vox |
| fulmina dãnatorũ | | supplicijs | | tonitrui tui |
| lumina viatorum | | deuijs | | in rota et c. |

¶ Quantũ ad primũ. Nota q̃ inter cetera q̃ multũ faciunt ad vocis naturalis pulchritudinẽ et altitudinẽ: est preseruatio a carnis corruptione: preseruatio a carnali voluptate: vnde pueri bñ cantãtes in pueritia postq̃ exponunt se actibus carnalib[us]: cõsueuerunt vocẽ perdere et raucescere. Qd aũt preseruatio a carnali voluptate: custodia munditie v̄ginalis faciat ad vocis altitudinẽ et pulchritudinẽ habet̃ Apo. xiiij. vbi loquit̃ sic virgo Joãnes. Audiui vocem de celo tanq̃ vocem tonitrui magni. et tanq̃ vocem aquarum multarum: et vocẽ quam audiui sicut cytharedorũ cytharizantium in cytharis suis. Sequitur: et nemo poterat dicere canticum nisi illa cẽtũ quadraginta quatuor milia: qui empti sunt de terra: hi sunt q̃ cũ mulierib[us] non sunt coinquinati. v̄gines eñ sunt. Ex quo pz q̃ v̄gines pre ceteris habent in voce sua singularẽ in cantãdo altitu

dinē: tā⁊ vocē tonitrui: latitudinē: ⁊ tanq̄ vocē aquarū multarū: dulcedinem:
sicut cytharedoꝝ ⁊c. valitudinem: ⁊ nemo poterat dicere ⁊c. Hec est ratio quare
beatus thomas: tā alte/ tā late/ tā sonorose/ tā pulchre/ tā dulciter in sua doctri
na/ in sua scriptura cātauit: q̄r corp⁹ suū ab oī carnali corruptione integrū pre=
seruauit: semp seruās illibatā virginitatē: vt patet in legēda ei⁹. Ubi nota quō
ad ei⁹ sctm̄ ppositū destruēdū: fuit puella impudica introducta: ⁊ quō eā cum
titiōne fugauit: ⁊ quō in oratiōe p angelos missos a deo: virginitatis cingulo
cinctus fuit: ⁊ alia q̄ ptinent ad ei⁹ puritatē: ideo dicat ecclesia. Audiui vocem
de celo. i. de beato thoma celesti viro: tanq̄ vocē tonitrui magni: ex doctrine ei⁹
subtilitate. Et tanq̄ vocē aquarū multarū profunditate: sicut cytharedorū ⁊c.
suauitate: ⁊ nemo poterat dicere canticū ⁊c. singularitate: nisi iste q̄ cū mulieri=
bus nō fuit coinquinatus: illibata seruata virginitate. Ideo Apoca. vij. Iohā
nes. Qr angelis est cognata virginitas/ angelū vocauit se dicens. Uidi alterum
angelū ascēdentē ab ortu solis: habentē signū dei viui: ⁊ clamauit voce magna:
quatuor: vbi ostēdit q̄ beatus thomas habuit singulariter virginitatē in car=
ne: vidi alterum angelū. Charitatē in mente. Ascendentē ab ortu solis. Humili
tatē in opere: habentem signum dei viui. Ueritatē in ore. Et clamauit voce ma=
gna: quatuor. De primo nota: q̄ pictores volētes in pariete varias picturas et
pulchras imagines pingere: semp pponūt ⁊ supponūt mediū colorem quasi
basym ⁊ fundamētū oīm alioꝝ coloꝝ scʒ albū. Ita fecit deus: volēs em̄ in san=
cto thoma varias sciētias/ diuersas conclusiones/ diuersas cognitiones intelle
ctuales: ⁊ virtutes morales ponere: preposuit colorē albū munditie virginalis
tanq̄ basym ⁊ fundamentū sciētie: ⁊ ceterarū virtutū: ideo ita fuit mens eius ⁊
caro alba et mūda: q̄ hic angelo comparatur. Malach. iij. Ecce ego mitto ange
lum meū q̄ preparabit viā ante faciē meā. De secūdo nota ignis semp sursum
tendit: ⁊ ignita et calefacta sursum eleuat p abiectionē terrenorū ⁊ dilectionem
et contēplationē diuinoꝝ: ⁊ finaliter facit ascēdere ad adeptionē celestium pre=
mioꝝ: beatus thomas tm̄ habuit de dei charitate q̄ sic ascēdit per temporaliū
abiectionē q̄ oīa ppter deū cōtempsit: ptʒ: q̄r nobilib⁹ et ditissimis comitibus
ortus: tñ ordinē pdicatorū pauperē intrauit: ptʒ: q̄r dixit q̄ plus vellet chrysos=
stomū sup Matthēū: q̄ ciuitatis parisiēn. dñium: ptʒ etiā: q̄r archiepātū neapo
litanū sibi missum a papa recusauit. Nota hec in legēda. Ascēdit per diuinorū
etiā contēplationē. Nota de raptu ⁊ ascēsu mētis ei⁹: in mēsa cardinalis: in mē=
sa regis ludouici in domo soroꝝ: in ecclesia corā altari: in legenda sua. Beatus
paulus semel: sed iste frequēter raptus fuit: ⁊ ideo merito raptus archana ver=
ba pauli in ep̄l'is suis exposuit: ideo propter ista ascēdit finaliter ad adeptio=
nem celestiū pmioꝝ. Nota in legēda: quō frater vidēs eū in celū eleuari tēpore
mortis eius clamauit. Frater thomas a nobis tollitur. Ideo dicit Ioh. vbi su=
pra: q̄ vidit alterū angelū ascendentem. Ascendit sup cherubin ⁊ volauit ⁊c. Et
merito: q̄r ipse ascensiones disposuit in corde suo in valle lachrimarū. scʒ hui⁹
mūdi: vt dr̄ alibi in Psal. Sed nota dicit. Ascendentē ab ortu solis: q̄r ad lite=
rā de parte orientali natus venit versus aquilonē parisius: vbi ad magistratū
in theologia ascēdit: vel q̄r ipse sol existens ab ortu suo in scientia ascēdit vsq̄
ad occasum suum. Nota q̄ in manu eius cartula inuēta fuit: quō in pueritia so
rorē logicalia docuit: ⁊ tractatū fallaciarū edidit: quomodo postea in iuuētute
viginti vnius annoꝝ existens: magister in theologia factus fuit: ideo dicit ab
ortu solis. in Psal. A solis ortu vsq̄ ad occasum ex syon species decoris ei⁹. Syō
specula interpretatur. De tertio nota: q̄ signum dei viui est humanitas. Unde
dixit christus Matth. xj. Discite a me q̄ mitis sum ⁊ humilis corde. Sicut enim
signū diaboli est superbia: ita xp̄i humilitas: q̄r igitur sciētia inflat p superbiā

vt dicit Apls.j.Cor.viij.Idcirco ne magnitudo reuelationū eū extolleret: assū
psit signum dei viui humilitatē.Nota in legēda quō triēnio colonie tacens la=
tuit:quō magistrū in theologia recusabat: quō bononie fratrē ad villā associa
uit ꝛc.Psal.in eius ꝑsona.Fac mecū signū in bonū ꝛc.Nota in bonū contra san=
cti huius detractores ꝛ inuidos.De quib⁹ Luce.ij.Ecce positus est in ruinā:scz
inuidoꝝ:ꝛ in resurrectionē deuotoꝝ:ꝛ in signū cui cōtradicet scz per sermonem
emuloꝝ.Sed ꝓ vero parū valet illa ꝯtradictio:qꝛ sancta mater ecclia ꝯtra con
tradicētes arguit illud Joh.ix.quō pōt homo peccator hec signa facere.ꝓ vero
sancto thoma illud Jo.iij.verū est.Nemo pōt hec signa facere que tu facis:nisi
fuerit de⁹ cū eo.De istis ergo cōtradictionib⁹ qb⁹ est positus in ruinā dr Mat.
xij.Generatio hec praua ꝛ adultera signū qrit:ꝛ signū nō dabit ei. Sz datū est
illis qb⁹ positus est in resurrectionē respectu quorum habet signū dei viui. De
quarto nota:ꝙ beatus thomas nō docuit in angulis: qꝛ veritas nō querit an=
gulos:sed oib⁹ veritatē publice scribēdo/legēdo/docēdo manifestauit: ideo dr.
Et clamauit voce magna quatuor.Quippe clamauit voce veritatis ad partem
oriētalē scribēs in theologia ex qua orit nobis lux diuine veritatis/cōponendo
scripta quatuor sentētiarū/summā quatuor voluminū:ꝯtra gētiles quatuor li
broꝝ sup euāgelia ꝛc.Clamauit etiā ad partē occidētalē scribēs moralē philo
sophiā:in qua nobis ostēdit finis vltime felicitatis:ꝯponēdo sup scripta ethi=
coꝝ ꝛ partim sup politicoꝝ.Clamauit etiā ad partē meridionalē scribēs in na
turali philosophia:ex qua nobis ostēdit lux create veritatis ꝛ naturalis clari
tatis scribēs super methaphysicam/phisicam ꝛc.Clamauit etiā ad partē aq=
lonarē scribēs sup philosophiā ratiōalē sup lib.posterioꝝ:ꝛc.Ex qua tēpestas
disputatiōis orit.De his dic vt in illo sermone.Quasi sol refulgēs ꝛc.ergo iste
clamauit veritatē in oi sciētia.Ideo psal.Dñe de⁹ salutis mee:in die thome et
diuine scientie:clamaui ꝛ nocte humane scientie corā te.Et alibi. Uoce mea ad
dominū clamaui voce mea ad dñm.Ad dñm primo vere ꝛ recte inchoando. Ad
dñm scdo.Ad deū terminādo:vt ptz in fine omniū libroꝝ eius. In qb⁹ semper
ad deū terminat et cōcludit.Et qꝛ etiā in fine vite ad deū terminauit doctrinā
suā correctioni ecclesie supponendo:sed dixit.Uoce mea voce mea:cōtra illos q
nihil dicunt de suo:ꝛ tñ omnia imputāt ꝛ imponunt voci sue:vel ideo dicit bis
voce mea:qꝛ prius docuit voce sua per se ꝛ in se:sed modo docet ꝛ clamat i alijs
et ꝑ alios:q nō docēt nec scribunt:nisi qđ hauriūt in eius doctrina.Hic nota.vel
de auena equorū quomodo datur eadem frequenter ventilata:vel de cornibus
capre retrouersis:ꝛ applica quomodo modo ita faciunt doctores theologie de
doctrina huius sancti.Hec de primo principali.

¶Quātum ad scdm.Notādū prout dicūt naturales.Tonitruū veniēs cum plu
uia est fecundū:ꝛ segetes fructusqꝫ multiplicat:ꝛ sterilitatē fugat.Sz tonitruū
sine pluuia aridū ꝛ siccū:fruct⁹ aufert:ꝛ tollit fecūditatē ꝛ sterilitatē adducit.
Ita spiritualiter tonitruū ꝑdicationis doctrine et cōtritionis veniens cum plu
uia diuine grē procedēs cum humore charitatis:fecundat auditores:ꝛ germi=
nare facit:ꝛ in eis fructus producit.Sed tonitruū sine pluuia.i.sine diuina gra
tia:non solū adducit fertilitatē:immo adducit sterilitatem.Unde patet in do=
ctrinis/ꝑdicationib⁹/ꝛ scripturis hereticoꝝ philosophoꝝ ꝛ superborū.Doctri=
na autem et ꝑdicatio/scriptura et euāgelizatio fuit cū pluuia diuine gratie in
beato thoma:ꝛ ideo viuens auditores fecundauit verbo: hodie mortuus toni=
truo scripture sue fecundat scripto:per doctrinā premiorū tonitruās ad amorē
eternorum:et per doctrinā tormentoꝝ tonitruās ad timorē delictoꝝ.Ideo psal.
Ab increpatione tua fugiēt:a voce tonitrui tui formidabūt.Nota quomodo in
deū cōuertit in legēda.hoc aūt fuit:qꝛ tonitruum ei⁹ fuit plenū pluuia diuine

gratie: q facit hodie doctrinam huius sancti in ecclesia germinare. Job.xxxviij. Dedit vehementissimo imbri cursum z viā sonātis tonitrui vt plueret super terrā. Nota qñqꝫ contingit ꝙ pluuia cadente cum tonitruo: et aqua cursum suum faciēte: volunt aliqui aquā retinere: z nituntur impedire: z ponunt obstaculū: et tunc habet ampliorē cursum: z irrigat totum. Ita fuit circa sanctum istum: quia eo tonāte z pluente doctrinam sapientie salutaris doctrine ei⁹ aliqui posuerunt diuersa obstacula. Aliqui cōtra eius doctrinā scribendo. Aliqui doctrine detrahendo. Aliqui vite et scientie varia falsa obijciēdo vt eoꝝ ortus videretur scientia propria florere. Sed pro vero ſm Psal. Insurrexerunt contra eū testes iniqui z mētita est iniquitas sibi. Nā tam vehemēs z abundans est doctrine z vite eius pluuia ꝙ fregit/rupit/ dissipauit omnia obstacula. Unde sancta romana mater ecclesia: vitam et doctrinam approbans: eum sanctoꝝ cathalogo canonizando ascripsit. Et ideo nunc late per totum mundū eius doctrinam catholicā cursu latiori motu vehementissimo diffundit. Ideo Job dicit vbi supra. Dedit vehemētissimo imbri cursum z viam sonantis tonitrui: vt plueret super terram. Nec mirū: qz ſcđm psal. Ecclesie sue sancte intonuit de celo .i. thome sancto z celesti viro dñs altissim⁹ dedit vocē suā: grādo z carbones ignis: inuidie suborte sunt: sed nihilominus ipse misit doctrine sue sagittas: et dissipauit eos figura documentoꝝ: z eos conturbauit: z apparuerunt fontes aquarum sacre scripture: et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum id est secreta z subtilitates scripturarum. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium. Nota. ꝙ scriptura sacra comparatur rote: quia sicut inter omnes figuras illa est mobilior: quia rotundum corpus z sphericum omniquaqꝫ est mobile: non autē corpus quadratum quadrāgulatum vel triāgulatū. In scientijs scriptura sacra est inter omnes sciētias pluribus modis a doctoribus exponibilis. Unde dicitur Sapientie.vij. ꝙ omnibus mobilibus mobilior est sapiētia: id est plurib⁹ modis exponibilis. Nō enim est tantum septē modis generalib⁹: scꝫ septē sensib⁹ exponibilis: immo quot sensus potest elicere doctor catholicus: tot intellexit spūsſan. Ideo dr Ezech.x. Uocauit rotas volubiles .i. varie exponibiles. In hac ergo rota .i. in sacra scriptura dedit abyssus .i. thomas q̄ interpretatur abyssus / vocē suā vocē tonitrui sui faciēdo opus summe scribēdo sup nouum et vetus testamentū hiere.xviij. Descendi in domū figuli et ipse faciebat opus super rotā. Sed nota. sic est in scriptura sacra / rota spūali sicut in rota corporali / quādoqꝫ in magnis edificijs vidi poni rotas ad leuandum in altum magnos lapides. Iuxta quas homines rotādo grauia pōdera sursum eleuāt. Sed necesse est: ꝙ illi qui se ponunt intra rotam habeāt bonum caput z forte: et sint in arte periti. alioquin quādo ponuntur in itinere inexperti: vel habent caput debile / machina subuertitur / z ipsi in rota subuertuntur a pondere z rotantur / et pariter dissipantur z destruuntur. Ita spiritualiter quidam doctores periti habentes sanum caput / sanum iudicium / sanum intellectum: intrant rotam sacre scripture / z eleuant grādes lapides / grādes subtilitates: altas sententias / sunt periti / habēt artem quibus sententijs altum edificium ecclesie construitur eorum scientia et doctrina. Sed aliquando intrant rotam scripture sacre aliqui imperiti non habentes artem nec sanum caput: nec sanum intellectum. et dum credunt in rota currere. machina subuertitur opprimuntur a pondere ab onere scientie diuine: quia q̄ perscrutator est maiestatis opprimetur a gloria. vt dicitur Prouerb.xxvij. Unde in talib⁹ doctorib⁹ aliqui sunt fatui / vt psumptuosi / aliq̄ sunt pueri vt heretici. de q̄b⁹. psal. De⁹ me⁹ pone illos vt rotā z sicut stipulā ante faciē venti: sicut ignis qui cōburit siluā / et sicut flāma cōburens mōtes zc. Ad literā em̄ doctores heretici finaliter ponun-

tur in flamma ignis/et in hoc mundo et in inferno. Unde significantur isti per
exercitum/et rotas curruum pharaonis.de quibus Exod.xiiij.Respiciēs domi=
nus super castra egyptiorum et columnam nubis ⁊ ignis interfecit exercitū eo=
rum et subuertit rotas curruum: ferebanturq̄ in profundum. Ita fit hodie de
quorundam peruersis doctrinis.Sed non fuit talis doctrina sancti thome/im=
mo ipsi vt perito videtur fuisse a deo illud directum.Ezech.x.Ingredere in me=
dio rotarum que sunt subtus cherubin/et imple manum tuam prunis ignis:et
effunde super ciuitatem.Nota si vis cherubin dicitur plenitudo scientie. Rote
dicuntur duo testamenta/prune sunt splendentes ⁊ inflāmantes veritates scri=
pture/ciuitas ecclesia.De his impleuit beatus Thomas non solum os ad do=
cendum voce/sed manus ad scribendum ⁊ impleudum in opere.Igitur beatus
Thomas non fuit in rota scripture sacre subuersus:sed sciuit rotare: et rotā in
medio rote:id est philosophiam in theologia. vel vetus testamentum in nouo
ponere.Et ratio fuit/quia cum eo vt dicitur Ezechiel.x.Spiritus vite erat in ro
tis.Ad quam vitam ⁊c.

Collatio.lv.De beato Gregorio confessore ex Psal.lxxvij.

Perduxit eos tanq̄ gregem in deserto.In Psalm.lxxvij.Prudens pa=
stor volens gregem suum bene pascere et nutrire:non ducit eū ad pa
scua communia et conculcata: sed ad pascua singularia minus tri=
ta et minus vsitata/sicut sunt nemora et deserta.Et est ratio quia in
locis secretis et semitis/desertis et nemorosis: sunt herbe vtiliores:
sapidiores: et vberiores.et specialiter in montibus et montium cacuminibus.
In quibus in estate contra solis feruorem et ardorem non solum pascuntur in
herbis sed refrigerātur.Ita legimus.Exo.iij.Moyses enim futurus pastor gre=
gis dn̄ici populi israelitici pascebat oues ietro soceri sui: cui non suffecit a cō=
munibus pascuis et conculcatis gregem suum ad interiora deserti perducere:sz
vsq̄ ad montem dei oreb fecit ascēdere.vnde dicitur ibi. Cūq̄ minasset gregem
suum ad interiora deserti venit vsq̄ ad montem dei oreb.Sicut est de grege cor
porali.Ita est de spirituali.Nos quidē sumus populus dei ⁊ oues pascue ei⁹.
pastores autem ouium sunt prelati/inter quos potentissimus pastor̄ p̄cipuus
fuit beatus Grego.pontifex romanus.Pascua aūt cōculcata/sunt peccator̄ via
mūdana/lasciua seculariū vita.hec est via lata:trita/⁊ cōculcata. Esa.vij. Erit
in pascua bouis ⁊ in cōculcatiōe peccator̄.hec est via q̄ sic est lata q̄ ducit mul=
tos ad mortē/pascua vero singularia minus trita et cōculcata pascua deserti.
Sunt status ⁊ via penitētie in hoc deserto/vbi mūdus et peccata deserunt̄/pau
ci morantur/pauci veniunt.)vnde status penitētie nō multū ab hoībus frequē=
tat̄/⁊ tñ ibi sunt pascua vberiora ⁊ sapidiora/ q: in statu penitentie aīa pascit̄
gratia ⁊ virtutib⁹ meritis ⁊ bonis operib⁹: ⁊ refrigerat̄ ad minus ab estu car=
naliū tēptationū:a vēto flamine spūssancti refrigerāte ardorē cōcupiscētie ⁊ tē=
ptatiōis inordinate.⁊ sic p desertū penitentie finaliter peruenit̄ ad montem dei
oreb:q̄ mōs est mōs paradisi.mōs dei:mons pinguis.vt dicit.psal.Qr igit̄ bea
tus Grego.velut pastor prudētissim⁹ gregē sibi cōmissum a cōculcatis pascuis
scȝ a peccator̄ ⁊ iniquitatū vijs suis doctrinis ⁊ exēplis efficaciter reuocans ad
interiora deserti penitētie ⁊ contēptū secularis vite minauit. In cuius signū in
vita eius dicit̄/q̄ sex monasteria in sicilia/septē vero intra vrbis rome menia fa
bricauit. Idcirco dicitur in verbis assumptis perduxit.eos tanq̄ gregē in deser
to.In quibus describit eum Psalm.Uelut.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Doctorem deductorem.<br>Pastorem precensorem.<br>Confessorē afflictorem. | —— | perduxit eos<br>tanq̄ gregē<br>in deserto. | —— | ostendit quippe.ps.<br>btm̄ gregoriū velut. |

doctorem splendidū } —— { sapientia perduxit eos
pastorem prouidum } In { p̄sidentia tanq̄ gregem
confessorem rigiduz. } { penitētia. in deserto.

Fuit nāq̄ gloriosus sanctus Gregorius s̄m hec.

Doctor splēdidus gentē cunctā pficiēs documētis perduxit eos
Pastor ꝓuidus plebem subditā reficiēs alimētis tanq̄ gregem
Cōfessor rigid⁹ carnem ꝓpriam afficiēs in tormētis in deserto.

¶ Quantū ad primū nota. ꝙ illud quo magis oues trahūtur a pastore/ ⁊ ad voluntatem pastoris perducunt̄ est sal. Unde plus oues diligunt vnū granū salis in manu pastoris q̄ vnū onus de feno/ Sal enim appetitū prestat: fecūdat ⁊ impinguat. Sic spūaliter illud quo plus trahunt̄ ⁊ perducunt̄ ad vitaz eternam subditi per prelatos: est qn̄ prelati habēt sal in manu. i. doctrinā diuine sapientie in ore ⁊ opere. Ipsis enim dicit̄ Mat. v. Uos estis sal terre: ꝙ si sal euanuerit in quo salietur. Doctrina igit̄ scripture sacre tradita subditis verbo ⁊ exēplo trahit gregem dominicū/ ⁊ perducit ad vitā eternā ad celestē patriā/ generans in eis appetitū ⁊ desideriū celestiū premioꝝ fecūdās q̄tum ad cumulū meritorū. ⁊ impinguās quantum ad augmentum gratie virtutum ⁊ donorum. Et quia beatus Gregorius hoc sal semper in ore habuit docēdo/ ⁊ in manu exēplo ostendendo. ⁊ sic subditis doctrinā sale cōditā porrexit. Ideo velut pastor optimus gregē ⁊ oues suas ad portū salutis adduxit. Unde. ps. Deduxisti sicut oues populuz tuū in manu. Sed notandū. ꝙ sicut habet̄ sal materiale/ ita sal spiritua le. Sal quippe materiale habet̄ ex aqua maris salsa que diuidit̄ in diuersas areas/ ⁊ ibi ad solis virtutē coagulat̄ ⁊ inde postea asportat̄. Ita de sale spirituali/ qr non habet̄ nisi ex mari salso id est ex sacra scriptura que est sapida de deo scientia quā doctores sacri sicut beatus Greg. diuidūt in areas diuersas. i. in diuersas materias/ in diuersa volumina/ in diuersos tractatus ⁊ libros. In quibus virtute spiritussancti efficitur cibus fideliū animarū. Ita fecit beatus Greg. cōponēdo moralia Iob. homilias super ezech. ⁊c. ꝓpter qđ cōpetit ipsi illud. ps. Interrupit mare. i. scripturā sacrā exponēdo aperuit/ ⁊ perduxit eos. qr sal doctrine inde factū subditis exhibuit. Et statuit aquas. i. varias scripturaꝝ sentētias quasi in vtre. i. in multiplici volumine. qđ totū fecit. ss. virtute: sicut satis patet per testimoniū datū a Petro dyacono qui vidit spm̄sctm̄ in specie colūbe eū docentē. Nota in legēda. Un̄ grex subditus poterat dicere beato Gre. illud ps. Spūs tuus bonus deducet me in terrā. hec de primo.

¶ Quantū ad secundū nota: ꝙ bonus pastor debet esse ꝓuidus circa tria. s. circa indigentiū sustentationē vt eos pascat. circa simpliciū exaltationē: vt eos ꝓmoueat: deficientiū directionē/ vt eos corrigat. Hec ponunt̄ Esa. xl. Sicut pastor gregē suū pascet. quo ad primū ⁊ in brachio suo ꝯgregabit agnos/ ⁊ in sinu suo leuabit. quo ad scđm. Fetas ipse portabit. quo ad tertium.

¶ Quantū ad primū nota. ꝙ pastor corporalis prouidet ouibus corporalib⁹ de duplici cibo. scz ventris in herba/ ⁊ auris in fistula seu cabreta. Ita fecit beatus Grego. ꝓuidebat enim de cibo corporali pauperib⁹/ ipsos sustentādo. Nota de hoc in vita eius/ quot pauperib⁹ omni die cibū dabat: ⁊ quot libras auri omni anno dabat. nō sic faciūt hodie multi pastores. Nō enim subditos per elemosynas pascūt ⁊ sustentant/ sed per exactiones excoriāt. Ezech. xxiiij. Nōne greges pascunt̄ a pastorib⁹: ve pastorib⁹ israel qui pascebant semetipsos/ lac comedebatis ⁊ lanis operiebamini: ⁊ qđ crassum erat occidebatis/ gregē aūt meum nō pascebatis. Isti sunt tales pastores ouiū/ sicut catus est custos caseoꝝ/ q̄ prohibet mures ⁊ ipse comedit meliores: imo peius facit catus vna die q̄ decē mures in vno mense. Ideo dicit̄ Ezech. xxiiij. Pascebant pastores semetipsos: ⁊ greges

meos non pascebant/ ppterea pastores audite verbū dñi. Ecce ego super pasto res requirā gregē de manu eo℞/ ꝛ cessare eos faciā: vt vltra nō pascāt gregē: nec pascent amplius semetipsos. Secūdo beatus Grego. prouidet ouib⁹ suis de cibo auris in fistula. Bonus pastor precedit gregem suū cū sono cabrete/ seu fistule ad alleuiandū gregem: ꝛ prebet harmoniā ad delectandum ꝛ cantat. Ita fecit beatus Grego. ad alleuiandū onus officiū ecclesiastici ꝛ ad delectandū animas deuoto℞: ordinauit cantū ecclesiasticū quo hodie tota ecclīa romana dulciter armonizat. Nota in legenda eius/ quomodo ecclesia cantum eius preelegit cantui Ambrosiano per miraculum. ideo potest ipsi conuenire illud. j. Reg. xv. que est hec vox gregū quā ego audio? Certe vox beati Greg. quā oues sequūtur. Johā. x. Oues illū sequuntur/ q: sciunt vocē eius. ideo dixit diuidendo: eū esse pastorē precentorē. Sed vere hodie dolendum ꝙ incipit exulare ab ecclesia vox cabrete/ vox fistule/ vox beati Gregorij/ ꝛ cantatur in ecclesia: auditur in officio: vox taberne: vox trictānorum: vox tabernarij: vox goliardi. Unde dicit illud iiij. Reg. iiij. Non est vox: neq₃ sensus: q: videntur cum illo organo insensati: et non fiebat sic tempore huius pastoris. Ideo de hoc duplici cibo loquēs scriptura dicit. Eccli. xviij. de beato Grego. Misericordiā habet quo ad cibum ventris: docet ꝛ erudit quasi pastor gregem suū: quo ad cibū ꝛ sonū auris ꝛ mentis.

¶ Quātū ad secundū nota. ꝙ pastor sapiens non promouet ꝛ exaltat in suo grege nisi fortiores viribus ꝛ meliores operibus. Unde illis qui possunt gregē precedere ꝛ dirigere/ eleuāt tintinabulū seu cāpanellam/ non aūt illis qui sunt gregis percussiui/ impetiui/ ꝛ destructiui. Ita deberent facere pastores ecclesie. Nō enim hyrcos impetuosos plebis ꝛ subditorum oppressores ꝛ excoriatores debent super alios ponere officiales vel rectores/ qui sunt fetidi per mundītiā: cornuti per superbiam/ vellerati per auaritiam: sed illos qui sunt virib⁹ pleniores/ operibus misericordiores: qui sunt agni per innocentiam ꝛ mites/ Et ita fecit beatus Gregorius. Sed hodie vere ponuntur maiores hyrci/ illi qui peius facere possunt in grege/ illi habent cāpanam in collo. Contra quos in Psal. Non accipiam de domo tua vitulos neq₃ de gregibus tuis hyrcos. Ideo dicit. In brachio suo cōgregabit agnos/ ꝛ in sinu suo leuabit/ nō dixit hyrcos.

¶ Quantū ad tertium nota in legenda/ quomodo ipse delinquentes corrigebat cum modestia ꝛ qualitate. Unde ex infirmitate deficiētes debent supportari sicut ouis infirma. ideo dicit/ fetas ipse/ portabit. Deut. xxxij. Expādit alas suas ꝛ assumpsit eos atq₃ portauit in humeris suis. hec de scdo principali.

¶ Quantū ad tertiū nota. ꝙ aues ꝛ alia animalia que in desertis habitant/ q̄uis sint parciora in victu: tamen sunt velociora in cursu altiora in volatu: mundiora in aspectu. Spiritualiter q̄uis persone existentes in penitentia; sunt magis afflicte in corporali victu/ tamen sunt velociores in cursu impletionis diuinorum mandato℞/ altiores in volatu contemplationis celestium seruo℞/ pulchriores in aspectu conuersationis actuū exteriorum. ex quibus peruenitur ad suauitatem celestium gaudiorum. Esa. lj. Ponet desertum eius quasi delitias: in solitudinem eius quasi ortum libani gaudium: ꝛ letitia inuenitur in ea. Ad quam letitiam ꝛc.

¶ Collatio. lvj. in festo natalis vel annūciationis. ex Psal. lxxxvj.



Omo natus est in ea/ ꝛ ipse fundauit eam. In Psal. lxxxvj. Q̄uis scriptura sacra/ virginē gloriosam extollat diuersis comparationū laudibus. Dauid tamen propheta℞ eximius/ de cuius ipsa stirpe pdūt sub typo gloriose ciuitatis impletus spiritusancto. In eodē Psal. in eius preconia sic irrupit. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Inuenitur autē triplex ciuitas in scriptura sacra/ ꝛ de qualibet dicuntur mirabilia: sed

non gloriosa. Cõmendatur enim ciuitas ⁊ turris babel. de summa altitudine. Gen. xj. Uenite edificemus ciuitatẽ ⁊ turrim cuius cacumen pertingat ad celuȝ. Cõmendaꝛ etiã ciuitas Niniue/ de summa latitudine. Johel. iij. Erat Niniue ciuitas magna itinere trium dierũ. Cõmendaꝛ etiã ciuitas hierusalẽ/ de summa pulchritudine. Apoca. xxj. Uidi ciuitatẽ sanctã hierusalem nouam descendentem de celo a deo paratã/ sicut sponsam ornatã viro suo. Sed super omnes ciuitates/ ista virgo beata est nobilior/ qꝛ in ea sunt nõ solũ ista mirabilia: sed etiã alia gloriosa. Est enim virgo beata ciuitate babel altitudine sublimior. qꝛ illa aduersus celũ iuit: sed nõ attigit. Ad istã celũ descendit ⁊ impleuit vtiq; celũ tercium ⁊ supremũ diuine maiestatis. Unde in Psal. Ciuitas regis magni. Iteruȝ in ciuitate babel/ cõfusuȝ est labiũ/ ⁊ nõ cõmunicabãt in idiomate. Sed in ciuitate virginis gloriose integratũ est labiũ/ ⁊ non soluȝ homine: sed qđ est omni mirabili gloriosius: deus ⁊ homo ꝯmunicãt sibi idiomata. Ideo verũ est dicere/ deus est homo ⁊ homo est deus. Utiq; inauditũ linguagiũ/ donec in hac ciuitate: verbũ caro factũ est. Joh. j. Et ideo Ezech/ xlviij. Nomen ciuitatis dñs ibidẽ. Est etiã ciuitate Niniue latitudine capacior: qꝛ licet illa ciuitas fuerit dierum triũ/ nunq; tamẽ in ea fuerũt simul ex vno sole tres dies. Et in ciuitate virginis gloriose fuerũt simul cũ vno sole tres dies: qꝛ tres persone in vna essentia. pater/ ⁊ filius/ ⁊ spiritussanctus. Licet solus fuerit filius incarnatus. Unde dicitur de ea. Esa. xix. Ciuitas solis vocabitur vna. Est vlterius ciuitate hierusalẽ pulchritudine fulgentior/ qꝛ licet pulchritudo hierusalem esset in politis lapidibus ⁊ aquis decurrẽtibus. nõ tamẽ in fontibꝰ ibi scaturiẽtibus. Sed pulchritudo virginis beate fuit i preciosis lapidibus. i. in donis spũssancti: ⁊ in virtutibꝰ. Apoca. xxj. Fundamẽta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. Fuit etiã in ipsa fons ille scaturiens. de quo Psal. Apud te est fons vite. ⁊ Eccli. j. Fons sapiẽtie verbũ dei/ a quo fonte procedit ille fluuius. de quo. ps. Fluminis impetus letificat ciuitatẽ dei. de qua ciuitate ideȝ Psal. hierusalẽ que edificaꝛ vt ciuitas. Gloriosa ergo dicta sunt de te ciuitas dei/ qꝛ omnia mirabilia aliarum ciuitatum ⁊ amplius. Sed quid ipse qui eam fundauit: natus est in ea. Sed quomodo hoc fuit possibile? Ecce aliquando magni reges fundãt ciuitatẽ nouã/ ⁊ dotant libertatibus ⁊ tandẽ in ea ad eius honorem recipiunt habitũ militarem: ⁊ de tali potest dici/ ꝙ natus est in ea: iuxtum ad statũ militie: ⁊ ipse fundauit eã. Dei filius habet in vestimento ⁊ in femore suo scriptuȝ: Rex regum/ ⁊ dominus dominantiũ. Apoc. xix. hic edificauit ciuitatem potentissimã. vt dicitur Judith. j. Utiq; virgineȝ beatã quã miris priuilegiis ⁊ libertatibus insigniuit: ⁊ ea edificata: ⁊ ciuitate sanctificata: ex ipsa habitũ militie nostre humanitatis assumpsit. Iuxta illud ad Philip. ij. In similitudinem hominũ factus ⁊ habitu inuẽtus: vt homo. Sed nota. Aliter efficitur miles rex qui seipsum facit militem. et aliter alij milites qui non sunt reges. Rex enim qui seipsum sine alterius ministerio ⁊ adiutorio facit militem: a nullo alio recipit arma. Sȝ ipsemet arma accipit de altari: quando aũt alij fiunt milites/ non a se nec per seipsos arma recipiunt: sed ab alio ⁊ alioꝝ ministerio ⁊ adiutorio militantur. Christus est rex regum ⁊ dominus dominantiũ. ideo nõ decuit vt ipse habitũ militie nostre. s. humanitatis ab alio ⁊ alterius ministerio reciperet. Sed ipse per seipsum ab altari virginis acciperet. Unde genitus est non ex virili semine/ sed mystico spiramine. Psal. Factus sum sicut homo sine adiutorio. Alij autem ab alio semper habent: qꝛ a patre ⁊ matre/ vnde non receperunt a seipsis: sed a parẽtibus. Sic igitur habemus: ꝙ Christus beatã virginẽ tanq; ciuitatem fundauit ⁊ dotauit: ⁊ ꝙ in ipsa habitum militie nostre humanitatis non ab alio: sed sua virtute assumpsit. Unde bene dici, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, Sopho. xj. Hec

est ciuitas gloriosa: hoc dicũt verba proposita/ homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam: vbi hec ciuitas de tribus gloriosis et mirabilibus commendatur Nam in ea inuenies gloriosam ac mirabilem.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Principiationẽ<br>Limitationem<br>Solidationem | In | eterno<br>infinito<br>fluido | | homo natus est<br>in ea:<br>⁊ ipse fundauit eã |

Nam in gloriose incarnationis mysterio.

| | |
|---|---|
| Primo innouatur eternitas<br>Secũdo terminatur infinitas<br>Tertio firmatur infirmitas | homo natus est<br>in ea: ⁊ ipse fun<br>dauit eam |
| vtiq̃ q̄ { Eternitas capitur origine<br>Infinitas clauditur in v̄gine<br>Infirmitas fulcitur a numine | homo natus est<br>in ea: ⁊ ipse fun<br>dauit eam. |

¶ Quantũ ad primũ nota q̄ scriptura sacra Christũ vocat florem. Ratio est. q̄ sicut immediate procedit ab arbore ipse flos: fructus aũt non nisi mediãte flore. Sic filius dei immediate procedit a patre/ spiritus aũt sanctus nõ. sed pariter ab vtroq̃. ⁊ hoc est illud q̄d dicitur Esa. xi. Flos de radice eius ascendet ⁊ requiescet super eum spiritus domini. Alia ratio est: q̄ aliter nascitur fructus in arbore/ ⁊ aliter flos: fructus aũt florem vnde procedit semper destruit ⁊ marcescere facit accadere. Etiã anteq̃ fructus sit maturus in prima sui generatione: nec simul stare potest flos cum fructu: imo. semper in generatione fructus arbor florẽ ⁊ pulchritudinem eius perdit. nõ sic aũt de hoc flore: q̄ arborẽ a qua procedit non destruit: imo decorat: fecundat: ⁊ perficit: ⁊ sine aliqua corruptione ab ea procedit. fructus etiã florem nõ destruit: sed decorat ⁊ perficit. Sic spiritualiter: proles omnis ex mulieribus prodiens dicitur fructus. Unde Geñ. xxx. Cũ Rachel dicerẽt: da mihi liberos: alioquin moriar. Respõdit Jacob. Num pro deo ego sum qui priuauit te fructu ventris tui. omnis ergo proles: omnis ergo fructus nascens ex mulieribus corrumpit florem precedentem: scz virginitatem: immo in ipsa generatione fructus. id est prolis/ flos virginitatis: cadit: trãsit perditur ⁊ arescit: quia proles ⁊ virginitas flos ⁊ fructus naturaliter non stant simul. In Psalm. floreat ⁊ transeat: vespere decidat: ⁊ induret ⁊ arescat. Esaie. xl. Omnis caro fenum: ⁊ omnis gloria eius tanq̃ flos feni. Exiccatum est fenum ⁊ cecidit flos. Sed filius dei natus est de vigine nõ tãq̃ fructus hois: licet homo fuerit/ sed tanq̃ flos paradisi. Unde cantat ecclesia. Uirgo dei genitrix/ virga est/ flos filius eius: ideo sine corruptione huius arboris/ iste flos prodijt: ⁊ proles cũ virginitate/ ⁊ virginitas fecunditas ⁊ maternitas. Ad hoc est illud Job. xiiij. Homo natus de muliere: breui viuens tẽpore: repletur multis miserijs. qui quasi flos egreditur. Et Canticorum. ij. Flores apparuerunt in terra nostra. Nota. dicit flores ⁊ non florem/ quia in ceteris mulieribus est flos vnicus qui cito cadit ⁊ perditur adueniente fructu prolis: Sed in beata virgine fuerunt flores virginitatis ⁊ fecunditatis prolis ⁊ maternitatis. Sed dices Christus non est flos immo fructus q̄ sancta Elisabeth dixit virgini. Luce. j. benedictus fructus vẽtris tui. Respõdit ipsa. Ecclesiastici. xxiiij. Flores mei fructus honoris ⁊ honestatis quia ibidem est flos ⁊ fructus. Exemplum in natura. Fructus rosarij sunt rose/ ⁊ flos similiter: Ita q̄d rosa in rosario est simul flos ⁊ fructus. Sic in virgine beata/ Christus simul est flos ⁊ fructus. Unde ei cãtamus. Florẽs vt rosa. Ecclesiastici. l. Quasi flos rosarũ in diebus virginis/ Quia igitur iste flos ab arbore virginis sine lesione violatione ⁊ corruptione p̄dijt. Dicamus de ea. Illud Johan. xvj. Nõ meminit pressure p̄pter gaudiũ q̄ natus est homo in mundũ. Hec

de primo. Si vis dilatare contra vitia / dic quomodo aliquid per bonum propositum florent in mente: sed non fructificant per actum in opere: et quomodo aliqui non habent florem honestatis ⁊c.
¶ Quantū ad secundū nota. ꝙ ille qui fuit flos arboris / fuit etiam factor arboris: nunꝗ res tam mirabilis fuit. Unde dicit. ipse fundauit eā: et natus est i ea. hoc sic patere potest in ps. xps loquit de seipso. Ego sum vermis et non homo. Est aūt triplex ratio quare se cōparat vermi. Prima / quia non ex coniunctione vermis cum verme: sed virtute celesti cū pluuia veniente super terram vermis generatur. Sic spiritualiter christus gratia sola. s. et virtute dei non hominis coniunctione est in virgine natus. Luc. j. Spūssanctus superueniet in te ⁊c. Secunda ratio est / quia vermis ꝗdiu stat in terra / et intra tm̄ stat securus: ꝗcito autē terram exit / tacito statuitur. et exponit periculis dānis et morti. Unde aliquando ponit pes super eum. aliqñ proijcit lapis. aliqñ spuit super eum. Sic spūaliter xps conceptus rore celesti tandiu in mundo isto fuit solū securus a malis / ꝗdiu fuit in vtero virginali. Sed ꝗcito fuit mundo expositus et natus statim fuit persecutus. vñ herodes querebat puerū ad pdendū eum et postea durauit continue vsꝗ ad passionē vbi eum lapidauerūt et conculcauerūt: spuerūt / ⁊ tandem occiderūt. Tertia ratio est / qꝛ quidā est vermiculus qui facit sericū: cuius est talis natura. ꝙ facit ipsemet sibi vnā camerā de serico / ⁊ vocat vulgariter vers de soye. Et cōpleta sua camera ipse ponit se ibi / et nō cōparet. Transactis aūt nouē mensibus vermis egredit: ⁊ de domo illa quā fabricauerat absꝗ alterius vermis coniūctione virtute celesti / et calore pectoris muliebris noviter nascit / ⁊ de tali natiuitate potest exponi: quia natus est in ea q̄ eam fundauit. Sic dei filius domū de serico sibi fabricauit. Et post illā. que. s. est alba interius per virginitatē: aurea exterius. s. per charitatē / virginē beatā intrauit / et in ea nouem mensibus latitauit: vitam aūt nouē ⁊ natiuitatē recepit non hominis coniunctione: sed virtute spiritussancti: et calore muliebri virginis nō agente sed materiā ministrante. Mat. j. Quod in ea natū est / de spiritusancto est. Hec de secundo principali.
¶ Quantū ad tertiū nota. ꝙ ciuitas humani generis erat ita male fundata: ꝙ ad modicū insultū inimicorū capiebat. diabolus enī a principio ciuitatis p̄uauerat et cauauerat muros intm̄: vt statim ruerēt muri p pctm̄. vñ Tren. j. Quō facta est desolata ciuitas plena populo. Sed xps volens hāc ciuitatē habitare. Ipsemet fundauit eā et firmauit eā. fundamenta eius in mōtibus sanctis q̄ sūt quattuor ꝟtutes cardinales. s. fortitudo / iustitia / prudētia / et tēperantia. Fūdamenta eius fuerūt humilitas: patiētia pauptas / ꝟginitas: hmōi fundamentis hāc ciuitatē fundauit. Nō aūt fuit / qꝛ illa ciuitas dꝫ esse multū fundata ⁊ murata q̄ dꝫ regē et thesaurū regis custodire. Talis fuit virgo beata: qꝛ custodiuit regē xpm et totā trinitatē et totū thesaurū paradisi: qꝛ dei filiꝰ in quo sūt oēs thesauri sapiētie et sciētie dei abscōditi. vt dr ad Col. ij. ppter qđ in ps. sicut audiuimus sic vidimꝰ in ciuitate dñi: ꝟtutū: i ciuitate dei nr̄i deꝰ fundauit eā i eternū. Nota psecuti et impugnati ab inimicis multū indigent forti ciuitate ⁊ bene fundata / et ideo quia peccatores sunt tales / non est sapiens q̄ nō recurret ad illā ciuitatē quā xps pro se et peccatoribus fundauit. vñ vocat ciuitas refugij. Dic aliqđ exēplū btē ꝟginis: quō est ciuitas refugij petōribꝰ: et fac finē. Potes etiā facere fundamenta huiꝰ ciuitatis lapides pciosos duodeci de quibꝰ habet Apoc. xxi. q̄ intellectualiter significant. xij. articulos fidei. portalia aūt eiꝰ semp sunt apta peccatoribus / qui etiā sunt. xij. ppter hoc dicit in ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius: fundat exaltatiōe vniuerse terre. Ad quam exaltationem ⁊c.

Collatio. lvij. De annūciatione et natiuitate dñica. ex ps. lxxxvij.



Factus sum sicut homo sine adiutorio. In ps. lxxxvij. Scriptura sacra christū vocat lapidē. vnde ipsemet christus. Mat. xxj. allegat de seipso illud ps. Lapidē quē reprobauerunt edificātes: hic factus est in caput anguli. A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nostris. Rō aūt quare xps se cōparat lapidi/ iuxta pdictā auctoritatē est ista. Videmus/ q qñ aliqs magnus princeps vult reedificare et de nouo reincipere aliquā nouā ecclesiā/ ꝛ eā dotare et redditibus ac priuilegijs insignire. Ipse cōsueuit sine alio magistro: sine alio artifice: sine alio adiutorio primum ecclesie lapidē ponere/ et vnum ictū solū supra lapidē dare: vt ei ascribatur titulus ꝛ nomē ecclesie. Talis aūt lapis q primus a solo dño ponit primus pijcit/ et super quo a solo dño ictus dat/ cōsueuit pōi in capite ecclesie in angulo vbi connectit vtrūq pariete: et cōsueuit oībus alijs esse maior et tunc cōsueuit fieri festū ꝛ solēnitas in pñtia principū et maiorū de terra eorum. piecto aūt primo lapide a dño: et per eū vnico ictu dato/ alij artifices postea reliquū officiū psequūtur/ et superedificant ecclesiā noīe dñi primū lapidē iacientis. Ita spiritualiter deus a mundi principio edificauit vnā ecclesiā. s. cōgregationē hominū/ quā in padiso terrestri posuit et fundauit. Sed diabolus istā ecclesiā inuasit/ ꝛ machina temptatiōis pcussit: et lapides fuerūt adeo debiles q ad primum ictū/ nō vtiq saxo duro saxo: sz cū dulci pomo immediate ceciderūt de edificio et ruit edificiū: et totū pariter est destructū. Videns ergo deus pater illā ecclesiā corruisse/ et eā debilē fuisse q ab ictu vnius pomi corruisset/ voluit in lege noua ecclesiā reedificare: et de nouo fortiorē reincipere: et qsiuit optimū et stabile fundamētū/ vbi primū lapidē pijceat/ et istud fuit virgo beata. volēs ergo ecclesiā suā sanctam de nouo reparare: reedificare sibi nomē/ et titulū ascribere/ et eā mirifice insignire. Ipse in isto fundamento in virginali vtero primū lapidē totius fundamenti/ et totius ecclesie: xpm vz suū filiū posuit. vtiq sine alio artifice/ sine alio adiutorio non generatū ab hoīe et virili semine: sed mystico spiramine: quem lapidē posuit in fundamento ecclesie: pijciendo in vtero beate marie sine cuiuscunq virili generatione sed solius spiritus sancti virtute vtiq dans vnicū ictū. i. mittēs deus pater suū verbum. Ille qui dixit. et facta sunt: mandauit et creata sunt. vt dicit in ps. Unde virgo beata audiens istū lapidē ponendū in suo vtero: timens de humano adiutorio: quesiuit ab angelo. Luc. j. Quomodo fiet istud qm virū non cognosco. Angelus respondit. Spūssctūs superueniet in te/ et virtus altissimi obūbrabit tibi. q. d. diuina solum virtute/ nō hoīe artifice cōcipies. Istū ergo lapidē sola virtus diuina posuit: ꝛ in fundamēto sue ecclesie proiecit/ quē synagoga in passionis tpe reprobauit: et hodie iste lapis positus et factus est vtiq in caput anguli: qꝛ iste xps est caput ecclesie. vt dr Ephe. v. Itē ipse cōnectit duos parietes olim in infinitū distantes. s. diuinitatis et humanitatis. Ceteri aūt lapides ponunt per humanos artifices in ecclesia: qꝛ nullus tā sanctus vel tam sancta que non cōi hoim ppagatiōe ex patre gñante nascat. Et iō nō est mirū si hodie fiat festiua solēnitas de positiōe illius lapidis a solo deo positi cui supedificamur: sm illud Ephe. ij. Superedificati sup fundamentū apostolorū et prophetarū ipso summo angulari lapide christo iesu. Huius lapidis positio figura fuit in primo homine. Gen. ij. Primus enim lapis totius veteris ecclesie q cecidit. s. Adam sine alicuius hominis adiutorio solū diuina virtute: ex terra velut ex matre creatus et in caput ecclesie illius positus fuit. vnde dicitur ibi. Formauit igitur deus hominē de limo terre: et inspirauit in faciē eius spiraculū vite: ꝛ factus est homo in animā viuentem. Ita lapis iste xps bñdictus caput ecclesie reformate sine alicuius auxilio solum virtute diuina: in annūciatione

dominica ex virgine beata matre ex terra humanitatis nostre formatus est: et sicut deus hominem fecit et inspirauit in faciē eius spiraculū vite: et factus est homo sine humano auxilio in animā viuentē: et hoc ipse confitetur per verba ps. cum dicit. Factus sum sicut homo sine adiutorio. In quibus verbis circa xpm incarnatū lapidē in fundamēto ecclesie hodie iactatū describit quendam.

Rumorem originis
Decorem imaginis } qr dicit { Factus sum sicut homo sine adiutorio. } Describitur autem in incarnationis mysterio.
Honorem virginis

Rumor originis adducens nouitatem
Decor imaginis inducens veritatem } —— { Factum sum sicut homo sine adiutorio
Honor beate virginis producens dignitatē

Ergo sm ista per { rumorē hominis inchoatur carens principio / Decorē imaginis gradui datur parēs d filio / honorē huius virginis separatur nascēs ab alio. } { Factus sum sicut homo sine adiutorio.

¶ Quantū ad primū nota. q scriptura sacra loquens de nouitate virginis et incarnationis filij dei/ cōparat matrē concipientē mari: filiū aūt venientē cōparat naui: et quo ad ingressum: pcessum: et egressum cōparatur ergo dei filius ratione incarnationis naui. Primo rōne ingressus. Ratio est. Nauis construitur ex diuersis lignis et postibus que inuicē coniunguntur. Nauis aūt mare ingrediēs et egrediens non frangit aquā: sed super aquā portatur/ et aquam pertransit: intrat et exit sine aliquo vestigio/ sine aliquo remanente signo. Ita persona filij dei persona christi est in incarnatione constructa ex duobus diuersis lignis scz duobus postibus diuinitatis et humanitatis humane nature: et diuine que in ista naui coniuncta fuerunt in vno supposito: hoc igitur suppositum intrauit mare. i. vterū virginis marie in incarnatione: quando hec ligna humanitatis et diuinitatis in virginali vtero coniuncta fuerunt: et exiuit nauis formata in portu natiuitatis: sed semper sine fractura: sine violatiōe virginitatis mris: saluis portis et clausis portus maris: quia virgo gessit/ virgo peperit: et post partum virgo permansit: per quod nulla vestigia/ nulla signa que alij nascentes relinquūt: in matre virgine dereliquit. Ideo loquitur ipsi ille horū secretarius sanctus psal. Deus in sancto via tua: quis deus magnus sicut deus noster tu es deus qui facis mirabilia. Postea sequitur in mari. i. in virgine maria: via tua et semite tue in aquis multis: et vestigia tua non cognoscentur: ergo hec est nauis hodie cōstructa: illa christi persona ex duabus naturis facta: de qua scribitur Prouer. vltimo. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum: vtiqz de longe: quia de portu paradisi ad portū huius mundi: quē panē angelorū manducauit homo. Istā nauē hodie ex istis duobus postibus factā: ex duabus vnitis naturis diuina et humana constructam: ostendit Apostolus Romanorū. j. Factus est ei ex semine dauid sm carnē: ecce postis humanitatis qui predestinatus est filio dei: ecce postis diuinitatis: hanc eandem nauē factā et in vtero virginali positā et nauigantē in eius mari: vnitis istis asseribus: idē Apls. ad Gala. iiij. sic testatur. Misit deus filiū suū: ecce diuinitas: factū ex muliere: ecce matris et maris integritas et virginitas: quia non dicit ex viro: sed tm ex muliere: factū sub lege: ecce humanitas: vt eos qui sub lege scz peccati erant: redimeret: ecce vtilitas. Secundo ratione processus: quāuis enim nauis sit optima et multas merces et diuitias secū portans: hoc tamen non obstante: habet multas procellas/ tempestates/ et aduersitates in mari. Ita dei filius: quāuis enim ipse esset nauis optima: et omnium diuitiarum celestium et mercium paradisi plena: quia omnibus virtutibus donis et gratia: tamen hoc non obstante/ quādiu fuit in hoc mari huius mundi; habuit et sustinuit multas procellas/ mul

tas persecutiones: multas aduersitates/famem/frigus/sitim/opprobria: vnde
dicebatur esse fabri filius/amicus publicanorum/vorator vini/demoniacus: io
in eo verificatum est illud Matth. viij. Motus magnus factus est in mari: ita
vt nauicula operiretur fluctibus. Tertio ratione egressus. Sepe enim contingit
aliquod vas maris/nauem vl' galeam tantũ ventis et tẽpestatib⁹ agitari ꝙ ho
mines reputantes vas perditũ: dimittunt vas: dimittunt nauem: et saltant in
aquam/et vas veniens in naufragium/ fit aliquando nauigantibus in auxi=
lium: ꝙ illi videntes ꝙ non possunt natare et venire vsq̧ ad portum reuertunt
ad vas ad lignum: et alicui posti adherentes: veniunt ad portum in quo sepe
nauis firmata restituitur: et reintegratur: et facit cum nauigantibus viam suã.
Ita de christo naue nostra. Habuit enim in egressu huius mundi tempore mor=
tis tantum de vento contrario: et de tempestate iudeorum tam in opprobrijs: q̃
in supplicijs flante inuidia et malitia iudeorum et phariseorum, ꝙ in eius per
secutione iusti in passione omnes qui erant in naue ista exiuerunt: et in mare
mundi se proiecerunt. Aliqui etiam nudi. Unde vnus qui forte creditur ab ali=
quibus fuisse Joan. euangelista: qui in hac naui in cena dormiuerat nudus
relicta sindone profugit: et generaliter omnes discipuli et apostoli: eo relicto fu
gerunt. Tunc per passionis supplicium: hec nauis venit ad naufragium. Et q̃=
uis postis diuinitatis semper integer remanserit: tamen postis humani=
tatis in duas partes diuisus fuit: et vna pars scilicet anima iuit ad profundũ
maris scilicet ad infernum. Alia venit ad terram: scilicet corpus ad sepulchrũ.
Sed verum est ꝙ hec nauis: istud vas fractum/ reparatum/et reintegratum
fuit in resurrectione. Unde videntes apostoli ꝙ non poterant nisi per istam na=
uem ad portum salutis venire: iterum ad nauem redierunt: et per eam ipsi et
nos ad portum salutis solum possumus peruenire. Dicit enim Paulus Actuũ
xxvij. Nisi hi in naui manserint vos salui fieri non potestis. Ad istud proposi
tum. Quomodo ipse in egressu passionis fuit vas perditum veniens ad nau=
fragium: et a suis derelictum. Scripsit Psalm. loquens in eius persona di=
cens. Factus sum opprobrium vicinis meis valde: et timor notis meis: qui vi=
derunt me foras fugerunt a me: obliuioni datus sum/tanq̃ mortuus a corde/
factus sum tanq̃ vas perditum: igitur hec nauis hodie constructa et fabricata
est ex duobus lignis diuinitatis et humanitatis: vt per eam nobis afferantur
celestes diuitie scilicet gratie et glorie: et facta et posita est in mari. Johan=
nis primo. Uerbum caro factum est et habitauit in nobis: et vidimus gloriam
eius gloriam quasi vnigeniti a patre ꝛc. Facta est etiam hodie nauis ista vt
nos portet/assumat et traducat ad portum paradisi/ad portum glorie et sa=
lutis. Psalm. Dominus assumpsit me fortitudo mea et laus mea dominus: et
factus est mihi in salutem. Et infra subiungitur iterum. Confitebor tibi quo=
niam exaudisti me: et factus es mihi in salutem. Hec de primo princi=
pali.

¶ Quantum ad secũdum. Sciendum ꝙ cum dicitur sicut homo: ly sicut nõ po=
nitur pro nota similitudinis: sed pro expressione veritatis: non enim chri=
stus dei filius factus est sicut homo solum similitudine: sed vera re: et hoc se=
pe contingit in scriptura sacra: ꝙ ea que sunt nota similitudinis sumuntur
aliquando pro expressione veritatis: vt ibi. Uidimus gloriam eius gloriam
quasi vnigeniti a patre. Johannis primo. Est autem sciendum: ꝙ in filij dei in
carnatione et vera humanatione: factum est per deum patrem: sicut fit ali=
quando per humanum et temporalem regem: contingit autem aliquando ꝙ
subditi alicuius regis volunt transire de regno in regnũ: vadunt peregrini de
vno loco ad alium. Et aliquando contingit locum peregrinationis esse preh=

bitum: vt patet in hierusalem: quando ergo aliquis vult habere transitū liberum ꝛ aditum: indiget signo: indiget sigillo in quo imprimatur imago regis: ꝛ tunc portantes sigillum habens imaginem regis impressum: transeunt libere: transeunt expedite nec aliqua alia sufficiunt munimēta: nisi eñ per bullam pape nullus transit in hierusalem tutus ꝛ sine excōmunicatione: nisi cū signo soldani: nullus transit tutus ꝛ sine captiuitate. Omnes quotquot sumus peregrinamur a domino. ij. Cor. v. Non eñ habem⁹ hic manentem ciuitatē sȝ futuram inquirimus. Heb. xiij. Ita psal. dicebat. Aduena ego sum apud te ꝛ peregrinus: iniqui autem exulant a hierusalem celesti que sursuȝ est: qꝛ stantes erant pedes nostri in atrijs tuis hierusalem. In psal. Uerum est ꝙ ꝑpter peccata nostra ille locus erat nobis sub prohibitione positus ꝛ sub interdictione: qꝛ posuit illic dominus gladium flammeuȝ atqꝫ versatilē ad custodiendā ꝛc. Gene. iij. ꝛ ideo nullus accedere poterat vel audebat: null⁹ transibat de regno huius mundi ad gaudium paradisi. Ideo misertus deus pater peregrinorū aperuit bullam suarum gratiarum ꝛ misericordiarum: ꝛ impressit suam imaginē filium suum qui est candor lucis eterne ꝛ speculum sine macula: ꝛ imago bonitatis illius. Sap. vij. cere nostre humanitatis vt illam imaginem dei filium nobiscum habentes in nostra humanitate impressum: incarnatum: ꝛ humanatum haberemus ad paradisum aditum liberum transitum apertum: quia ad transeundum de regno huius mundi ad populum alterum paradisi non sufficiunt alia munimenta nisi solum istius imaginis impressio: ꝛ incarnatio facta: Unde consideratis humanis meritis ab vna parte: ꝛ receptē huius imaginis ab alia: dicit psal. Ueruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens: veruntamen in imagine pertransit homo. Est autem sciendum ꝙ sicut imago sigilli cere applicata in sigillo remanet ꝛ in cera: ita imago dei patris ipse dei filius applicatus ꝛ incarnatus nostre humanitati sicut sigillum facit imaginem sigilli ceram induere: ꝛ imago in sigillo est: ꝛ in cera induit nostram humanitatem sicut indumentum ꝛ factus est homo: ꝛ imago dei remansit apud patreȝ ꝛ apud nostram humanitatem: vnde ipse sicut imago manens in sigillo induit nostrā ceram apud matrem manens in nostra humanitate: ꝛ apud patrem in sua diuinitate. Ideo ad Philippenses secūdo. Hoc sentite in vobis quod ꝛ in christo Iesu: qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est se esse equalē deo sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinem hominū factus: ꝛ habitu inuentus vt homo. Iste homo secundus Adam celestis figuratus est in primo homine Adam terrestri: De quo Genesis primo. Faciamus hominem ad imaginem ꝛ similitudinem nostram: de quo sequitur. Creauit igitur deus hominem ad imaginē ꝛ similitudinem suam: ergo si in ista imagine impressa hodie ꝛ incarnata transit homo de regno in regnum: de gente ista ad populum alterum: de miseria ad paradisum: faciamus iuxta consiliū apostoli prime Corint. xv. vbi dicit sic. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis: qualis terrenus tales ꝛ terreni: qualis celestis tales ꝛ celestes: igitur sicut portamus imagineȝ terrestris: portemus ꝛ imaginē celestis dilata per hoc contra vitia. Et potes inducere illam authoritatem psal. ꝙ homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus ꝛ similis factus est illis. Hoc fit per vitia ꝛ peccata. Applica vt volueris: ꝛ hec de secundo.

¶ Quantum ad tertiuȝ sciendum ꝙ deus conformiter se habuit in reꝝ creatione ꝛ in recreatione. In creatione autem ita fecit quod creando aquas celum et terram: nullo vsus est adiutorio: sed ipse sua virtute aquam: celumꝫ terrā creauit: cetera autem postea suo cursui ꝛ actionibus suis dimisit. Sic fecit i recrea

tione quoniam aquas ipse creauit et posuit in matre virgine: et celum .i. christi celestem animam et terram .i. corpus eius de terra formatum: non alio homine adiuuante: non alio homine medio generante: sed sola sua virtute in vtero virginali formauit. immo quod plus est celum et terram ad collum suum posuit et ad portandum sibi coniunxit: vnde sicut motum celi et terre angelo dedit in rerum creatione quem sibi ad motum vniuit. ita in rerum creatione celum. idest celestem animam christi: et terram idest corpus filio dei vniuit: et non solum ad motum et obedientiam diuinitatis: sed in vnitatem suppositi: ideo in huius celi et terre christi corporis et anime productione nõ fuit alius homo adiutor: alius pater generans: sed solus spiritussanctus virginem impregnans: vnde hec dignitas: hoc priuilegium soli christo et eius matri: non cuilibet in sua conditione fuit reseruatum: vt ipsa sine virili adiutorio conciperet: et prolem virgo pareret: et deus sine humano adiutorio prolem illam formaret. Ideo Esa. xl. spiritusancto reuelante preuiderat ista cum dixit. Quis mensus est aquas: Ecce de abundantia celestium gratiarum in matre: et celos palmo ponderauit: ecce de anima celesti. propter diuersas virtutes in prole: quis appendit tribus digitis molem terre: ecce de eius corpore. Sequitur. quis adiuuit spiritum domini: aut quis consiliarius eius fuit? quasi dicat nullus: non sic in cõmuni generatione aliorum hominum: immo ibi verificatur illud psal. Adiutorium nostrũ in nomine domini qui fecit celum et terrã: qui. s. solus fecit celum .i. xpi celestẽ aiam et terrã .i. corpus xpi pertinẽs ad nostram terrenam naturam. huius conceptionis exemplum naturale quo ad aliqd reperimus. 3 enim Ambr. i hexamerõ apes concipiunt et pariunt sine libidine. et sine alterius apis adiutorio: sola celesti virtute. Ita beata virgo hunc puerum concepit et peperit virgo sine libidine sine hois auxilio et consortio: sola spiritussancti virtute vñ dixi tspũssanct⁹ illud Dañ. x. Nemo est adiutor me⁹ in oib⁹ his: ergo illi qui in hoc opere nõ habuit adiutoriũ qui est in nostro bono ope oi totum nostrũ auxiliũ dicamus illud ps̃ Adiuua me et saluus ero. Illam salutem nobis concedat qui cum patre viuit et regnat. Amen.

¶ Collatio. lviij. De mortuis. ex ps̃. lxxxvij.



Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. In psal. lxxxvij. Scriptura sacra cõparat non solum hominẽ homini: imo hominem iumẽto. In ps̃. Ut iumẽtum factus sum apud te. Ratio est: Iumẽta que habent per alium regi et dirigi sicut equus: non solum indigent vno calcari: immo ad recte incedendum indigent duob⁹ calcaribus. Si enim non adhiberetur iumẽto nisi vnum calcar. semper iret et tenderet ad partem versus quam pungeretur siue ad dexteram siue ad sinistrã et sic non iret recte: nõ iret in medio: sed iret ad extrema et per hoc quãdoq; ad suũ periculum et scandalum: sed qñ adhibentur duo calcaria: vnum ad dexteram: alterum ad sinistram: tunc equus cogitur ab vtraq; parte incedere recte ambulare in medio: et sic recte proficit et bene perficit gressus suos. Ita spũaliter homines a deo trahuntur: ad vnam partem fortune pungentis et occurrentis: siue p prosperitatem ad dexteram in presumptionem et superbiam siue per aduersitatem ad sinistram in desperationem et ignauiam quod quasi non sint homines non se regunt ratione: non accipiunt medium virtutis: sed incedunt oblique et non recte in vitium: et p hoc in suum periculum et in scandalum sicut ab vna pte stimulata iumenta: ideo dicit psal. contra tales qui non habentes rationem in prosperis vel aduersis nesciunt accipere medium rationis et virtutis et non sicut homines: sed sicut iumenta ad vnã partem vitij declinantes incedũt oblique et non recte in suum damnum et scandalum. Homo cum in honore esset nõ

intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: ⁊ similis factus est illis: hec via illorum scandallum ipsis. Deus ergo rector hominum ⁊ director volens nõ solum homines. idest recta ratione vtentes: ⁊ in quacunq̧ fortuna per mediuȝ virtutis incedentes directe dirigere in viam pacis. immo etiam illos qui sunt iumenta que nesciunt bene vti ratione: nesciunt bene tenere medium virtutis: sicut rector expertus ad prouocandum nos ad bonuȝ: adhibet nobis duos stimulos/ duo calcaria: vnum ad dexteram: quo impellit nos ad bonũ prosequẽdum scilicet ad bonum amorem ⁊ prosperitatem. Aliud ad sinistram quo scilicet stimulat ad malum fugiendum scilicet malum, timorem ⁊ aduersitatem: ⁊ sic istis calcaribus vult nos regi vt bono amore ⁊ prosperitate non presumamꝰ malo timore ⁊ aduersitate non deficiamus. Istis duobus stimulis regimur omnes: tam perfecti qui sunt homines. quam imperfecti qui sunt iumenta: Istis non declinamus ad dexteram vel sinistram vitij: sed stimulamur ad tenenduȝ virtutis medium: donec veniamus ad salutis terminum. Ideo dixit Psalmis. Judicia dei abyssus multa: homines ⁊ iumẽta saluabis domine. Ista duo calcaria nobis in figura proposuit per Moysen ipse deus: Deuteronomij trigesimo. Considera quod hodie in conspectu tuo proposuerim vitam ⁊ bonũ: ⁊ ecõtrario mortem ⁊ malum vt diligas dominum deum tuum: et ambules in vijs eius: proponit enim deus nobis a parte dextera vt bene faciamus vitam ⁊ bonum ostendens dulcedinem celestium premiorum: proponit etiam a parte sinistra mortem ⁊ malum: ostendens amaritudinem infernalium tormentoruȝ: vt semper ambulemus in medio virtutum per medium vie ad salutem eternam. hoc modo recte nos stimulant mortui: nos prouocant: nos impellunt ad bonũ faciendum: vt ⁊ nos in nobis boni efficiamur: ⁊ eis subueniẽdo compatiamur trahunt enim ad bonum ostendendo quod est amoris ⁊ boni ⁊ dicunt quod ipsi fuerunt homines sicut ⁊ nos: fuerunt patres: ⁊ matres/ sorores/ fratres/ nepotes nostri: ⁊ nos sumus homines sicut ⁊ ipsi: ⁊ ideo affectione ⁊ obligatione tenemur ad bene faciendum: ⁊ orandum pro eis: quia deus homines pro hominibus orantes exaudit. Unde dicunt nobis illud Jacobi quinto. Multum valet deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis: ⁊ orauit ⁊ celum dedit pluuiam: ita ad orationem viuentium deus dat mortuis refrigerium ⁊ gloriam. Et quia aliqui sunt duri ⁊ incompatientes: vlterius stimulant nos ostendendo quod est timoris ⁊ mali. Et dicũt quod sicut ipsi sunt modo sine adiutorio mortui ⁊ inter mortuos: ita nos necessario moriemur ⁊ veniemus ad eos: ⁊ carebimus adiutorio nisi iuuerimus eos: vnde dicunt ⁊ clamant illud psalmiste. Eripite pauperẽ ⁊ egenum de manu peccatorum liberate: vos autem sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principibus cadetis. Sed quis est iste vnus de principibus? vtiq̧ ille qui noluit benefacere egeno lazaro/ pauperi ⁊ mendico: ⁊ ideo ipse caruit dei adiutorio. De quo luce. xv. mortuꝰ est diues ⁊ sepultꝰ est in inferno: ergo mortui clamãt ⁊ stimulant nos ad bñ faciendum eis: ⁊ amore humanitatis quam habuerunt: ⁊ timore mortis quaȝ subierunt: per que consimiliter oportet nos omnes transire: vnde eorum quilibet clamat ⁊ dicit. Factus sum sicut homo ⁊c. vbi ostendũt

Trãsitoriã cõditionẽ
Necessariã passionẽ
Perẽptoriã afflictionẽ
} qr {
factus sum sicut hõ
sine adiutorio
inter mortuos
} ostenditur autem

cõditio transitoria prouocans ad pietatem
cõpassio necessaria reuocans crudelitatẽ
afflictio peremptoria predicans penalitatẽ
} qr {
factus sum sicut homo
sine adiutorio
inter mortuos

Ergo mortui in purgatorio constituti clamant et plorant ad nos vt
conditione similes adamemus cōsortiū vise fraternitatis :factus sum sicut hō
cōpassiōe vtiles ministrem⁹ auxiliū immēse desolitatis sine adiutorio
afflictione dociles formidemus exiliū tāte ymbrositatis inter mortuos

¶Quantum ad primum sciendū quod naturale est animalibus diligere animalia eiusdem conditionis et nature: vnde columbus columbū: coruus coruū ceruus ceruum diligit et ei associatur. Si hec conditio est in animalibus brutis multo fortius debet esse in hominib⁹: quia debent se mutuo diligere: et sibi mutuis beneficijs sociari: ideo mortui clamant ad nos: et dicunt quod fuerunt homines sicut et nos: et non fuerunt bestie quarum anime non remanent: fact⁹ sum sicut homo: dicit quilibet diligatis nos. quia fuimus homines sicut vos: recordemini nostri sociari nobis vestris beneficijs: faciatis saltē sicut bestie quē diligunt animalia sue speciei: nec solum fuimus homines sicut vos: inimo vobis proximi et coniuncti: quia fuimus parentes et consanguinei. Aliqui patres/ fratres/ filij et nepotes: aliqui matres: vxores: sorores: et neptes. Dicunt nobis illud Eccli. xiij. Omne animal diligit sibi simile: sic et omnis homo proximum sibi: omnis caro ad similem sui coniungetur: et omnis homo simili sui sociabitur sed vere hodie lugendum est: quod quidam homines sunt adeo crudeles et peruerse nature ꝙ animalia bruta plus habent de pietate et misericordia: et charitate et dilectione inter se ꝙ̄ homines: docet experientia: quod si vnus porcus capiatur: ledatur: et clamet: rugiat: vel grunniat etiam quantumcunꝙ paruus vndecunꝙ existat: statim omnes porci alij de loco: de ciuitate/ de castro congregabuntur: rugiunt/ gruniunt/ clamant: et captum si possunt liberāt. Nota quomodo fuit captus dracho in Roma: et interfectus per porcos: quia dracho ceperat vnum porcellum paruum: hec dilectio: hec pietas multo fortius deberet esse in hominibus: quia vno homīe mortuo: capto: et in purgatorio vinculato/ ad nos vociferante/ clamante/ et plorante/ omnes deberemus congregari pro eo liberādo ad ecclesiam/ ad sepulturam/ et orare pro eo. et ad deum clamare: et si hoc deberet fieri pro quocunꝙ minimo ratione humanitatis/ quanto magis hoc deberemus hoc facere ratione propinquitatis: quia est pater vel mater: filius vel frater et c. Sed vere aliqui peiores sunt porcis et minoris pietatis: quia clamantibus mortuis. non solum extraneis sed parentibus proprijs in purgatorio faciunt eis aurem surdam: non dicerent vnum pater noster: non darent vnam elemosynam: immo quod est crudelius de eorum proprio vino vnam guttam: de proprio pane vnam micam: de propria pecunia vnam pictam: nolunt soluere eorū legata: isti non sunt homines nec bestie: immo peiores et crudeliores bestijs/ et porcis: qui etiam nudant mortuos legatis suis et bonis/ suis animabus obligatis: de quibus Job vigesimoquarto. Agrum non suum demetunt: et vineam eius quem vi oppresserant vindemiauerunt: nudos dimittunt homines indumenta tollentes: quibus non est operimentum in frigore. ¶Itē, dicunt mortui indigentes illud Psalmiste Filij hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem: et queritis mendaciū? Recordemini quod fuimus homines sicut et vos: et quoniam eritis mortui/ sicut et nos: reddatis nobis nostra: soluatis legata. reddatis debita et forefacta: non solum promittatis soluenda: sed soluatis ea: quare queritis mendacium promittendo: et non faciendo? His autem omnibus adhuc est crudelius quod aliqui sunt non tanꝙ porci terreni: sꝫ sicut porci marini qui vocantur delphini: illi enim pisces naturā pietatis exigentes sunt huius conditionis: ꝙ vno ex eis vulnerato et morti appropinquāti: alij qui deberent iuuare/ eum impetunt/ lacerant: vulnerant/ mordent: et qui=

libet accipit suum morsellum: quilibet habet vnam gulatam. Ita inter quosdam homines crudeles: aliquo enim homine vulnerato/infirmato: et morti appropinquante: alij qui deberent de eo curare de anima/de corpore cogitare: sicut parentes et amici pro eo orare: bona seruare et custodire: de talibus non curantes impetunt/et vulneratum/et infirmatum lacerant/et vulnerant/et mordent dentibus. Aliquando per verba detractoria. Aliquando per facta damnificatoria quilibet respicit quid a mortuo poterit habere: quid rapere: quid tollere: quisque accipit vnum morsellum: ille rapit panem: ille vinum: ille granum: ille vasa: ille superlectilia: ille pecuniam: ille vestem: ille zonam: ille bursam: ille claues: ille sotulares: citius currunt ad archam quam ad elemosynam: quilibet qui potest asportat vnam gulatam. Nota quomodo ista consueuerunt fieri in morte prelatorum et generaliter clericorum: et specialiter auarorum: isti non sunt homines: nec bestie bone: sed crudeles et male: isti sicut bestie: non sicut homines morientur: quia morientes sicut crudeles bestie mordent et persequuntur. De quibus Ecclesiastes.iij. Dixi in corde meo de filijs hominum vt probaret eos deus: et ostenderet similes esse bestijs: idcirco vnus est interitus hominis et iumentorum et vtriusque equa conditio: sicut moritur homo: sic et illa moriuntur. Istis clamant mortui. Factus sum sicut homo non sicut bestia deuoranda. Est autem sciendum quod quamuis aliqui non sint crudeles in mordendo et capiendo: sunt tamen negligentes in reddendo seu subueniendo: quia dicitur Prouerbiorum.xj. Mortuo homine impio id est illi qui est sine pietate non erit vltra spes: id est vltra non curabitur nec recordabitur de eo. Ratio est. Scriptura loquens de hominum morte vocat hominem vas. In psalm. Tanquam vas figuli confringes eos. Uidemus enim quod aliqua vasa terrea pulchra et picta sicut bicheria quamdiu stant integra/sana: et sine fractura: possunt vinum recipere: et vinum in mensa ministrare: tamdiu habentur in reuerentia: habetur de eis aduertentia: cura et memoria: lauantur/portantur in mensa ponuntur et reponuntur cum diligentia: custodiuntur et cauetur ne rumpantur. Sed si casu vas cadat/frangatur et rumpatur: ita quod non possit vltra vinum recipere: vinum influere: tunc vas abijcitur: et ad aliquem angulum proijcitur: extunc de eo non curatur: sed perditum reputatur: et ab omnibus obliuioni deputatur: non sic autem quando poterat vinum recipere et influere. Ita spiritualiter homo est vas terreum: quia de limo terre formatum. Genes.ij. Quamdiu ergo homo manet sanus letus/iuuenis/fortis/pulcher/robustus/aptus ad acquirendum diuitias/honores/dignitates/delitias/et alijs dandas: tamdiu mundani curant de vase: amici/parentes/et familiares de homine. Sperant enim semper se aliquid recepturos: vel vtile vel delectabile: credunt quod vas eis aliquid influat: aliquid tribuat: et talis habetur in honore et reuerentia: in cura diligenti et memoria: quilibet curat ei lauare caput/manus/et pedes/lectum sternere/continue assistere/cauere ne cadat/ne infirmetur: ne male habeat. Non vtique propter ipsum: sed propter vinum/propter premium quod expectat: semper enim intendunt habere aliquid a dominis seruitores. Sed quando vas fortuito cadit et frangitur: venit a iuuentute in senectutem: a pulchritudine in turpitudinem: a fortitudine in debilitatem: a diuitijs in paupertatem: a prosperitate in aduersitatem: a vita in mortem: et ita frangitur: quod vlterius non potest honores mundanos/diuitias/et delitias temporales acquirere: nec potest alijs dare et influere: tunc talis contemnitur: ad partem ponitur cum peccatis oblitis: in angulum proijcitur: obliuioni datur: vas perditum reputatur: de eo in nullo vltra curatur: hoc deplorat psalm. in multorum mortuorum persona. Quia non est factus apud parentes viuentes sicut homo in recognitione: sed sicut vas perditum in obliuione. Con-

turbatus est in ira oculus meus: anima mea: et venter meus: quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea et ossa mea conturbata sunt. Sequitur. Qui videbant me foras fugerunt a me: obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde: factus sum tanq̄ vas perditum. De tali qui non soluit debitum eis mortuis: et non exhibet pietatem eis tanq̄ hominibus Dicitur Ecclesia.xxxiiii. Panis egentium vita pauperis/ qui defraudat illum homo sanguinis est: ergo caueant sibi ꝙ viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos. Ad literam enim deus talibus vitā abbreuiat: igitur vt mortuorum recordemur: quia sunt nostre conditionis et nature: et pietatem impendamus. Dicit eis psal. Sciant gentes quoniam homines sunt. Hec de primo.

¶ Quantum ad secundum sciendum ꝙ homines non consueuerunt illis mendicantibus compati qui sunt iuuenes et fortes/ qui habent longas tibias/ et grossa brachia qui habent ad laborandum et ad acquirendum victum multa adiutoria: sed quando aliquis pauper debitis obligatus est impotens pedibus et manibus et non habet aliquod adiutorium: nec ad laborandum aliquod auxilium ad aliquid sibi acquirendum vnde viuat: vnde sua debita soluat: cōsueuit homo tali cōpati: benefacere: et misereri. Quādiu sumus in vita ista habemus pedes et manus: habemus multa adiutoria ad benefaciendum/ ad lucrandum denarium eterne beatitudinis: ad soluendum/ et ad delēdum penam nobis debitam pro peccatis: immo sola voluntate si alia deficiant: viuens potest ista facere: sed in morte deficiunt ista adiutoria. Unde non habet homo pedes ad ambulandum: manus ad operandum: linguam ad orandum. Nec sufficit tunc etiam voluntas ad bene operandum: solum remanet nudata anima: ad supplicia tolerandum: ideo quilibet mortuus clamat sibi deesse omne proprium adiutorium: et implorat alienum dicens. Factus sum sicut homo sine adiutorio: quasi dicat: non possum meipsum iuuare: tu de amicitia: de parentela mea: tu habes: tu cui bona feci viuens: sicut scripsit Psalm. Exurge in adiutorium mihi. Et certe hoc faciendum docet animalium natura. Expertus sum ego fide oculata tartucarum esse talem naturam ꝙ existens facie inclinata ad terram infra testam et domum suam vadit et incedit ad placitum: sed si casu aliquo euersetur: et facies sit ad celum girata: tunc omnino efficitur impotens: nec potest in aliquo se adiuuare: sed expectat alienum adiutoriū: alias nunq̄ posset se de loco mutare: quod vbi sentit vel perpēdit socia: statim accedit ad eam: et ipsi impendit suffragium: quia appodiat ipsi proprium humerum: et sic iuuans eam reducit ad statum debitum. Ita debet esse et multo fortius inter homines in quibus sic est ꝙ anima est intra corpus sicut tartuca infra testam. Quādiu ergo sumus in hac vita homo semper respicit ad terram: quia semper vadit et tendit ad mortem et terram sepulchri: quando igitur casu infirmitatis et mortis homo inuersatur tunc homo respicit versus celum: anima quidem que illuc summe desiderat ascendere: corpus quia ad literam homo sepelitur versa facie versus celum: quando igitur homo in morte est sic prostratus et inuersatus non potest in aliquo bono opere se iuuare: sed iacet corpus putridum in sepulchro: et anima misera in purgatorio: deficiunt omnia propria auxilia: et expectant in tormentis continue aliena. Tunc ergo cum hoc perpendimus nos viui qui fuimus eorum parentes/ amici/ noti/ et socii statim sine dilatione debemus nostrum suffragium/ nostrum adiutorium per orationes per missas per elemosynas impendere. Dicitur enim Ecclesia.xxxiiii. Deprecatio offensionis et adiutorium causans exultans animam et illuminans oculos. Sed heu domine deus in qua persona esset tanta seueritas/ crudelitas vel inhumanitas que si videret

patrem vel matrem: filium vel filiam: fratrem vel sororem: amicum vel amicā: vel socium et sociam fame ⁊ siti deficere: non habentem pedē vel manum vel linguam ad querendum et non daret saltem de pane micā: de aqua guttā. O deus meus talis et tam seua crudelitas est in multis: quoniā eorum parētes et amici/pater/mater/soror/⁊c. morientes demembrati sunt: mutilati sunt et priuati pedibus quos vermes comedunt: et ideo non possunt ire: manibus quas serpētes rodunt/et mordent: et ideo non possunt bene agere: oculos quos bufones eruūt: et ideo non possunt videre: auribus quas lapides implent et obruunt: et ideo non possunt audire: labijs et lingua que rane comedunt/ et ideo non possunt loqui nec aliquid petere. Et quidem non sine terribili dolore: q̄r finis terribilium mors: ⁊ tamen mortuis in penis/ in flammis preter ista existētibus de vno modico suffragio vel auxilio non subueniunt. dicente Psalm. Humiliatum est in laboribus cor eorum infirmati sunt nec fuit qui adiuuaret. Ideo quilibet mortuus de talibus ingratis et crudelibus querens mandat illud Ecclesi.a. li. Uita mea appropinquans erat in infernum deorsum: circundederūt me vndiq̄ et non erat qui adiuuaret: respiciens erā ad adiutorium hominum et non erat. Non simus igitur mortuis parentibus ⁊ amicis crudeles: sed compatientes et misericordes q̄r eos a penis/nostra mīa liberabit. Dicit ergo Eccli. xl. Amicus et sodalis in tempore conueniens: ⁊ super vtrosq̄ mulier cum viro fratres in adiutorium in tempore tribulationis et super eos mīa liberabit. Dicit autem super eos mīa liberabit/ q̄r sicut pisces in cisternam proiecti non habent aquā vel refrigerium nisi veniat desuper vel ab homine infundēte vel a celo pluente sed languent in sitis ariditate. Ita morientiū anime in cisternā veterem purgatorij proiecte nō habēt aquā refrigerij/refrigerium alicuius auxilij: sed languēt nisi ab homine eis suffragiū immittēte/vel a deo suā gratiā ⁊ mīam largiente. Uñ de liberatis a penis purgatorij/a cisterna veteri/ siue per nr̄a suffragia/ siue diuina gr̄a pōt illud intelligi. ij. Macha. xij. Ibāt igit̄ prōpti de celo habētes adiutorē ⁊ miserantē super eos dñm. Et multi carētes omni humano auxilio/solū fulti diuino cōpellunt̄ dicere. cū psal. Adiutoriū nostrū in noīe dñi. q̄. fe. ce. et. t. Hec de secundo. ¶ Quantū ad tertiū. Nota q̄ valde formidabile est illud exiliū in quo homo nullum inuenit animal sociū/nec canē/nec equum/ sed magis est formidabile in quo nō inuenit aliquē hoīem viuū: sed oportet cū mortuis ⁊ inter mortuos habitare. Horror em̄ est esse iuxta vnū hominē mortuū q̄to magis qñ homo est inter Mille mortuos. Adhuc tñ est horribilius qñ homo inter multos mortuos est in obscuritate ⁊ tenebris ⁊ nō hȝ aliquā lucē. Sed maxime est horribile ⁊ dolorosuȝ/qñ homo existēs inter multos mortuos in tenebris in vmbra nō habet in graui fame qđ comedat/in graui siti qđ bibat. Et cum hoc positus in tormētis ⁊ vinculis nō hȝ potestatē vt sibi p̱ aliquē modum aliq̄d acquirat: vel vnde suis doloribꝰ vel tormētis subueniat. Tale exiliū datur morientibus ⁊ ad purgatoriū euntibꝰ/ q̄m in purgatorio nō est canis associās/ non auis cantās/nulla bestia delectās/sed solum bestia crudelis demō in igne crucians. Ibi nō sunt domicelle blādiētes in camera: sed ignientes in anima. Ibi non est homo cum viuis: sed cū mortuis. nō cum vno: sed plusq̄ mille millibus eneruatis depressis qui cruciantur sub eis inferius: et purgandis qui torquentur superius. ideo dr̄ hic inter mortuos. Ibi nulla lux: sed vmbra mortis. Ibi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitans. Ideo dicebat. psal. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. ⁊c. Ideo famescūt ⁊ sitiunt nostra suffragia ⁊ nihil habere possunt nisi ex nr̄a mīa. Uñ psal. Esuriētes et sitiētes anima eorū in ipsis defecit. Ibi nō solū sunt in vmbra ⁊ necessarioꝝ carētia. immo sunt in compedibus et manicis ferreis ligati in flamma. In psal. Sedentes in tenebris et

vmbra mortis.vinctos in mēdicitate ⁊ ferro.Heu domine deus quanta esset crudelitas si q̇s comederet cibū modicū quē sibimet exul. aliquis debilis pauper vinctus ligatus ⁊ infirmꝰ ꝑparasset ⁊ esset tm̄ generatꝰ tā grauis esset infirmitas ⁊ graue exiliū ꝙ posset sibi vlteriꝰ aliq̇d parare vl' ꝑparare: Talē crudelitatē exercēt multi q̄ parētes eoꝵ in mortis infirmitatē casuri.exiliū tormētū ⁊ vincula purgatorij intraturi preuiderūt: ⁊ ipsis de cibo ꝑ legata elemosynas per missas celebrādas ꝑ sacrificia offerēda: q̄ reliquerunt ⁊ cū sunt in exilio purgatorij nō solū in infirmitate sed in morte impotētes debiles/et nihil sibi valentes vlterius parare vel ꝓcurare eoꝵ heredes.illud possessoriū quod mortui sibi seruauerāt:parauerāt: ⁊ ordinauerāt sibi dari ⁊ mitti ipsi expendunt inutiliter et vane: ⁊ aliquādo in ribaldarijs.Aliquādo in vestibꝰ ⁊ raubis.Aliqñ in ludis potibus et cibis: que offerūt ⁊ immolāt suo vētri: ⁊ vētri vxoris ⁊ filioꝵ. ⁊ quod est detestabiliꝰ nō possunt mortui aliūde habere: ⁊ ipsi possunt aliūde ꝓcurare mortui nihil habēt plus ⁊ ipsi habēt multa alia. de q̇bꝰ sunt eis ingrati ⁊ deo: sed ideo tanꝗ̄ mortuis ad deū cōtra eos clamātibꝰ ipsi veniūt i ruinā. Ideo dixit de eis. ps. Initiati sunt Beelphegor.i.vētri deo suo. Iuxta illud quorū deꝰ venter est ⁊ comederūt sacrificia mortuorū ⁊ irritauerūt eū scꝫ deū in adinuētionibus suis:et multiplicata est in eis ruina. vtiq̃ in hoc mundo et post in inferno: quia in hoc mūdo depauperantur ⁊ male succedunt eis tēporalia:et in alio dānant̄ in gehēna. Ideo de taliū crudelitate et seueritate: de sua penalitate et acerbitate cōqueruntur mortui ⁊ dicūt illud.psal. Sicut vulnerati dormientes in sepulcris quorum nō eris memor amplius ⁊ ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerūt me in lacu inferiori in tenebrosis ⁊ in vmbra mortis. Hāc querimoniā flebiliter deponūt:cōtra parētes:ꝯtra amicos:ꝯtra heredes:contra bonoꝵ detentores:cōtra executores:ꝯtra executionū impeditores:cōtra illos quibus bona dimiserūt: q̇bꝰ bona ꝓcurauerūt:fecerūt ⁊ legauerūt. Cū quibus steterunt:comederūt:dormierūt: ⁊ ꝓpter quoꝵ amorē deū dimiserūt ⁊ offenderunt: et clamant ad deū illud.psal. Si inimicus maledixisset mihi nō sustinuissem vtiq̃. Tu vero homo vnanimis dux meus et notus meus q̇ simul mecū dulces capiebas cibos in domo dei ambulauimꝰ cū ꝯsensu. veniat mors sup illos: et descēdant in infernū viuētes qm̄ nequitie in habitaculis eoꝵ in medio eorū. Ego aūt ad deū clamaui. Ad istos clamant mortui. Illud Ecclesia.xxxviij. Memor esto iu dicij mei: q̄ sic erit ⁊ tuū mihi heri: ⁊ tibi hodie. in requie mortui requiescere fac memoriā ergo quis nō timeat: q̇s sibi nō prouideat: quis sibi necessaria non premittat. vt quid vlterius mie aliquis se nō cōmittat: q̇s esurienti sitim frigusq̃ passurus alteri panē vinū pecuniā suā tribuat. ⁊ ipse iuuare se non valeat. Fatuus est q̇ sibi nō ꝓcurat: q̇ sibi non preuidet. hodie em̄ viuificatur de morientibus apud remanentes illud vulgare prouer. Qui mort est mort foit. hoc est dictu qui mortuus est:mortuus maneat. Iuxta illud Mat.viij. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. vt em̄ scribit. ps. de morientibus. Nō est respectus morti eoꝵ ⁊ firmamētū in plaga eorū. ergo q̇s istud exiliū horridū penosum tenebrosum ⁊ defectuosum nō timeat. quilibet dꝫ sic aduertere: intueri ⁊ procul respicere. vt dicat cū psal. Cor meū cōturbatū est in me ⁊ fortitudo mortis cecidit super me. ergo isto timore primo tibi ꝓuide q̄ vere dicit idē. psal. ꝙ nō est in morte q̇ memor sit tui. Ergo faciamus: timeamus: disponamus ꝓuideamus penitētiā ⁊ oratiōes: ieiunia: afflictiōes: elemosynas: sacrificia: merita ⁊ oīa bona opa que poterimꝰ ante nos ꝑmittamus. Taliter vt tandē simus de illoꝵ morientiū numero. de q̇bꝰ dr̄. Apoc.xiiij. Beati mortui q̇ in dn̄o moriunt̄. Amodo em̄ iā dicit spiritus: vt requiescāt a laboribus suis. Ad illā beatitudinē. ⁊c.

¶ Collatio.lix.in sabbato sctō vel in die pasche.ex psal.lxxvij.

# In sabbato sancto vel in die pasche.



Actus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. In ps̄al. lxxxvij. Sapiēs artifex semper eligit instrumēta cōuenientia suo fini. sic videmus ꝙ pater sapiēs volēs curare infirmū filiū ⁊ ab infirmitate liberare nō eligit infirmū aliū ad curandū: sed ab infirmitate liberū puta peritū ⁊ sanū medicū. Sic etiā s̄m iura imperatoꝝ sic̄ seruus nō manumittit seruū nec ad libertatē reducit: q̄ꝛ nemo dat qđ nō habet: sꝫ liber manumittit seruū ⁊ restituit libertati. Sic̄ recte videmus ad oculū quādoq꜄ ouibus positis ⁊ captis intra aliquod ouile clausis fortiter circūquaq꜄. nec exire valentibus vna ouis nō liberat aliā nec emittit: sed q̄n dn̄s ouiū mittit pastorē liberum ille sua libera potestate ⁊ virtute aperit ouile facit ostium ⁊ accipiens vnā trāsire facit ei malū passum quo facto omnes alie exeūt ⁊ suū pastorē singule subsequunt̄. Ita legimus factū in re vera lꝫ futuroꝝ figura. Exo. iij. Filiis enim israel infirmatis ⁊ captiuatis sub Pharaone in egypto: deꝰ volēs eos liberare/ misit ad eos educēdos nō aliū seruū ⁊ captiuū: sed liberū Moysen: existentem in terra Madiam/ cui dixit. Uidi afflictionē populi mei q̄ est in egypto/ et sciēs dolorē eiꝰ descēdi vt liberarē eū de manibus egyptioꝝ ⁊ educerē. Ueni mittam te ad pharaonē vt educas populū meū ⁊ ita factū est: q̄ꝛ ꝑ Moysen in virga eductus ⁊ liberatus fuit. Spūaliter oēs hoīes in vno morsello fuerūt toxicati ⁊ potionati in primis parētibꝰ comedētibꝰ pomū eis vetitū. ꝓpter quē morsellū ipsi ⁊ oēs filij nō solū infirmati sunt: imo deficiēte adiuuāte medico necessitati moriēdi astricti: ⁊ qđ nō fuit minus in illo morsello perditi ex eo ꝙ dei libertatē perdiderūt dei mandatū nō seruauerūt/ ⁊ in captiuitatē. acꝰ seruitutē carcerē ⁊ vincula dyaboli tā in peccato originali in vita ⁊ in tormēto penali post mortē ad infernū descēderūt ⁊ ceciderūt nō habētes libertatē in quo inferno vel carcere vili ⁊ tenebroso/ sicut oues in ouili lutoso. oīes pariter ponebant̄. Uñ hoc descripsit. ps̄. cū dixit hō cū in honore esset nō intellexit cōparatus est iumētis insipientibus ⁊ similis factus est/ ⁊ hec via illoꝝ. s. obediētie scādalū illis: ⁊ postea in ore suo pomū comedēdo cōplacebāt. Sed sequit̄ carceralis captiuitas ⁊ mortalis infirmitas / sicut oues in inferno positi sunt/ mors depascet eos. Iste ergo oues infirmate ⁊ captiuate in dyaboli potestate clamauerūt ad dn̄m patrē pro medico curatore/ ⁊ libero liberatore p. ps̄. dicētes. Adiuua nos deꝰ salutaris nr̄/ ⁊ ꝓpter gl'iam nois tui libera nos: ⁊ ꝓpicius esto peccatis nostris ꝓpter nomē tuū. Sequit̄ rō. Nos populus tuus ⁊ oues pascue tue. Tūc deus pater misit nō infirmū: sed sanū medicū misit nō seruū sꝫ liberū propriū. s. filiū solus fuit liber ab omni peccato actuali ⁊ originali. ⁊ ideo captiuitati dyaboli: infirmitati peccati/ nullatenus subiectus fuit hic intrās ouile inferni post passionē suā portas aperuit/ oues emisit/ Adā eduxit/ ⁊ omnes de lymbo aīe gaudētes sunt pariter subsecute. hec ita describit. ps̄. Sedētes in tenebris ⁊ in vmbra mortis: vinctos in mēdicitate ⁊ ferro/ q̄ꝛ exacerbauerūt eloquia dei ⁊ ꝯsiliū altissimi irritauerūt ⁊ hūiliatū est in laboribus cor eoꝝ: infirmati sunt/ nec fuit qui adiuuaret/ ⁊ clamauerunt ad dn̄m cū tribularent̄ ⁊ in necessitatibus eorum liberauit eos: ⁊ eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mortis: et vincula eorum dirupit. Hec est causa quare Christus dicit. Iohā. x. ꝙ ipse est pastor bonus q̄ꝛ intrat per ostiū ⁊ ostiarius aperit/ ⁊ proprias oues vocat nominatim ⁊ educit eas ⁊c̄. Hoc ergo fuit in Moyse figuratū: q̄ꝛ ipse Christus velut alter Moyses assumptus de aquis tribulationis sue submergentis: passione in signis ⁊ mirabilibus a deo missus in virga crucis eduxit populum suū de infernali egypto/ de demone Pharaone: de manu egyptioꝝ: de morte eos liberās introduxit in terrā celestem eterne promissionis. Ideo de isto Moyse cātat. ps̄. Deo patri deduxisti sicut oues populū tuū in manu Moysi. i. Christi. ⁊ igit̄ Christus sua propria virtute oues. i. aīas san=

etas eduxit de ouili inferni.ipse solus a seruitute dyaboli peccati mortis ⁊ infer ni liber existens alios seruos ⁊ captiuos per suã crucem ⁊ passionem liberauit/ portas mortis aperuit vere a morte resurgens de inferno ⁊ sepulchro vel a mor tuis libere exiuit.Ideo dicit.factus sum ⁊c̃.In quibus verbis circa se describit quandam.

Crudelitatem
Utilitatem
Jocunditatẽ

Fac.sũ.si.hõ.si.
ad.inter mortu=
os liber

Ostendit aũt esse hanc

Crudelitatem }
Utilitatem } Oim { Propinquoꝝ
Jocunditatẽ. } { Defunctoꝝ
{ Saluandoꝝ.

Factus sum sicut ho= mo sine adiutorio in= ter mortuos liber.

Monstratur ergo cuicunqꝫ subtiliter intuenti.

Propinquorum crudelitas }
Defunctoꝝ vtilitas } In { Afflictionis vehementia in qua
Saluandoꝝ iocunditas } { Eductionis efficacia/quã per
{ Resurrectiõis gloria/quã per

cum { Dimiserunt
{ Receperunt
{ Meruerunt

Factus sum ⁊c̃.
inter mortuos
liber.

¶Quãtũ ad primũ sciendũ: ꝙ Christus suos crucifixores in sacra scriptura vo cat canes.Unde per.ps.circa passionẽ orans dicẽs.Erue a framea deus animaꝫ meã ⁊ de manu canis vnicã meã.Ratio ẽst:canũ est natura/ꝙ habẽtes societa= tem ⁊ amicitiã in prosperitate ꝙ̃diu vnus socioꝝ non leditur:nõ percutitᷣ:nõ vul neratur:tãdiu se diligunt mutuo/sunt in pace sed vno illorum latrãte cõtra ali quem:si feriatur/percutiatᷣ ⁊ vulneretur:ceteri canes qui prius erant amici ⁊ so cij illius canis anteꝙ̃ vulneraretᷣ eo vulnerato efficiũtur inimici latratores mor dentes ⁊ vulneratores illius canis miseri vulnerati.Unde expertũ fuit in terra mea/ꝙ vno cane asperrimo per vnũ viatorẽ vulnerato ceteri canes cõtra vulne ratum insurrexerunt:latrauerũt/⁊ momorderũt/⁊ vulnerãtes dentibus totũ la niauerunt:ita factũ est circa Christũ:quoniã Christo cũ iudeis societatẽ habẽ= te familiaritatẽ/dilectionẽ ⁊ charitatẽ:ꝙ̃diu Christus fuit in societate eoꝝ pro spere non fuit in aduersitate:sed prosperitate faciebat miracula/curabat infir= mos/suscitabat mortuos/tãdiu fuerũt in pace cũ eo/nõ nocuerũt ei sed honora= uerunt eum.sicut patet in die Ramispalmarũ:quãdo eũ ramis ⁊ floribus indu mẽtis ⁊ cãtibus honorauerũt:sed Christus cepit laterare:predicare:cõtra pha riseos/cõtra peccatores/⁊ ipsi tunc eius latratũ predicationẽ ⁊ correctionẽ ferre nõ valentes cõtra eũ sicut cõtra canes:lapides miserũt eum volentes lapidare nec cessauerunt donec eũ ceperunt vulneratũ:verberatũ:⁊ interfecerũt:qd viden tes iudei qui ipsi prius amici in prosperitate fuerãt eo viso/capto ⁊ percusso cõ tra eum sicut canes mordentes insurrexerunt cõtra eum latrauerunt:eũ momor derunt:accusauerunt:opprobrauerunt:detraxerũt:falsi testes/contra eum insur rexerunt/⁊ clamãtes crucifigatur tandẽ in cruce suspenderũt.Unde eũ tunc om= nes dimiserunt:non iuuerũt:non cõpassi fuerunt:sed sicut canes cũ phariseis to tum Christũ etiam mortuũ laniauerunt:nec solũ alij iudei:imo etiam eius pro= prij amici ⁊ discipuli eum dimiserunt.nullũ auxilium prebuerunt.imo contra eum aliqui latrauerunt/sicut iudas qui tradidit/sicut Petrus qui eum ter nega uit/sicut Thomas qui dixit non credam.De omnibus qui cũ eo venerant ad ce nandum non fuit vnus qui cadẽ nocte manũ eo capto poneret ad liberandum ⁊ adiuuandũ:sed fuit dimissus ⁊ derelictus/⁊ sine socio ⁊ sine auxilio.Ideo con= querebatur ipsemet dicens:factus sum sicut homo.⁊c̃.quasi diceret. ego erã nõ canis:sed homo/homini autẽ compati ⁊ misereri debebant.Unde ad hoc dicit

pilatus. Ecce homo. Johã. xix. Sed quem deberetis iuuare quadam humani-
tate. Uos aũt ad me fuistis nõ homines sed canes/ nõ adiutores: seu defensores
patientis: sed latratores: morsores/ ⁊ laniatores morientis/ hoc est idez qđ ipse
mortis ⁊ passionis tẽpore cũ. ps. orabat ad patrẽ. de vẽtre matris mee de⁹ meus
es tu ne discesseris a me: quoniã tribulatio ꝓxima est ⁊ nõ est qui adiuuet: post-
ea subiungit rationẽ. Circũdederunt me canes multi cõciliũ malignantiũ obse-
dit me. Foderũt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerũt oĩa ossa mea. Ipsi
vero considerauerunt ⁊ inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea ⁊ super
vestem meã miserunt sortẽ/ ecce magna crudelitas. Qđ fuit tunc in Christo ho-
die est in mundo: qꝛ illi qui fuerunt maiores amici ⁊ magis familiares hominũ
in prosperitate/ fiunt maiores inimici maiores persecutores in aduersitate: plu-
ra opprobria dicũt: plura mala faciunt sicut christiani abnegati qui plus no-
cẽt christianis ꝙ̃ pagani. Talis est amor mũdi. Dilata. ideo nõ debet homo cõ-
fidere in amicitia mundi/ sed dei/ quapropter dicebat Christus. Esa. lxiij. Circũ-
speri ⁊ nõ erat adiutor: quesiui ⁊ nõ erat qui adiuuaret: in tribulationib⁹ enim
solũ. ps. Adiutorium nostrum in nomine domini. Sed nota ꝙ dicit Christus.
Tribulatio proxima est ⁊ nõ est qui adiuuet. Ratio est/ dicunt astrologi: ꝙ vi-
demus ad sensum. ꝙ quãdoqꝫ circa solẽ est circulus qui vocatur halo qui est ex
vapore terrestri ⁊ sicco: ⁊ quando est talis cõditionis ꝙ iste circulus subito dis-
pergitur fugit ⁊ euanescit. signũ est ⁊ presagiuz future tempestatis ⁊ tante tãqꝫ
fortis ꝙ quilibet cupiens ire ad domũ suã ⁊ saluare se non curet nec cogitet de
alio. Ita spiritualiter circa Christũ solẽ erat halo circulus discipulorꝫ ⁊ aposto-
lorum vtiqꝫ in cena/ qꝛ rex sedet in cena turba cinctus duodena/ verum est ꝙ iste
circulus erat ex vapore terrestri ⁊ sicco qꝛ nondũ bene sapiebãt que dei erãt sed
que hominũ. Iste igit̃ circulus subito dispersus fuit: qꝛ post bucellã exiuit Iu-
das cõtinuo. Johã. xiij. Postea venientibus armatis cõtra Christum. discipuli
omnes relicto eo fugerunt. In hoc ergo Christus cognouit tribulationẽ esse pro-
ximam passionis ⁊ se sine adiutorio relinquendũ: qꝛ ille circulus subito fugit/
subito dispersus fuit. Secundũ qđ prophetatũ erat: percute pastorẽ ⁊ dispergẽ-
tur oues gregis. Zacha. xiij. Tantũ enim sibi quilibet de pelle ꝓpria timuit ꝓ-
pter futurã tempestatẽ ꝙ cuilibet ad fugiendũ prope tibie erant breues: ⁊ ideo
nõ curauerũt de Christo nõ dicã socio: imo doctore magistro creatore ⁊ salua-
tore suo nec sibi adiutoriũ vel auxiliũ impenderũt: sed fugientes sine solatio di-
miserunt. Ideo loquar ipse illud Dañ. x. Annũciabo tibi ꝙ expressuz est in scri-
ptura veritatis nemo est adiutor meus in omnibus his. Est aũt sciendum ꝙ vt
dicũt naturales ⁊ docet experientia post grauẽ tempestatẽ/ aer remanet purior
⁊ apparet serenior/ ⁊ sol apparet lucidior ⁊ splẽdidior: ita de Christo qꝛ trãsacta
tẽpestate passionis Christi corpus resurgente eo apparuit purius pulchrius ⁊
serenius. In Christi enim resurrectione trãsiuit corpus eius ⁊ similiter trãsibũt
omnia corpora saluandorꝫ in resurrectione de obscuritate in claritatẽ: de põde-
rositate in agilitatẽ: de passibilitate in impassibilitatem: ideo corpus Christi
post tẽpestatem passionis apparuit in resurrectione gloriosuz fulgidũ ⁊ lucidũ:
⁊ ipse Christus totus fulgẽs lucidus ⁊ decorus. Unde qui apparuit nebulosus
⁊ sine hominũ auxilio in passione: apparuit lucidus ⁊ gloriosus: diuino adiu-
torio in resurrectione. Et hec omnia ipse narrat Eccli. lj. Et de tẽpestate/ de sere-
nitate/ de humano adiutorio deficiente/ Et circulo discipulorꝫ fugiente: de adiu-
torio diuino assistente: ⁊ resurrectionis gloriã cõferente/ dicens: vita mea appro-
pinquans erat in inferno deorsum ⁊ circũdederunt me vndiqꝫ/ ⁊ nõ erat qui ad-
iuuaret: respiciens eram ad adiutoriũ hominũ ⁊ nõ erat. Memoratus sum mise-
ricordie tue domine: eruis sustinentes te domine ⁊ liberas eos de manu gẽtium

⁊ exaltasti super terrā habitationē meā ⁊ pro morte defluenti deprecatus sum. Sequitur: exaudita est oratio mea ⁊ liberasti me de perditione. Dilata si vis quomodo mundus dimittit amicos suos in maiori tribulatione: sed deus adiuuat dicēte.ps.experto. Deus noster refugiū ⁊ virtus adiutor in tribulationibus que inuenerūt nos nimis.

¶ Quātū ad secūdū sciendū: q in Christi morte per eū factū est circa mortuos captiuos sicut sepe fit circa alios incarceratos: sic aliqñ ⁊ ita vidi semel q multis existētib⁹ vinculatis ⁊ ligatis in aliquo carcere nō valētib⁹ egredi nō euadere aliqñ subito proijcit aliquo impetu ali⁹ in carcere sine vinculis ⁊ ligamine, q artis fabrilis q nouit seras aperire ⁊ claudere, ⁊ aliqñ falsificare vulgariter crocheter. Prio q forte claues fecit carceris in manu ppria fabricauit ⁊ ille compatiens captiuis ⁊ incarceratis liberat eos a vinculis. seras frāgit: portas aperit: ⁊ cū eis in turma recedit. Ita fuit specialiter a mūdi principio: dyabol⁹ oēs morientes ponebat in suo carcere in lymbo in loco vmbroso ⁊ horrido. Uñ.ps. Posuerunt me in lacu inferiori ⁊ tenebroso ⁊ in vmbra mortis. ibi ponebant oēs in cōpedibus in vinculis nō solū minores sed ⁊ maiores.ps. Ad alligādos reges eoꝝ in cōpedib⁹: ⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis. Carcer aūt inferni sic erat eis clausus, q eis erat impossibile egredi vel exire. Christ⁹ aūt erat peritissimus in arte fabrili, qr fili⁹ illi⁹ q oia fabricauit, imo p ipsum oia formauit qr oia p ipsum facta sunt. Joh.j. Ideo nō immerito ipsi dicebat. Math.xiij. Nō hic est fabri fili⁹ ⁊ mater ei⁹ dicit maria. Certe imo ⁊ nō solū fabri fili⁹: sed faber q cū prē oia fabricauit. Mar.vj. Nō hic est faber vtiq cui cātat.ps. Tu fabricatus es auroram ⁊ solē: tu fecisti omnes terminos terre. iste nō solū fabricauit inferni claues: imo semper portabat secū claues inferni ⁊ paradisi: dyabolus volēs istum fabrū in carcere habere subito mortē ipsi procurauit ⁊ passionē ⁊ in infernū proiecit nesciēs eius artē. Christus igit in inferno positus inspectis sanctis patribus vinculatis cōpeditis ligatis dicētibus cū.ps. Nūquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabūt ⁊ cōfitebunt tibi nūquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā ⁊ veritatē tuā in perditionē: nūquid cognoscent in tenebris mirabilia tua. eoꝝ voci ⁊ pene cōpassus egit mirabilia. Nā dirupit vincula, rupit ligamina: portas aperuit: vectes ferreos cōfregit: captiuos in turma secum rapuit, ⁊ ad salutē perduxit. Uñ.ps. cōtriuit portas ereas ⁊ vectes ferreos cōfregit: omnē escā abominata est anima eoꝝ, ⁊ appropinquauerūt vsq ad portas mortis clamauerūt ad dñm ⁊ de necessitatibus eoꝝ liberauit eos, hoc est illud q ipse dicit Apoc.j. Ego sum primus ⁊ nouissimus ⁊ viuus ⁊ fui mortuus ⁊ ecce sum viuens in secula seculoꝝ. ⁊ habeo claues mortis ⁊ inferni ⁊ nō solū inferni: sed ⁊ paradisi. qr vt dicitur Apoca.iij. Habet claues deus qui aperit ⁊ nemo claudit, ⁊ claudit ⁊ nemo aperit. Sed que fuit ista clauis: qua infernū aperuit, ⁊ sanctos eduxit: paradisum aperuit ⁊ sanctos introduxit, vtiq proprius sanguis. Nota quomodo Salomō posuit ⁊ incarcerauit pullos strutionis in vase, ⁊ strutio sanguine vermis vas aperuit, ⁊ pullos eduxit. Ita fecit deus pater de pullis suis in carcere infernali positis: quia sanguinem illius qui tempore passionis per Psalm. dixit. Ego autem sum vermis ⁊ non homo carcerem aperuit infernalē ⁊ inde sanctos patres eduxit. Unde Zacha.ix. Tu vero in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Propter hoc salutabat. Joh. oēs illos sanctos. Apoc.j. Gratia vobis ⁊ pax a Jesu Christo q est testis fidelis primogenit⁹ mortuoꝝ, ⁊ princeps regū terre: q dilexit nos ⁊ lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo. Dicit aūt primogenit⁹ mortuoꝝ: ⁊ primo a mortuis resurrexit, ⁊ primo mortuos ex inferno a portis mortis suo dominio et virtute diuinitatis eduxit. Unde psal. Deus noster deus saluos faciens

et dñi dñi exitus mortis. hic potes dicere hystoriā eductionis sanctorum patrū sicut in illo sermone Jesum queritis: vel sicut in floribus sanctorum. Ideo quilibet iustorum potuit dicere. illud Psal. Exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie syon. Hec de secundo.
¶ Quantū ad tertium sciendū. q xps per psal. sanctorū patrum liberationē de inferno et sepulchro vocat liberationē a laqueo et retiaculo et transitum sine periculo in psal. Cadent in retiaculo eius peccatores singulariter sum ego donec transeam: huius ratio est/sic est per demones factum circa christū et ceteros homines: sicut fit aliqñ per piscatores circa pisces. Aliquando vidi q quando in aquis est multitudo piscium: piscatores volentes pisces capere in aquas/ Retia mittunt/et vt non possent pisces aliquo modo euadere quandoq duplicia ponunt. vnum in fundo: alterū in supremo. Contingit enim aliquando/ q multis captis piscibus a longe per cibum/ad rete attractis et captiuatis: piscator sentit et videt in aqua vnum grandem piscē/magnū et fortem/lucium/ et ignorans vires piscis et fortitudinē nititur capere ipsum. vnde nititur lapidibus baculis et multis modis lucium de gurgite eijcere z facere in rete saltare finaliter et lucius/sic tribulatus saltat in Rete et in malum piscatoris: quia sua virtute rete discerpit et frangit et liber exit/necnon et ceteros pisces captiuatos liberat et educit. Sic fuit finaliter circa demones et christū. Diabolus enim volens homines omnes capere et piscari in aquis huius mundi duplex rete posuit: et tetēdit ne vnus euadere possit. scilicet infernū subtus in fundo: et sepulchrū superius in extremo/ et sciuit tm̄ facere q de omnibus piscibus vsq ad christū: necvnus euaserit quin in vtrūq rete incideret/ vt autem istos pisces fatuos ad rete facilius attraheret istis duobus primis piscibus. s. primis parentibus escam placidam et pulchrā visu exterius: tamen interius cibum venenosum et toxicatū. s. pomū ostendit/quod hamū et toxicū mortis interius continebat/et cum illo cibo nusero homines omnes vsq ad christū ad vtrūq rete adduxit a longe traxit et inclusit/et inclusos tenuit et captiuos. In gurgite autem huius mundi vnus magnus et fortissimus lucius venerat christus. s. benedictus quem prophetam et sanctum credebat grossum piscem: et lucium magnū. Sed eius vires et fortitudinem non credebat: diuinitatē: in eo ignorabat. Igitur piscator diabolus isti lucio inuidens et ipsum habere cupiens: et de eius captione magnum lucrū habere credens vltimū finē nesciens tm̄ tractauit: tantum aquam turbauit: tantū homines phariseos: et synagogam cōmouit: tantum in iuda fugauit/ et baculis et virgis et lapidibus: et clauis et lancea christum lucium percuti/ledi/ z vulnerari fecit: et intantum q oportuit eum de gurgite huius mundi extra p mortem exire: et tunc lucius in vtrūq rete diaboli cecidit et introiuit. Unde anima intrauit in infernum et corpus sepulchrū/sed in diaboli dānum. Cum igit anima christi rete inferni intrasset: inuenit omnes pisces sanctos patres ab Adam vsq ad eum in illo rete captos flentes et ligatos: qui istum esse virtuosum z fortem lucium. contra retia agnoscentes / cum Esa. lviij. Omnes pariter ad ipsum clamauerunt: dissolue colligationes impietatis solue fasciculos deprimentes dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne opus dirumpe. ps. Etiam illam orationem adiecit adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui libera nos. Et iterum libera me de aquis multis / et de manu filiorum alienorū. Quorū vocem exaudiens primū rethe inuadēs infernū. discerpens et aperiens omnes captiuos pisces sanctos patres: ipse liber liberans cuz gaudio inde ad salutem eduxit et ad paradisum traduxit. Deinde secundū rete aggrediens anima ad sepulchrū rediens corpus lucidum lucius iste resumpsit et cū corpore glorioso lucido resurgens ipsum sepulchrū virtute sue diuinitatis etiā

signatum libere exiuit et per hoc omnibus loco et tempore resurgendi et exeundi aditum et facultatem tribuit quod quidē tunc manifeste ostendit: quia vbi dicitur Mat. xxvij. Petre scisse sunt, et monumenta aperta sunt: et multa corpa que dormierant surrexerunt. De hoc tunc cantauit illud, quod ante predixerat ps. Deus vltionum dominus: deus vltionū libere egit: libere quidē egit in inferis. libere egit in sepulchris. et ideo dicitur hic inter mortuos liber ꝙ vtiqꝫ fuit in christo solum et singulare: quia ipse solus, liber et sine peccato: non timuit de diaboli laqueo. Alij quia peccatores morientes cadebant in vtrūqꝫ rethiaculum. ideo christus quando a diabolo piscabatur orabat ad patrē illud psal. Custodi me a laqueo quē statuerunt mihi. et a scandalis operantiū iniquitatem. Cadant in rhetiaculo eius peccatores singulariter sum ego donec transeā: sicut enim christus fuit solus liber et singularis a laqueo peccati quia nec originale contraxit nec actuale cōmisit. Ita ipse solus et singularis fuit liber in rethe inferni et in rethe sepulchri. vnde libere exiuit et alios a seruitute liberauit et ideo dicit singulariter sum ego vtiqꝫ inter mortuos liber, q̄uis autem tunc omnes sanctos patres a seruitute inferni et captiuitate liberauerit et non tantum a seruitute corruptionis et sepulchri. Immo etiam ſm doctores aliquos lꝫ modo non diffinitiua illorū corpora, qui tunc christo resurgente resurrexerunt. postea per mortem ad sepulchrū reciderunt: tamen in fine mundi: in resurrectione generali omniū sanctorum corpora resurgent: et a seruitute corruptionis et sepulchri istius primi resurgentis liberabuntur virtute. vnde dicit Apostolus. Roma. viij. Creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertate glorie filiorū dei, hoc est ꝙ ipse christus dixit. Jo. viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. ergo gaudeamus omnes in dño et exultemus in iesu deo nostro. qm̄ ſm apostolum ad Gala. iiij. Non sumus ancille filij, sed libere: qua libertate christus nos liberauit: propter hoc ad istam libertatem attendamus et ad eā perspiciamus donec ad celestem hierusalem que sursum est libere veniamus. quia dicitur Jaco. j. Qui perspexerit in lege perfecte libertatis non auditor obliuiosus factus, sed factor operis hic beatus in facto suo erit. Ad quam beatitu ꝛc.

¶ Collatio. lx. De annūciatione dñica vel de natali dñi. ex ps. lxxxviij.

Onam in mari manuꝫ. in psal. lxxxviij. Secundū philosophū manus adeo nobilis est pars in homine ꝙ quāuis in corpore sint diuersa organa tamen manus est organū organorū. vnde sicut potestates rationales valent ad opposita: ita manus valet ad opposita ad construēdum et destruendū. Spiritualiter tamen licet ad multiplicia opera opposita valeat: ad duo tamen opera opposita quantū est ad propositū magis valere dicitur in scriptura. primo ad inimicos extirpandos et debellandos in ps. Doces manus meas ad preliū et posuisti vt arcum ereū brachia mea. Ita legimus Exod. xvij. ꝙ filijs israel pugnantibus contra amalech manus moysi erant graues: et quandocunqꝫ Moyses eleuabat manus vincebat israel: quandocunqꝫ autem demittebat manus vincebat amalech. Ideo dicebat ps. Benedictus dominus deus israel ꝛc. Secundo ad inimicos reconciliandos: amicos federandos. Cant. v. Dilectus meus misit manū suā. ad literā quando inimici reconciliantur: et fiunt amici mutuo manus sibi extendūt: ad hoc est qđ legimus ij. Regū. iij. Abner eīn inimicabat dauid et volēs ipsi recōciliari et federari mādauit ipsi dicēs. Fac mecū amicitias et erit manus mea tecū. Scriptura sacra vocat dei filiū manū dei: qr sicut artifex singula manu operatur: ita deus pater omnia per filium operat. Omnia per ipsum facta sunt. Jo. j. Sciant ꝙ manus tua hec et tu dñe fecisti eā. In psal. hec manus est organū organorū: non solum

quia valet ad opposita: sed quia valet ad infinita. Ideo dicitur Canti. v. Ma-
nus eius tornatiles. i. ad omnia factibilia volubiles. Ex peccato autem primo-
rũ parentũ inter deũ et hominẽ est facta dissensio/bellũ/guerra/et diuisio. Hie-
re. lix. Iniquitates nostre diuiserũt inter nos et deũ nostrũ: ideo manus dei fuit
contra homines ad eos debellãdos eleuata: et extirpandos in toto veteri testa-
mento. psal. Eleuauit manũ suã vt prosterneret eos in deserto: ita pdixerat ipe
Hiere. xxi. Debellabo vos ego manu extenta: et in brachio forti in furore et in-
dignatione et ira grãdi: et percutiã: hec omnes interficiebat. Exo. xv. Euagina-
bo gladiũ meũ: et interficiet eos manus mea: hãc manũ nullus poterat euade-
re: dicente Job. x. Non est qui de manu tua possit eruere. Ideo Job. xiij. istã ma
num timens dicebat. Manũ tuã longe fac a me. Propter hoc sancti patres et p-
phete et patriarche videntes q ludus non erat cõis: et q oẽs mouebãtur: tracta-
uerũt et rogauerunt pro pace dicente psal. Rogate q ad pacẽ etc. Et q ista pax
non poterat esse nisi ex pte dei precederet: orabãt humiliter cũ psal. Fiat pax in
virtute tua etc. Et q manu inimici reconciliãtur: manũ eleuatã ad debellãdum
petebãt dimitti ad reconciliandũ cum eodẽ psal. Emitte manũ tuã de alto. Sz
nunquid obliuiscetur misereri deus? Certe non: et ideo non cõtinebit in ira mi-
sericordias suas: vnde facta est mutatio manus: q manus bellans facta est deo
reconcilians. Hec mutatio dextere excelsi in psal. q factũ est in bñdicto eius ad
uentu: qñ fuit dei filius incarnatus: tunc enim abner. i. deus pater: abner inter-
pretatur pater lucidus mandauit humano generi. Fac mecũ amicitias: et erit
manus mea tecũ: hoc ipse pmittit efficaciter in verbis assumptis: ponã i mari. i.
in maria q interpretat amarũ mare: manũ. i. meũ filiũ: in quibus verbis psal.
in dei patris persona describit.

patrẽ — ponã }
matrẽ — i mari } describit autem { patrẽ / matrẽ / prolẽ } vt { cõferẽtẽ certitudialiter / concipiẽtẽ mirabiliter / venientẽ affabiliter } { ponam / i mari / manũ }
prolẽ — manũ }

habemus autem in { patre auctoritatẽ / mre fecunditatẽ / prole vtilitatem } mle { celsitudinis / pulchritudis / dulcedinis } { ponã / in mari / manum }

Est ergo scdm ista in —— { patre auctoritas certe veritatis / matre fecunditas clare puritatis / prole vtilitas magne largitatis } { ponam / in mari / manuz }

¶ Quantũ ad primũ. Nota: q filius dei in carne in scriptura sacra cõparat tri-
bus speciosis. Primo enim cõparat luci. Joan. i. Erat lux vera etc. hac ratione scz
quia lux est in sole et in alio celesti corpore: sed differenter: q in sole est a deo et
immediate et nõ in alio lumẽ dante: sed lux est in alio celesti corpore puta in lu
na vel sidere a deo mediante alio corpore puta sole lumen ei cõicante: non est
ergo aliquod aliud corpus qd nõ habeat lucẽ ab alio corpe puta a sole: sz sol
non habet suã lucẽ ab alio nisi a solo deo. Ita est spũaliter. Ois mulier plẽ ha-
bens: habet fetũ et fructũ: nõ a se sed ab alio: puta a patre gñatore sicut luna lu-
mẽ habet a sole: et vtrũqz a deo: ideo dicit Phũs. ij. phisicorũ. q homo generat
hominẽ: et sol. Sed virgo beata habuit prolẽ in proprio vtero: sicut sol lucẽ in
circulo: non ab alio homine: sed a deo immediate: quia non virili semine sz my-
stico spiramine verbum dei factum est caro: ideo sicut deus fecit solem lucis ta-
bernaculum: et posuit in eo lucem immediate: ita fecit virginem dei tabernacu-
lum: et ibi posuit immediate filium suum. In psal. In sole posuit tabernaculũ
suum. Secundo comparatur rori. Ozee. xiiij. Ero quasi ros et israel germina-
bit quasi lilium. In psal. Sic vt ros hermon qui descendit in montẽ syon. Ra-
tio est: virtus celestis ex rore cadente super concham marinã generat lapidem

preciosum qui dicitur margarita i visceribus conche vel conchilij: sic virtute diuina in visceribus virginis rore diuinitatis descendente: formata illa christi humanitas: illa preciosa margarita: quam qui inuenit homo deuotus pre gaudio emit illam: hec est illa margarita ex rore illo celesti figuratiue generata. De quo legitur. Judicũ. vj. q ros in vellere cecidit et in terra nõ fuit: de quo cantamus per totũ aduentũ illud Esaie. xlv. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum: aperiatur terra et germinet saluatorem. Istum ergo rorem deus pater pluit/et posuit in vellere id est virginali ventre. Job. xxviij. Posuit in visceribus hominis sapientiam. cuius hominis? illius de quo ipse christus ait Mat. xij. Sicut fuit Jonas in ventre ceti: sic erit filius hominis in corde terre: sapientiam autem illam posuit que loquitur. Ecclesiastici. xxiiij. Ego sapientia ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Tertio comparatur imagini. Sapientie. vij. Candor est lucis eterne: et speculum sine macula: et imago bonitatis illius. Ratio est: imago sigilli q̃diu stat in sigillo male potest cognosci: vel iudicari: et etiam videri: sed quando ponitur extra in sigillum: et imprimitur cere: tunc in cera imago clare videtur. Ita de dei filio qui est imago patris et figura. Juxta illud Hebre. j. capitu. Cum sit splendor glorie et figura substantie eius &c. Quandiu enim fuit in sigillo diuinitatis: cognosci et videri non potuit. Juxta illud quod dictum fuit moysi. Exod. xxxiij. Tu autem non poteris videre faciem meam. Sed quando illud sigillum fuit applicatum: et illa imago cere virginee nostre humanitatis impressa per deum patrem in vtero virginali: tunc videri et palpari potuit: et clare cognosci. Ita testatus est beatus Johannes primo. Jo. j. Quod vidimus et audiuimus et manus nostre contrectauerunt de verbo vite: hoc vobis annunciamus. Hanc ergo imaginem: hoc signaculum intromisit deus pater in virginalem vterum. Unde Job. xvj. Posuit me sicut signum. Ipsemet petit cor tuum signari hoc signaculo. Canticorum. viij. Pone me vt signaculum super cor tuum. Si vis plus deponere: quere in illa collatione. In sole posuit. et in illa. Posuisti in capite eius &c.

¶ Quantũ ad secundũ. Nota q per mare intelligi potest primo humana natura. de quo mari sic accepto psal. loquitur. Hoc mare magnum &c. Cuius ratio est: quia dicunt naturales thopasion lapidem preciosum huius esse virtutis: q si ponatur in aqua maris feruente vel bulliente: statim eam defluere facit: et ebullitionem tollit. Per thopasion dei filium intelligo qui est super aurum et thopasion. Per mare feruens et bulliens desiderium patrum sanctorũ qui feruebant desiderio: et bulliebant lachrymis et suspirijs pro aduentu christi. De quo dicitur Job. xlj. Feruescere faciet quasi ollam profundum maris. in psal. Turbas profundum maris sonum fluctuum eius: sed tandem lapis iste in vnam vndam in virginem beatam missus statim cessare fecit fletus et suspiria et ebullitionem illorum desideriorum. Unde videbatur ipse dicere illud Jone primo. Mittite me in mare et cessabit tempestas. Ita patuit in Symeone dicente et suspirante. Putas videbo &c. qui eo viso dixit. Nunc dimittis seruum tuũ in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: ideo quia ipse mitigauit fluctus lachrymarum dixit ei Psalm. Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. Secundo potest per mare intelligi virgo beata. De quo psal. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud. Huius autem duplex est rõ. Prima est: qr in pfundo maris lapis p̃ciosus nascit̃ qui corallus dicitur ad modum arboris: et per palmites factus: huius quidem cõditionis q crescat sola celesti virtute sine humana cultura: item albus et mollis intra mare: sed rubicundus et durus redditur extra missus: valet autem ad sanitatis restau-

rationē ⁊ vite cōseruationē:q₂ vita est cordialis.Jta spūaliter in mari.i.in vir
gine benedicta:nat⁹ est corall⁹ filius dei sine virili cultura:sed sola spūsſcti fa
bricatura:q̄quidē fuit albus in carnis assumptione:sed rube⁹ in passionū to=
leratione:ipse quidem statim nat⁹ die octaua cepit rubescere per circuncisionē
sed ampli⁹ in cruce rubuit per pedū:manuum:capitis:⁊ lateris apertionē.Uñ
dr Cañ.v.Dilect⁹ me⁹ candidus ⁊ rubicund⁹.Jste fuit primo mollis in primo
aduentu mare exiens/de mari nascens per miaꝫ.Tandē in secūdo aduētu erit
durus ⁊ rigidus p iustitiam.Jste ergo corallus creuit p palmitū extēsionē.id ē
per mēbrorꝫ directionē in mari.i.in marie vtero virginali.in ps̄.Extēdit palmi
tes suos vsqꝫ ad mare.Secunda ratio est q₂ a mari amaro virtute celesti nu=
bes dulcis ⁊ rorida nubecula que terram inebriat:⁊ pluuia sua fecundat/mo=
do mirabili eleuat̄:que postea terrā virtute sua facit fructus multiplices ger
minare.Jta ex mari.i.ex maria ratione nature penose amara eleuata est illa p
ua nubecula.i.in xp̄o humana natura sola solis.i.dei virtute formata:q̄ post
ea totā terram predicationis sue rore mirabili fecundauit:quod q̄uis figura=
liter factum fuerit:tamen expressa signatione videtur illud sonare historia ver
borum que habet̄.iij.Reg.xviij.Ecce nubecula parua quasi vestigium hois as
cendebat de mari:⁊ facta est pluuia grandis.hec de secundo.

¶Quantū ad tertiū.nota q̄ filius dei mundū ⁊ virginē vel virginalem vteruꝫ
ingrediens:manus vocat̄ propter tria sibi conuenientia q̄ manui naturaliter
conueniūt.Manu eñ primo euadim⁹ pericula:ptꝫ.Si quis eñ in puteū cadat
lacum vl' fluuium manu extensa alterius liberatur:⁊ de periculo extrahitur ⁊
eleuatur.Genus humanum ex lapsu pedis in primo parente:cecidit in puteuꝫ
vtiqꝫ in puteū interitus:vt dr in ps̄.Tādē de⁹ pater misertus hois clamantis
⁊ dicentis.Saluum me fac de⁹ qm̄ intrauerunt aque vsqꝫ ad aiam meā:infix⁹
sum in limo profundi ⁊ nō est suba:misit manum suā filiū suum:⁊ eripuit ho=
mines de interioribus eorꝫ,vt dicit ps̄.⁊ hec est illa ps̄.oratio.Emitte manū tuaꝫ
de alto mihi supple existenti in imo in limo:in aque p̄fundo.Eripe me ⁊ libe=
ra me de aquis multis.Ergo ⁊ tu peccator si tu cecidisti in lutū peccati:in pu=
teū interitus:in lacū mortis/reuertere ad deū per penitentiam:q₂ inde ista ma
nus educet te dando tibi robur ⁊ auxilium s̄m p̄missum qd̄ ps̄.recitat.Manus
eñ mea auxiliabitur ei:⁊ brachium meū cōfirmabit eū.Secūdo sanantur vul=
nera.Ad literam:Cirurgicus lauat manus:palpat:tergit vulnera:⁊ empla=
strat.Unde ille naaman cōquerebat̄ leprosus existens de helizeo.iiij.Regū.v.
Putabam inq̄t q̄ egrederet̄ ad me:⁊ stans inuocaret nomē dñi dei sui:⁊ manu
sua tangeret locum lepre ⁊ curaret.Deus pater volens vulnera peccatoruꝫ no
strorum curare/lauare:⁊ emplastrare:⁊ sanare/misit manum suam filium suū
qui est ille samaritanus qui egit curam illius:vulneribus sauciati infundēs
oleum,⁊ vinum:Luce.x.de ipso habetur:⁊ sic homo fuit ad vitam:ad salutem
a mortis vulneribus restitutus:hoc petebat ps̄.Fiat manus tua vt saluet me:
quoniam mandata tua elegi.Tertio conferuntur munera sic.videmus q̄ bo=
ni elemosinarij ponunt manum suam ad bursaꝫ:⁊ dant pauperibus.Unde de
quolibet bono elemosinario habetur prouer.xxxi.Manum suam aperuit ino=
pi:⁊ palmas suas extendit ad pauperes.Deus a mundi principio fuit maxi=
mus elemosinarius:⁊ dedit elemosinas omnibsu creaturis de diuitijs glorie
sue.Sed videns hominem ingratam manum suam in sinum retraxit Juxta il
lud Exodi.4.Retrahe ait manum tuam in sinum tuum.Jdeo in toto veteri te=
stamento non dedit nisi vnam micam de gloria.s.moysi:⁊ solum in transitu:
propter hoc homo pauper clamabat pro elemosina dicens illud Ecclesiastici
vij.Pauperi porrige manum tuam:sed tandem misericordia motus:manum

suam filium suum misit ad munera et ad elemosinas largiendas qui contulit remissionem culpe et collationem gratie et glorie: qz bm ps. Gloriā et gratiā dabit dñs. Sequamur ergo elemosinarium talia munera largientem: et colligamus que confert: quia in psal. dicitur. Dāte te colligent: aperiēte te manū tuā omnia implebuntur bonitate: ergo domine fili vnigenite Jesu christe tu es ille ad quem nostros oculos dirigimus: vt a te benedictionem gratie in hac vita et glorie in futura tua misericordia reportemus. Unde psal. Oculi omnium in te sperant domine: et tu das escam illorum in tempore oportuno. Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione. Illa benedictione perpetua nos benedicat et c.

¶ Coll. lxi. In quacunq; visitatione. ex psal. lxxxviij.



Visitabo in via iniquitates eorum In psal. lxxxviij. Sapiens artifex eligit et accipit instrumentum conuenientissimum suo fini. Esaie. xl. Lignum imputribile eligit sapiens artifex. Ratio est. Conuenientis instrumenti acceptio est operantis directio: operationis correctio: et operati perfectio: sicut patet in scriptura quod calamus bene dispositus literam bonam facit: sed male dispositus: literam malam. Ideo Joanni euangeliste scriptori veritatis euangelice datus est calam⁹ instrumentum scripture veritatis cum dispositione debita Apoca. xi. Datus est mihi calam⁹ virge similis. Ad propositum applicando in prelato/in curato: in pastore/in rectore/in iudice/in visitatore: non potest esse ita conueniens instrumentum ad regendum/ad dirigendum/ad corrigendum: sicut authoritas iudiciaria recta ex iustitia: lenis ex misericordia: hec est virga pastoris et correctoris cuiuslibet ad gregem subditum: de qua Matthei septimo. Cuilibet precipitur: pasce populum tuum in virga gregem hereditatis tue: quando igitur accipitur virga equitatis et benignitatis omnia vadunt bene: quia et corrigens informatur: et correctio conformatur: et correctus reformatur. Si autem virga equitatis et benignitatis dimittitur: non accipitur: sed potius claua rigiditatis et massa inflexibilitatis: abiecta virga benignitatis: transit iustitia in seueritatē: misericordia in crudelitatem: clementia in impietatem: et grex subiectus destruitur: malleatur et deuoratur. Figura habetur Exodi quarto. Moysi duci et iudici: rectori: et pastori populi israelitici habenti virgam in manu dixit deus. Quid est quod tenes in manu tua? Respondit virgam: dixitq; dominus: proijce illam in terrā proiecit et versa est in colubrum: dixitq; ei dominus: Extende manum tuā et apprehēde caudam eius: extendit et tenuit: et versa est in virgam: in quo deus dedit intelligere quod authoritas iudiciaria quādiu tenetur in manu iudicis et est ibi virga equitatis et iustitie: benignitatis et misericordie: intantum vadit bene negotium est rectum iudiciū. Sed quando rector et iudex proijcit in terram equitatem: et iustitiam: et benignitatem: et misericordiam: non curat de eis statim authoritas iudiciaria vertitur in colubrum subditos mordentem excoriantem: deuorantē: inde exeunt partialitates indigne promotiones: afflictiones et detractiones: ideo de virga equitatis/et iustitie/pietatis et misericordie precipit de⁹ in psona moysi: cuilibet rectori/iudici: et visitatori: exo. iiij. Uirgā hāc sumes in manu tua in q̄ factur⁹ es signa. qr igit plat⁹ q̄libet et rector/pastor curat⁹ et visitator dz semp habere in manu iudicij iustitiā et eq̄tatē clemētiā et pietatē: dz studere vt illō qd olz corrector et visitator de se loqui sibi: cōpetere valeat et dicat. Uisitabo in virga et c. vbi describit aliquid pertinens ad

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| solicitudinem | visitabo | } | | { solicitudo |
| rectitudinem | in virga | } | pertinet autem | { rectitudo |
| turpitudinem | iniq̄tates eorū | } | | { turpitudo |

# In quacunq; visitati one.

| | | |
|---|---|---|
| ad gradum | prelationis | visitabo |
| | actum correctiõis | in virga |
| | casum commissionis | iniquitates eorum |

| | | |
|---|---|---|
| dz nãq; qlz visitator: ꝑlatꝰ curatꝰ: corrector ⁊ pastor | offerre solicitudinẽ charitatꝫ | visitabo |
| | afferre rectitudinem equitatis | in virga |
| | auferre turpitudinẽ prauitatis | iniqtates eorũ |

| | | |
|---|---|---|
| dz autẽ ꝑ pastorẽ vel visitatorẽ curatum vel ꝑlatum quẽlibet | offerri solicitudo ꝑsonaliter | visitabo |
| | afferri rectitudo efficaciter | in virga |
| | auferri turpitudo vniuersaliter | iniqtates eo. |

¶ Quantũ ad primum. Nota: ꝙ dr in vulgari nostro tale prouerbiũ: ꝙ. ¶ Tant vault le petteler du maistre du iardin comme faict le fumer daultruy. Latine tñ valet orto conculcatio ortulani ꝙtũ impinguatio extranei: vult dicere ꝙ sapiens ortulanus plus proficit in modico orto suo ꝙ̃ extraneus in multo: quia proprius ⁊ peritus ortulanus scit vbi debeat ponere pedem ad calcandum manum ad putandũ: oculũ ad subleuãdũ. Sic proprius visitator/corrector: ⁊ pastor debet scire inter subditos qui debent conculcari in inferioribus officiis: et humilibus occupari: qꝛ terra sterilis non fertilis debet desolata esse: terra fertilis debet impinguari. Ita qui sunt steriles in minoribꝰ ⁊ humilioribus dñt seruire: fertiles aũt debent magnas ꝓmotiones habere. Iterum debet scire qui palmes est fructifer ⁊ fructuosus: quia ille debet excoli ⁊ in vinea retineri: et q̃ infructuosus ⁊ vitiosus qꝛ ille debet putari ⁊ amputari. Iterum quis fructus est maturus: religiosus: sapiens ⁊ discretus: ⁊ ille debet de congregatione eleuari/promoueri: ⁊ exaltari quis indigestus: immaturus ⁊ dissolutus: ⁊ ille debet intra claustrum: intra limites religionis ⁊ obseruantie regularis detineri: Ideo bono visitatori: bono pastori: dicitur illud ps. Conuertere ⁊ vide: ⁊ visita vineam istam ⁊ perfice eã. Tali eñ visitatori/correctori/ ⁊ pastori qui corrigit puniendos: ⁊ promouet exaltandos: qui iuxta merita ⁊ demerita propria quẽlibet humiliat: ⁊ promouet ⁊ exaltat: dicit subiecta congregatio illud Iob decimo. Uisitatio tua custodiuit spũm meum. Nota custodiuit non destruxit: non dissipauit. Notanter loquitur. Dicunt naturales ꝙ accipitres ⁊ falcones quãdoq; in ripariis ⁊ vallibus aues predantur/capiunt ⁊ venantur. Uñ aues certe sunt in dolore: in mestitia: in displicentia. Sed qñ rex auium aquila subuenit ⁊ visitat vallem illam facit vnum volatum ostendit se: liberat auiculas ab illis predonibus ⁊ statim accipitres ⁊ falcones timentes aquilam se abscõdũt non volant: desinunt predari: ne forte etiam ipsi sint predati: ⁊ tunc auicule liberantur ⁊ gaudent: ⁊ sic visitatio aquile auiculas illas custodit. Ita spũalit quãdoq; in vna valle: in vna diocesi: in vna parrhochia in vna abbatia: in vno monasterio: in vno collegio: sunt aliqui accipitres ⁊ falcones auiculas personas subditas molestantes: predantes: excoriantes: deplumantes per auaritiã lacerantes: ⁊ vulnerantes per correctionem nimis rigidã affligentesq; ⁊ ad amaritudinem perducentes: per partialitatem: maliuolentiam ⁊ iniustitiam: tunc debet rex auium aquila: prelatus superior qui est aquila qꝛ debet esse clarꝰ in visu: diligentis circunspectionis: altus in volatu transcendentis conuersationis: firmus in ausu subsequentis correctionis: debet facere vnum volatũ: vnaꝫ visitationem: ⁊ se ostendere personaliter: ⁊ aues oppressas letificare: cosolari ⁊ liberare. falcones ⁊ accipitres fugare: malos ⁊ iniustos punire: in rebus ⁊ persona: vt qui predati sunt: ⁊ ipsi ab aliis depredẽtur: vt illud Esaie trigesimotertio verificetur. Ue qui predaris: nonne ⁊ ipse predaberis? Et tali aquile di-

rent' auicule oppresse & tribulate. Uisitatio tua custodiuit spiritum meum. Sed nota: dicit Job notanter loquens custodiuit: non dissipauit: non lacerauit. Ratio est: aliqui sunt optimi sicut aquila: quia ei assimilantur in bono & malo: Aquila enim non solum visitat: & a falconibus auiculas liberat: immo aliquãdo dissipat & lacerat: quia si famescat inuadit aues & rapit & deuorat & lacerat irremediabiliter. Et quod plus est/ plus nocet: & peius facit vno die: & plus venatur: & plus deuorat: quam decem falcones in quatuor. Falco enim deuorat perdicem: sed aquila non erit contenta de perdice: nisi habeat leporem. Et quod adhuc deterius est omnibus: cum superiorem non habeat: nullũ timet: nec aliquis est ausus mutire et dicere. Cur ita facis? et ita ei quicquid placet totum licet. Sic vere sunt aliqui superiores rectores: qui si veniant ad visitandum: ad corrigendum: et si subiectos sua presentia: suo aduentu terreant: et nullus de malis oppressoribus tunc mutire audeat: tamen vere ipsi peius faciunt vno die: quam minores predones & excoriatores in decem: quia minor excoriator erit contentus de vna perdice: de vna modica extorsione: de modico exenio: de vna modica p̃tialitate: exercebit vnã modicã iniq̃tatẽ & iniustitiã sz ista grãdis aquila sua auaritia supbiã iniustitia: iniquitate: gulositate: malignitate: deuorabit leporem: faciet vnam grandem extorsionez: vnam magnã partialitatem. Non sufficiet etiam grande exenium: quia non volaret ad muscas. Et cum superiorem non habeat exercebit partialitates: & iniustitias: Nec aliquis mutire: aut grunire audebit: sed erit. Sic volo: sic iubeo sit pro ratione voluntus. Isti peius facient in vna die in collegio et monasterio: plus dissipabunt religionem in conuiuijs & vigilijs in locutionibus: in irreligiositatibus in vna septimana: quam mali rectores & falcones & minores in decez: ideo dicit Job. Uisitatio tua custodiuit spiritum meum. Non dissipauit: non deuorauit: ideo istos dissipatores se visitaturum promittit Sophonie. primo. Uisitabo super principes & visitabo super omnem qui arroganter ingreditur.

Nota de istis dissipatorib' hystoriam. Quidam abbas visitauit suum monasterium: & inuenit monachos secunda et quarta feria indifferenter carnes in refectorio comedere: quodq̃ hoc deinceps non fieret ordinauit: Tandẽ post dies aliquos ceperunt mõachi de dieta durissima murmurare: & cũ claustrali priore obtinuerunt: quod saltem illis diebus pulmentum coctum cum carnib' possent comedere. Et quia coquinarius erat propiti' carnes modicas illis tribuebat. Multo post abbas iterum monasterium visitauit. et quia carnes tritas comederant dure & durius puniuit. Cumq̃ eodem die in camera carnes comederent: prior claustralis vocatus: rogatus est vt diceret aliquod bonum verbum quia vir sanctus & famosus erat. Tandem multum instigatus: dixit abbati. Domine videtur mihi de vobis & nobis monachis sic esse respectu nostre regule sicut de falsarijs respectu papalis bulle: bulla papalis est istius conditiõis quod qui vnam dictionem vel vnum titulũm modicum apponit vel subtrahit in ea radit vel scribit; ipso facto reputatur falsarius: & est excommunicatus nec potest absolui a sententia citra papam: si quis tamen totam bullam laniet et frangat: a summo vsq̃ deorsum & laceret nullam penam habet: non reputatur falsarius: non est excommunicatus: nihil mali sustinet. Nos inquit parui pares monachi in bulla claustrali: In nostra regula modicum rasimus: vnum titulum apposuimus: modicas carnes tritas comedimus/ & ideo sumus falsarij reputati: sumus capitulati/ sumus afflicti: & puniti: sumus tribulati/ & penitentiati: vos domie nõ titulum vel dictionẽ rasistis: aut scripsistis in regula: sed eã a summo vsq̃ deorsum laniastis/ dissipastis/ & peius q̃ oẽs fecistis in nostra p̃sona/ in nostris monachis socijs & nr̃a familia: comedẽdo capones & galli

nas:arietinas carnes:porcinas et bouinas: et tamen cum totum destruxeritis non vultis reputari falsarius:non estis excommunicatus:non punitus:non flagellatus. Uisitatio vestra inquit debet custodire/ non dissipare. Ita hodie applica tales vt dicit Esaias.xxvij. Uisitabit dominus in gladio suo duro grandi et forti. Decet ergo et expedit visitatoribus et visitatis illud facere q᷒ beatus petrus precipit prime petri secūdo. Conuersationem inter gentes habentes bonam vt in eo quod detractant de nobis tanq̄ de malefactorib⁹ ex bonis operibus vos considerantes glorificent deum in die visitationis. Bono enim et iusto visitatori:et correctori illud Psalm. dirigitur. Uisitasti terram et inebriasti eam:multiplicasti locupletare eam:non dicit multiplicasti deuorare eam. Dilata plus si vis. Hec de primo.

¶Quantum ad secundum. Nota q᷒ virga habet naturaliter teneritudinem cū flexibilitate:rectitudinem cum equalitate: fortitudinem cum firmitate: et hec tria signant alia tria que debent concomitari omnem ordinatam correctionez. Nam in quolibet pastore/visitatore/ ꝛ correctore debet esse teneritudo pietatis et misericordie:et hoc ostendit natura virge que est mollis et flexibilis: et non vulnerat dum verberat:non interficit dum percutit. Prouerbiorum decimo tertio. Si virga percusseris eum non mouetur. Tu virga percuties eum:ꝛ animam eius de inferno liberabis. et ideo dicitur:in virga: non in massa: non in claua. Claua enim rigorosa iustitie subditi malleantur. Sed virga dulcorosa misericordie consolantur. In Psal. Uirga tua et baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Rectitudo equitatis et iustitie:et hoc ostendit natura virge que talis est: q᷒ si fiat cum virga circulus:semper attingit a centro ad circumflexuram equaliter: et ita ad vnam partem sicut ad aliam:ita ad sinistram sicut ad dexteram. Sicut ad dexteram sic ad orientem sicut ad occidentem. Ita debet esse de correctore/pastore/et visitatore:nam ipse debet esse in centro in medio equalitatis: q᷒ etiam ostendit:quia in medio capituli sedet ad iudicandum vt dicat illud Luce.xxij. Ego aūt in medio vestrū suȝ. Et ita dȝ attingere virga correctiōis eq̄liter ad dexterā quo ad amicos et familiares/sicut ad sinistrā q̄ ad emulos ꝛ inimicātes:ita dȝ attingere ad oriētē quātū ad parētes et ꝑpinquos:sicut ad occidentē/q̄tū ad nihil attinētes et extraneos. Equaliter aūt dȝ distare: et eq̄liter debet attingere in penis infligendis:et in promotionibus et beneficijs conferēdis vt sic semper sit in medio: sicut virtus consistit in medio: et habet virgam virtutis:de qua in Psalm. Uirgam virtutis sue emittet dominus ex syon: dominare in medio ꝛc. ꝛ hoc est ꝯtra illos q̄ non attingunt in punitione nisi emulos: nec in promotione nisi amicos:hoc est contra naturam virge que fert equalitatem:hec est virga tortuosa et obliqua:de qua Job.xxi. Non est virga super illos:hanc vt dicit Psalm. non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum ꝛc. quia de bono rectore dicit ibidem Psalm. Uirga directiōis virga regni tui:dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem:fortitudo firmitatis ꝛ cōstantie:et hoc ostendit natura virge: quia quantūcunq; sit mollis et flexibilis tamen tracta in longum non est facile agibilis. Ita debent habere correctores constantiam vt non frangantur nec deficiantur ab executione iustitie nec amore nec timore:nec supplicijs comminatis:nec beneficijs oblatis. Unde in psalm. Reges eos in virga ferrea. sed Hieremi.xlviij. mouetur questio quomodo fracta est virga et baculus gloriosus. Ratio/virga frangitur in arbore quando nimis attrahit de humore:et nimis fructibus oneratur: ita virga equitatis sit virga iniquitatis:fortis sit fragilis/quando nimis attrahit de humore: quando beneficijs oneratur:quando muneribus et encenijs onustatur: tunc virga est fragilis ad puniendū amicos et beneficos:fortis et crudelis ad puniendū ꝛ verbe

randum inimicos ꝛ emulos. Istā virgam finaliter conterit deus Esaie.xiiii. Cō triuit dñs baculum impioꝝ virgam dominantiū cedētem populos in indignatione plaga insanabili subiicientem: in furore gentem persequētem crudeliter. Bono autem correctori habenti firmitatem: virtutem: et constantiam precipit deus illud Exod.viii. Extende virgā tuā ꝛ percute puluerem terre. oportet si q̄s est iste puluis: vtiq est de quo psal. Non sic impii nō sic: sed tanq̄ puluis quē proiicit ventus a facie terre. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium. Nota: q bonus medicus in vno corpore mēbris multis lesis: corruptis: vel vulneratis: non solum sanat vnicum: sed sanat omnia. Parum enim valeret sanitas inducta in pede: si letale vulnus remaneret in capite. Et parum proficeret si medicaretur solum in sinistra vulnere vel apostemate: eque vel magis periculoso remanente in dextera. Unum collegium: vnū monasterium: vna congregatio: vnus conuentus: vel multitudo est vnum corpꝰ cuius caput est prelatus et alii superiores. Pedes subditi ꝛ inferiores: manꝰ sunt mediocres et officiales ac scuteri. Istud est corpus de quo dixit Apostolus. ad Romanos duodecimo. Multi vnum corpus sumus in ipso. Uisitator ergo ꝛ corrector quilibet visitans et corrigens debet sicut medicus bonus curare vulnus/ et corruptionem defectus et vitia totius corporis: quia omnium de collegio. Et debet ita obseruare correctionem et punitionem in capite. id est in maioribus: sicut in pede: id est in minoribus/ et forte immo plus: quia esset magis periculosum. Nec valeret aliquid si curaret: ꝛ corrigeret vulnus iniquitatem et vitium manus sinistre id est emulorum/ nisi etiam obseruaret et corrigeret vulnus et iniquitatem manus dextere: id est familiarium et amicorum. Ideo Iohā.vii. In horum figuram totum hominem sanum fecisse christum legimus: quapropter notanter dixit. Psalm. Uisitabo in virga iniquitates eorum in plurali non iniquitatem in singulari. Unde Amos tertio. Uisitabo super vos iniquitates vestras. Nota aliqui correctores sunt sicut canes. Canis in domo obseruat duo genera hominum solum/ et ad vtrunq latrat/ obseruat enim panem dantem et baculum tenentem: primum vt benefactorem: secundum vt malefactorem. Ad primum latrat applaudendo vt ad amicum: contra secundū mordendo vt ad inimicum. Ita q non curat de aliis: sed eos libere dimittit solum benefactorem ꝛ malefactorem obseruat. Ita est de quibusdam correctoribus: non enim obseruant/ non respiciunt omnium iniquitates equaliter: sed obseruāt benefactores/ applausores: sustentatores/ ꝛ fautores partialiter. Istis latrāt applaudendo/ adulando/ bona in eis commēdando. Isti nihil mali possunt facere omnia que isti faciunt sunt valde bona. Obseruant etiam alios qui non sunt fautores: sed reprehensores isti in suis actibus obseruantur: nihil per eos factū est bonum: in istis festuca est trabs. Contra istos latratur vt mordeantur. de indifferentibus autem non curatur. et ideo isti non possunt bene subditi sustinere vnde conquerebatur. psal. in subditorum persona de prelato talia obseruante. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. Propter quod quia quidam in conspectu suo habent emulorum iniquitates et non suorū fautorum. Dicebat in talium emulorum persona. Psal. tali correctori. Posuisti iniquitates meas in conspectu tuo quo ad emulatores et inimicos nobis faciens toruum vultū malū oculum/ periculum nostrum illuminatione vultus tui quo ad fautores ꝛ amicos illis faciēs vultū bonū et gratum oculum. Non ergo per correctorē debet vnius ꝛ nō alterius: sed omni tam superioꝝ q̄ inferiorū q̄ mediocrium: tā emuloꝝ q̄ amicoꝝ/ tā propinquoꝝ q̄ extraneoꝝ ꝛ remotoꝝ iniquitas obseruari corrigi ꝛ visitari. Iuxta illud Hiere.xiiii. Recordabit iniquitatis eorum et visitabit peccata eorum. Et tunc sequitur pax et tranquillitas in col

legio cessat murmur ⁊ clamor: sequitur exultatio ⁊ letitia subditoꝝ ⁊ punitoꝝ. Un psal. Uidebũt recti ⁊ letabũtur ⁊ omnis iniquitas opilabit os suũ quis sapiẽs ⁊ custodiet hoc ⁊ intelliget mias dñi. Ad quas nos pducat ⁊c.

¶ Collatio. lxij. In ramis palmarũ. ex Psal. lxxxix.



Mane floreat ⁊ trãseat vespe decidat. in psal. lxxxix. in pverbio vulgari dicitur. de fleurs de iãuier on ne rẽplit point le pẽnier. hoc est dictu de floribꝰ Januarij nõ implẽtur calati vel canistri. loquit̃ de cursu q̃ apparet vt in pluribus. Cõtingit sepe in mẽse Januarij ꝙ bonũ tempus tranquillũ ⁊ suaue p terras conspicitur et tunc aliquae arbores sentientes dulcedines suauitatẽ tpis incipiũt florere et flores emittere: sed post subito mutatur tps/ vna nocte venit vnũ frigus vnũ gelu: ⁊ flores qui vno mane apparuerũt/ alio mane leduntur gelant̃ ⁊ cadũt ad terrã: ⁊ de talibus floribus non implentur paneria fructibꝰ. Ita spiritualiter aliqñ circa aliquos peccatores est modicũ de bien aise de bono tpe qz aliqñ ratiõe pdicatiõis vel tribulatiõis/ psecutionis/ paupertatis mortis pximoꝝ incipiũt florere proponũt abstinere a peccatis bona facere: confitent̃: conterunt̃ ⁊ aliqua bona faciũt/ et hoc durat modicũ: qz cito venit vnus vetus frigidus tẽptatiõis immũditie vel auaritie vel inuidie vel supbie ⁊c. ⁊ mutat bonũ tps deuotiõis ⁊ tunc destruit flores boni ppositi redeũt ad pctã/ ⁊ de talibus floribus non impletur cõscientia bonis operibus quia sunt flores Januarij: ita dicit. psal. Sicut flos agri sic efflorebit qm̃ spũs pertransibit in illo ⁊ nõ subsistet. Ad propositum tamen hodierni festi loquẽdo ⁊ flores hodierni xpo exhibiti: fuerũt flores Januarij/ qm̃ sicut illi flores cũ bono tempore de mane exeunt post subito mutato tempore cadunt vespere. Ita christus fecit quasi quandã dulcedinẽ tẽporis apparere quando lazarum suscitauit. feria. vj. ante ramos quando decem leprosos in hac dominica ramorum mundauit. Et ex hoc iudei tulerunt ramos palmarum et flores cum quibus xpo hodie de mane processionaliter honorem exhibuerunt. Patet pro vero/ isti flores fuerunt de Januario: quia nullum fructum nisi malũ attulerunt xpo. Quia ex hoc principes contra christũ maiorem inuidiã conceperũt. et ideo subito mutatũ est tempus/ qz de mane sereno diei ramorũ ad vesperum nebulosum cene dñice. Et tunc ita magnũ frigus venit ꝙ omnes flores ceciderũt omnes honores in dolores et cruciatus conuerterũt. Ex hoc patet/ ꝙ etiam illa arbor tam florida. Petrus qui dixit/ ꝙ christum non negaret etiam si eum mori oporteret tantum frigus fuit: ꝙ calefaciebat se ⁊ nihilominꝰ flos cecidit ꝙ christum negauit. Hoc idem fuit in omnibus apostolis/ quia ipsi cum Petro simile dixerant/ et tamen omnes relicto eo fugerunt. Nec mirum: quia percusso pastore dispergentur oues. ergo flores diei dñice ceciderũt mutato tempore in vespere cene. Iuxta illud Ecclesia. xviij. De mane vsqz ad vesperam inmutabit̃ tempus. Quia igitur in mane illiꝰ diei fuit christus in ramis ⁊ mutato transeũteqz tempore in nocte cene flores ceciderunt/ et dolores ac passio apparuerũt. Et tũc christus fuit opprobriatus. Ideo dicit Psalm̃. Mane floreat et transeat/ vespere decidat: vbi describit aliquid.

| | | |
|---|---|---|
| pertinens ad | Iocunditatem<br>Breuitatem<br>Acerbitatem | Describit autem. |

| | |
|---|---|
| Iocunditatem processionis oblate.<br>Breuitatem durationis ablate.<br>Acerbitatem passionis illate. | Ma. flo.<br>et tran.<br>vesp. de. |

¶ Quantũ ad primũ sciendũ: ꝙ xpo placet honor pcessionis facte sibi cũ floribus. Uñ petit illud Canticoꝝ. ij. Fulcite me floribus: ⁊ ita vt ei gratã pcessionẽ

faciamus debem⁹ tres ramos floridos in nostris manib⁹ portare. Sed dices vñ habebimus istos ramos floridos. Rñdeo scio vnũ viridarium: vnũ iardinũ qđ quilibet motione pedis potest bene intrare. scilicet paradisum per deuotionem et inde ramos floridos tollens nõ soluit bannũ. Ibi sunt tres nobiles arbores a quibus debemus tollere ramos floridos et in processione portare. Ibi em̃ est primo christus palma firmitatis et patientie. Comparatur autem christus palme quia palma suam florid.i pulchritudinẽ suã viriditatẽ seruat semp p hyeme et estate. Ita christus virtutẽ suã fortitudinẽ in deo patientiã in aduersitate et prosperitate semp absq quacunq violatiõe seruauit. hodie em̃ habuit mundanum honorem exhibitum in processione et non fuit elatus: sed humilitatem seruauit. Unde super asinam non super equũ sedere voluit. et de hoc fit mentio in euangelio. fer. vi. sequẽte sustinuit suppliciũ opprobriũ et dolorem in passione/ et tamen non fuit impatiẽs/ murmurans/ et prouocatus: sed sicut ouis in patiẽtia supportauit. et de hoc fit mentio in passione que legitur. Et ideo in signũ rei que circa xp̃m agebatur nõ sine mysterio hodie iudei cũ ramispalmarũ exierũt xp̃o obuiã in signũ q haberet in prosperitate humilitatẽ et in aduersitate patientiã obseruauit. Ergo si vis xp̃o grate occurrere in honoribus: diuitijs/ et prosperitatib⁹ exẽplo xp̃i sis floridus in humilitate/ et in persecutionibus opprobrijs et aduersitatibus/ sis floridus constantia et firmitate. Sed qui faciunt talia? qui in prosperitatibus non superbiant: qui in aduersitatibus non murmurent et nõ deficient? Dilata tales sunt pctõres. in prosperitate superbiẽtes cõtra deum et proximũ. In aduersitatib⁹ murmurãtes/ blasphemãtes/ odiũ ad deũ et ad proximum portãtes. Ergo si talis fuisti recedãt illa/ tolle ramum palme floridum a xp̃o: vt in prosperitatib⁹ nõ presumas et in aduersitatib⁹ patiẽs nõ deficias. Sic em̃ seruat palma suã viriditatem floridam/ hyeme et estate. Ideo dicit. psal. Iustus vt palma florebit: Scđo in paradiso est beata virgo amigdalus puritatis et mũditie. Cõparat̃ aũt virgo beata amigdalo: primo/ q2 sicut inter oẽs arbores recedente hyeme et estate veniente/ amigdalus primo floret et primo suam pulchritudinẽ ostẽdit. Ita inter oẽs homines et mulieres recedente hyeme veteris legis et veniente estate noue legis prima virginitate perfecta floruit: et prima votũ virginitatis emisit. Sed notandũ est. q hec amigdalus floruit et flos fructum sine violatione protulit q nunq fuit in aliqua alia arbore/ in aliqua alia muliere quod pulchre figuratum fuit. Nume. xvij. vbi legis q virgis multis positis in tabernaculo sola virga Aaron floruit et fructum protulit/ sola dei virtute. Ita virgo beata dei virtute floruit voto virginitatis prima/ et fructum dulcissimũ protulit in prole nõ hominis virtute sed dei sola. vnde dr ibi. Inuenit germinasse virgam Aarõ et turgentib⁹ gẽmis erant flores qui folijs dilatati in amigdala deformati sunt. Ergo pctõr et peccatrix existẽs in luto/ in turpitudine immũditie sumas ramũ floridũ amigdale beate virginis. vere em̃ hodie nõ est in nobis flos puritatis amigdali: s3 flos feni. Ratio est/ flos feni est hui⁹ cõditionis; q q̃uis sit pulcher/ gratus et boni odoris tñ modicũ de vẽto calido et vrente exsiccat fenũ et florem destruit. Ita in q̃busdã miseris q̃uis habeãt florẽ virginitatis aliq̃ vel saltẽ castitatis alij pulchrũ deo gratũ. Tñ ad modicũ ventũ tẽptatiõis vrentis pdit̃ flos puritatis/ virginitatis/ et castitatis. Esa. xl. Omnis caro fenũ et tanq flos feni et omnis gloria eius: exsiccatum est enim fenum et cecidit flos. psalm. Florebunt de ciuitate sicut fenum terre. O infelices peccatores exite de luto florẽte. ramũ floridũ amigdali puritatis et mũditie a beata virgine assumite et sic xp̃o occurretis. Eccle. vlt. Floreat amigdalus. Scđo comparatur beata virgo amigdalo q2 inueniuntur aliq̃ arbores amigdaline que a principio habẽt fructũ dulcissimũ: sed in fine amarissimum. Ita fuit in beata virgi=

ne habuit enim fructū benedictū filiū in cuius principio habuit summā dulcedinem/ in cōceptione/ in gestatione/ in parturione: in tota vita cōuersatione: sed in fine habuit super eo summū dolorē summā amaritudinē de morte passione. ideo hodie in hac die agit de gaudio processionis dulcedine: et de opprobrio passionis amaritudine vnde proprie vocatur. Canta plora. Isto modo spiritualiter etiā fuit erit de Christo quādo ipse in hūc mundū veniēs intrauit cū magna dulcedine ad peccatores eis predicās penitentiā/ pmittens indulgentiā/ gaudia celestia/ Sed in fine iterū ad iudicium rediens veniet ad peccatores cū magna amaritudine/ eis tonitruās gehennā: inferēs tristitiam supplicia sempiterna. Unde illa erit. Amaritudo amarissima. Inde dicet. Ite maledicti in ignē eternū. Ergo nos cōformiter si in nobis precessit dulcedo peccati culpe mūdane lasciuie cōformemur amigdalo modo saltē in fine quadrage. Sumamus peccatoꝝ cōtritionē dolorē amaritudinē penitentie. Isto enim modo erit verū illud verbū. Eccl's vlti. Florebit amigdalus impinguabit locusta dissipabit capparis. Tertio inuenit in viridario paradisi oliua pietatis misericordie. Cōuenit aūt oliua Johāni misericordie quoniā Jo. interpretat gratia. Gratia aūt facit q homo est deo gratus proximo. Inter omnes autē Apostolos qui plus locuti sunt de pietate gratia misericordia/ fuit Johā euāgelista: Per oliuam autem intelligimus misericordiā. Quoniā sicut oleū oliue est sanatiuū vulnerum vulneratoꝝ: ita pietas misericordia ad pauperes est sanatiua paupertatis indigentie. Ipsoꝝ ergo si fuisti tenax auarus immisericors/ tolle ramū floridū oliue: fac elemosynas cōdona offensas. Tunc enim eris quasi oliua proijciens florē. Job. xv. Sed timeo q sic sit de oleo spirituali. sicut de corporali. Dicūt periti q illud oleum quod gratis manat ab oliuis est dulce/ gratum/ sanum. Sed aliquando ab oliua non vult exire oleū gratis. Tunc oliua ponitur ad pressorium ad torcular tunc exit oleum violenter: tale oleum non est ita dulce ita sanum. Sed spiritualiter aliqui sicut bona oliua gratis dant reddunt oleū gratis faciunt elemosynas/ dant pauperibus: tale oleum: talis elemosyna est deo summe grata: est facienti dulcis meritoria. Sed aliqui sunt adeo auari massilēti tenaces cupidi/ q vna gutta: vna modica elemosyna nō potest exire gratis. Tunc deus videns q nihil a talibus potest exire/ ponit eos in pressorio tribulationis torculari persecutionum/ premit eos/ castigat/ ponit eos in vna graui infirmitate/ cōtinua apostemate: tunc velint nolint violenter exit oleū/ partem habent medici partē apothecarij partem cōsumentes: amici partem religiosi: vt pro eis orent deū: tunc nec grates nec gratias. Et tunc aliquādo premit eos deus/ q non remanet nisi amurca: q a corpore exit anima ab archa pecunia/ nō remanet nisi caro fetida: a vermibus consumenda. Tale oleum non est sic deo gratum quando magis timore q amore violenter q voluntarie fiunt elemosyne legata oblationes. Ideo contra quosdam dicit in aggeo. Lignū oliue nō floruit. Ergo vultis Christo occurrere/ grate mane isto florente. Cū ramis floridis Christo debite occurrite palme quo ad firmitatē patientiā. amigdale/ quo ad puritatem munditiā/ Oliue quo ad pietatē clementiam. Et sic erit verum illud Psalm. Plātasti in domo domini in atrijs domus dei nostri florebūt. quod nobis concedat. etc.

¶ Collatio. lxiij. in die Ramis palmaꝝ. ex Psal. lxxxix.



Mane floreat trāseat/ vespere aūt decidat. In Psal. lxxxix. Quidā bonus inuētor cōsiderata mūdi falsitate/ vite/ breuitate/ fortune varietate. dixit iuxta nostrū propositū: vulga. in hunc modū. Il fait mauuais aymer hōe de ce pais. Malū est diligere hominem istius patrie. caren douleur tourne son soulas. q eius solatia sen dolor tristitia.

O faulse amour aucuneffois dones ioye, et aucunffois douleur. O false amor aliquando das gaudiū/ aliquād dolorē et suppliciū/ et recte est sic de amore mundi et mundanorum: quia secundum quod scribitur Prouerbiorum .xiiij. Risus dolore miscebitur et extrema gaudij luctus occupat. Cerne et cōsidera/ diligis multū vxorē/ prolē vel amicū aliū vel alios: vel vos dñe diligitis viros et pueros vestros. Vere est malum diligere hominē huius mūdi/ huius patrie. Quia vere quāto plus diligis et quāto magis cū eo delectaris et consolaris/ tanto maiorē dolorem/ et maiorem displicentiā saltem in eius morte sustinebis. Unde amor mundanorum post gaudium infert dolorē et suppliciū. Sed vt loquamur ad propositum circa mundi amorē quē Christo iudei exhibuerunt. Sic mihi videtur fuisse circa Christū sicut aliquādo fuit circa arborē. Cōtingit sepe aliquā arborē esse multū floridam et in principio implerī multis floribus/ et tunc quilibet congaudet arbori et nullus nocet ipsi: deinde trāseuntibus floribus trāsit ad digestionē fructus. Ultimo autē fructu digesto et maturo colligitur fructus. aliquando lapide aliquādo excussione: aliquādo ramorum et frondiū tractione et fractione/ et baculorum proiectione donec fructus cadat et vi vel amore ad terrā veniat. Unde arbor que in floribus habet omnē gratū aspectū et visionē. in fructibus vnde deberet bonū reportare nō habet nisi malū et percussionē. Ita fuit circa Christum. Ipse quippe hodierna die fuit totus floribus plenus nō floribus arborum: sed in se floribus virtutū. hodie aūt Christo florido nullus nocuit: sed quilibet eū pulchriū et floridū exhibuit et respexit et honorē exhibuit. Unde exiuerūt hodie mane cū ramis et floribus cū vestimentis proiectis in terrā et cū cātibus. Trāsiuit aūt tēpus florum ad digestionē fructus .i. ad tēpus a deo dispositum quo debebat a corpore eius exire nobilissimus spūs. Et iudei volētes omnino istū fructū eius spūs ab arbore .i. a corpore excutere variis modis istā arborem inuaserūt. Nā primo proiecerūt lapides ad eū lapidandum ad spiritū ab arbore excutiendū. Ita legitur Johā. x. Sustulerūt lapides iudei vt lapidarent eū. Jesus aūt dixit eis. Multa bona opera operatus sum vobis: propter quod eorū me lapidatis. Per lapides aūt nō valentes habere istum fructū eius spiritū ad arborē proprijs manibus accesserūt/ qñ nocte cene eum ceperunt/ et prophanis manibus cū ligauerūt: postea arborē violentissime excusserūt cōmouerunt vt fructus caderet. vulgariter brāler et remuer. O quam fortis et aspera excussio et agitatio/ quādo alapis in facie cedebatur/ modo hinc modo inde: quādo collaphisando opprobriabatur et dicebatur: Prophetiza quis est qui te percussit/ nec hoc cōtenti ad detrahendū manus ramos nepharias extenderūt/ quādo scilicet in cruce corpus extēdentes/ trahebāt pedes inferius/ caput superius hinc et inde intantum vt audiēre benedicta matre neruū et ossa dinumerarentur/ et quasi numerarentur. dicente Psal. per eū. Foderunt manus meas et pedes meos/ dinumerauerunt omnia ossa mea. Nec his cōtenti adhuc baculos proiecerunt quādo scilicet percutiebant caput eius arūdine: quādo posuerunt arūdinem in dextera eius. Nō sufficiebat eis baculare et arborē in ramis in alijs mēbris: sed vsque ad summitatem et cacumen: vulgariter au feste: quia caput baculabāt et percutiebant baculis/ et alapis. Tunc verificatū est illud versificatoris prouerbiū. Multotiēs fractum caput est propter benefactū/ et tamen percusserūt et tamen excusserunt arborē: quod fructus .i. spiritus finaliter a corpore cecidit vtique nō nimis maturus/ nō nimis antiquus: sed adhuc viridis/ quia iuuenculus annorum. xxxiij. vel circa non nisi per violentiam quia si tempus fuit tunc moriendi secundum diuinam predestinationem non tamen per etatis completionem et quod fuit pessimum omnium: etiā mortuum baculauerunt non qualicunque: sed lancea latus eius vulnerantes. Ergo ecce amor mundi/ etiam dilectio iudeorum ad Christum dicamus ergo ex isto proposito: malum est diligere hominem illius patrie: quia eius solatia/ sequitur

dolor ꝛ tristitia/ sicut patet in Christo quo ad ꝓcessionē ꝛ honorē mane oblatos ꝛ passionē ꝛ dolorez in vespere passionis illatos. O false amor: aliquando das gaudiũ/ sicut hodie mane gaudioso: aliquãdo merorem ꝛ suppliciũ sicut paũco transacto tēpore invespere passionis doloroso. Et hoc est qđ dicit. ps. hoc mane ꝓcessionis Christi ũ floridũ fuisse in hominibus quo trãseunte fructũ eius spiritum/ vespere passionis cecidisse in persecutionibus ꝛ doloribus mane floreat ꝛ transeat. In quibus verbis. psal. describit xp̄tum ad hodierni festi materiam.

Uenustatem principij arridentis — Mane floreat.
Celeritatem medij fugientis — et transeat.
Et flebilitatem termini deficientis — vespere decidat.

gnatis. Ubi notandum: q debemus ad xpm sicut ad domu refugij venire exeplo reru naturaliu q pro refugio ad sua habitatione ad sua domum fugiut et recurrunt. Uidemus eni q venit velut ad domu refugij: primo herodius ad arbore: herodius sm aliquos doctores idem est q girfalco. Cuius est ista coditio: q ei venati et volati aquila aduersat. Sed herodius facit nidu in arbore excella ramosa et spinosa / vbi stat tut et aquila no pot intrare. Qn eni volat et timet aquilam hacvtit arte q semp respicit nidu suu: velut domu refugij. Et si aliter aquila se impugnante refugere no pot euadit fugiedo ad nidu suu et ptra aquilam sic saluat. Sic etia dz homo facere: debet eni i arbore alta ramosa et spinosa scz in cruce: vel in xpo crucifixo nidu suu habitatione domu sua ponere et du venat acquirit mundanas diuitias et honores tc. Semp debet ad nidu respicere xpm in cruce: paupere et nudu intueri. et ideo vt no male acquirat non nimis diligat: no nimis custodiat: et q diabolus hoiem etia p altitudine bone vite: volantem psequit. Si aliter ei harpas euadere no pot volat ad nidu ad cruce penitetie: ad statu religiois cu xpo nudo: paupertate et nuditate tenes et absq dubio xps erit ipsi cotra aquila diabolu in refugium et in illa domo saluabitur. Ita petebat. ps. Esto mihi in deum protectorem et in domum refugij vt saluu me facias. Scdo venit velut ad domu refugij ceruus ad montem. Cum eni ceruus a venatoribus et canib fuerit psecutus: calore etiam cursus et labore fuerit fatigatus montes excelsos ascendet: vel in refugium et ibi a canibus et venatoribus protegit et a calore refrigerat. Ceruus habens duo cornua est qlibet ho habens affectu et intellectu venatores diaboli. Canes detractores hoies et persecutores magni motes xps et alij scti. Qun igit homo est multipliciter fatigat: persecutus: impugnatus multis tribulatoib: verbis detractorib tc. factis oppressionib a mundo carne et diabolo debet motes excelsos xpm et alios sanctos tribulatos conspicere et eorum exemplo in patientia aduersitates singulas sustinere: et tuc homo inuenit ibi auxilium refugium et refrigerium. Ita expertus fuerat. psal. Leuaui oculos meos in montes: vnde ve. auxi. mihi. Dicrem. xvj. Dne fortitudo mea et robur meu et refugium meu in die tribulatiois. Et psal. Deus refugium meum et virtus adiu. in tri. que inue. nos nimis. Tertio refugit velut ad domu refugij eritius ad lapidem. Scribitur per Aristotelem: q eritius vel erinatius qd ide est sm aliquos / ventos nociuos septentrionales vel meridionales presentit et precognoscit. et tunc fugit ad cauernas in petram. Unde narratur queda in Constantinopoli eritiu vel erinatium in domo sua habuisse per quem cognouit ventos futuros secundu diuersimode ad cauernas ad lapides: velut ad refugium contra ventos eritius fugebat. Per eritium vel erinatium quemlibet fidelem intelligo qui debet esse spinatus et hirsutus per patientiam et in spinis portare fructum bonorum operum. Sicut et eritius dicitur se pomis onerare et vsq ad cauernam portare: ita debet facere quilibet fidelis debet se onerare fructibus bonorum operum: et debet portare vsq ad cauernam sepulchri continuado vsq ad mortem. Iste debet precognoscere ventum septemtrionalem infrigidantis auaritie. ventum meridionalem inficientis et ardentis luxurie. Et cum diabolus flare istos ventos incipit per teptationem: statim homo presentiens debet fugere ad petra id est ad christu: de qua petra. prime ad Corinth. x. Petra aut erat christus. In illa enim petra illius petre foraminibus in eius vulneribus inuenit homo teptatus refugiu ptra ventu teptatiois immaditie: auaritie: ire: superbie tc. ij. Reg. xxij. Dns petra mea et refugiu meu et saluator meus de meus. Sequitur et refugiu meum. Ergo debemus ad xpm vt ad domum refugij refugere / sicut herodius ad arborem. Ceruus ad excelsum montem: erinatius ad lapidem. Est enim ipsa arbor refugij: sicut domus herodij: mons ceruus

petra erinatiis. Teste psal. qui ad ppositū ita scripsit herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis/ petra refugiū erinatiis. Tale refugiū nō est mūdus. Tertio dico: q est nostrū refugiū pro cōsolatione: qr ipse est cōsolationē largiēs desolatis: quis enim pater quandoqz irascat filio/ et immittat verbera: tamen in necessitate pucro deficere nō potest/ qr viscera eius super puerū cōmouentur. Christus est pater omniū christianorum et ipsi eius filij quis igit ad correctiones aliquādo immittat flagella: tū in necessitate tribulationum inuocatio deficere nō pōt qr eius viscera cōmouent super filios tribulatos. Ideo Psal. Factus est do. refu. pau. adiu. in oppor. in tribu. Tale refugiū inuenit esse Christū sanctus iste/ Applica. Unde dicit illud. ps. Dñs firmamentū meū et refugiū meū libera me. et cornu salutis mee. Ad quā salutem etc.

Collatio. lxvj. p quolibet sancto. ex Psal. xcj.



Ustus vt palma florebit. In Psal. xcj. Unū vulgare prouerbiū dicitur in nostro puincialico ad nostrū propositū/ et hoc est de fleur de Janvier/ on ne remplit point le pēnier. hoc est dictu flos natus in Januario nō facit fructū qui ponat in disco vel panerio. Ad horum tamen intelligentiam sciendū: q scriptura cōparat hominē arboribus. Marci viij. Uideo homines velut arbores. Ratio est/ qr homines assimilant arborib⁹ in vita et in morte. In vita quidē qr eadē est differētia inter homines et arbores. In arboribus aūt sicvidem⁹ us: q quedā arbores habent florē differentē a fructu/ et ad modicū de bono tēpore quādo est tēpus a principio sine frigore. Aliqñ cito et multū florent sicut in amigdalo in Januario: sz postqz superuenit frigus et gelu: et flores sic destruit et fructus futuros tollit. Un de talibus disci vel paneria nō implentur fructibus. Alie arbores sunt que nō habēt florem differentē a fructu. vt de palma in qua flos et fructus dulcissimi et nobilissimi. et de talib⁹ floribus implentur disci fructibus. Sic spiritualiter in hoibus per flores arboris intelligo sancta proposita mentis/ per fructus bona opera: et sancta in sanctis. Aliqui ergo habent differentem florē a fructu. Et isti sunt qui aliquādo ad modicum de bono tēpore quādo eis predicatur vel quando habent persecutionē: paupertatē: infirmitatē: habent aliquid de deuotione/ optime florent. multos flores. multa bona opera habent/ pponunt abstinere a peccatis/ a turpitudinibus/ ab auaricia etc. pponunt facere penitentiā ieiunare/ religionem intrare etc. Sed postqz superuenit frigus tepescunt a bono proposito: venit gelu tēptationis infrigidatio dilectionis/ ventus cōcupiscentie: destruit florem non fructificant/ nihil faciunt de cōceptis: sed totū perdunt. Et de talibus verum est dicere/ q de floribus Januarij non implentur canistri nec panerij. Isti sunt sicut amigdalus fatua de qua dicit eccl's vlti. Florebit amigdalus et impinguabitur locusta et dissipabitur capparis. Alij aūt sunt: qui non habent florem differentē a fructu bonum propositum a bono facto/ et voluntatem ab opere/ sanctā affectionem a sancta operatione. Et isti sunt sicut palma. Unde quot habent sancta proposita tot habent sancta opera. et de istorum floribus implentur disci. i. conscietie dulcissimis meritorum fructibus. Et tales sunt sancti viri et iusti qui de florib⁹ sanctorum propositorum pariunt fructus operum bonorum. Unde de talibus. Cāticorum. vij. Flores fructus parturiunt. Ideo hec est causa quare homines cōparantur arboribus quo ad vitam. Cōparantur etiam quo ad mortē/ quoniam alique sunt arbores floride et fructifere: et tales ortulanus diligit et purgat et impinguat/ et de mala terra in meliorem transplātat. Alie sunt quē non florent nec fructus faciunt/ et non faciunt in ortis nisi malū qr sua vmbra alijs nocent/ et in alijs fructum impediunt. Qs videns Ortolanus post expectationem fructus nō videns in eis nisi malū ponit securim ad radicem et auulsam proijcit ad cōburē

dum in ignem vt spinā. Ita spiritualiter quidā sunt floridi per honestā cōuersationem: fructiferi per bonā operationē: et tales arbores deus diligit charitate purgat aduersitate: impinguat gratie fecūditate. de terra mala huius mundi trāsplātat ad terrā bonā paradisi. Isti sunt palme veri sancti et iusti. Alij sunt qui nec florent honesta cōuersatione: nec fructificāt sancta operatione. Et qđ peius est aliquos sua malitia/ sua mala vmbra suis malis exēplis a bonis operibus impediūt: et aliquādo ad malū sua peruersa societate perducūt. Et postq̄ de⁹ satis expectauit/ ponit securim mortis ad radices corporis/ et sic spinas proijcit in infernū/ cōburendos ignibus sempiternis. Unde. ps. Exarserūt sicut ignis in spinis. hec sunt verba Christi. Math. xiij. Omnis arbor que nō facit fructum bonū excidetur et in ignē mittetur. Ergo hmōi homines velut arbores fructiferātes et florentes vt palma: sunt iusti et boni et bene habēt: floribus bonis et fructibus deficiētes vt spina sunt mali: et isti male habent: hor̄ figura. Gen. xl. Pincerna et pistor Pharaonis due arbores/ vna mala/ et altera bona: ambo viderūt somnium. Iuxta interpretationē cōgruā sibi arbor bona sicut pincerna vidit iuxta suā cōditionē somnium. Uidebā inquit corā me vitē in qua erant tres propagines crescere paulatim in gēmas/ et post flores vvas maturescere potūq̄ tradidi Pharaoni. Arbor mala iuxta suā conditionē nō vidit florem neq̄ fructū: sed canistruȝ super caput suū/ et aues comedere omnia cibaria de canistro. Quomodo ergo factū est de istis duabus arboribus: vtriq̄ iuxta somniȷ interpretationē. Arbor bona florida et fructifera. scȝ pincerna de mala terra. s. de carcere fuit trāsplantatus ad terrā bonā/ ad Pharaonis mēsam. Sed arbor mala sine floribus et fructibus. s. ipse pistor fuit succisa et per gulā suspensa: et auibus exposita deuoranda. Ita spūaliter sancti floridi et fructiferi de carcere huius mundi trāsferuntur ad mensam dei. Sed mali sine floribus et fructibus habētes canistrū. i. cōscientiā plenā peccatis exponunt patibulo inferni et dyaboli deuorādi. Ideo qr sancti sunt pleni multis bonis meritis et floribus: et tandē sunt pleni premijs et fructibus. dicit. ps. Iustus vt palma florebit. Talis arbor fuit iste sctūs. dic de eo qđ tibi videbit. Iō ipsi ꝯuenit. Iust⁹ vt palma florebit. vbi ꝯmēdat᷑ trib⁹

scilicet de summa { Altitudine / Rectitudine / pulchritudine } { vt palma / iustus / florebit. } habuit quidē summam

Altitudinē perfectionis. / Rectitudinem operationis / Pulchritudinē ꝯuersationis } { vt palma / Iustus / florebit.

Altitudine perfectionis eminebat sublimius. / Rectitudine opatiōis se gerebat vtilius. / Pulchritudine perfecte nis resplēdebat fulgētius } { vt palma / Iustus / florebit. } { Certe iste / gloriosus / sanctus.

Primo intendebat in deum / Scđo ꝓficiebat in primū / Tertio perficiebat seipsum } Quia, { vt palma / Iustus / florebit.

¶ Quantū ad primū sciendū: q̄ viror̄ iustorum altitudo eminentia et perfectio cōparatur palme ꝓpter tria que habet palma naturalis que suo modo sunt in sanctis viris iustis et perfectis. spūaliter habet enim palma primo in stipite ꝓceritatem celsitudinis. Hec est enim natura palme/ q̄ inferius versus terram est gracilis et subtilis: radicem habens rotūdā nō ramificatā. Et nō querit terram pinguē nec terre pinguedinem. Sed versus celū recte cōsurgēs in parte superiori est valde late extensa et dilata et pulchritudine ramor̄ expansa. Ita viri sancti spiritualiter ad partē inferiorē versus mundū/ versus terrā/ versus terrena sunt

valde stricti: graciles ꝛ restricti: qꝛ nõ curãt de terra acq̃rẽda/ emẽda de terrenis possessionib⁹/ diuitijs/ mercationib⁹/ domib⁹/ agris/ pratis/ ꝛ vineis multiplicã dis. Jtera nõ curãt corp⁹ ꝓpriũ delitijs ꝛ voluptatib⁹, cibis sõnis ꝛ solatijs impinguare ad se terre pinguedinẽ attrahere: sꝫ recte ꝟsus celũ tẽdẽtes recta intẽtiõe feruẽte deuotiõe nõ ficte seu simulate: in pte superiori in spũalib⁹ ꝛ celestib⁹ opib⁹ dilatant̃ ramificant̃ diuina mãdata adimplẽdo/ pniam faciẽdo/ opera misericordie exercẽdo/ peccata vitãdo ꝛc̃. Mũdana omnia spernẽdo ꝛ calcãdo celestibus inhabitãdo ꝛ omnia spiritualia amplectẽdo. Jsti habẽt radicẽ. i. voluntatem/ amorẽ/ ꝛ affectionẽ in terrenis breuẽ ꝛ rotundã: qꝛ non curant de mũdo nisi quantũ ad vitã istã miserã est necesse. ꝛ habẽt summitatẽ recte ad celũ procerẽ versus deũ operũ multiplicatione dilatatã ꝛ expãsaꝫ. Jsti nõ curãt de voluptatibus carnalibus/ de immũditijs/ de ciboꝝ delitiositate indumentoꝝ preciositate. Jsti sunt recte palme spũales. Jdeo quelibet talis persona põt dicere illud Eccl. xxiiij. Quasi palma exaltatus sum. Talis fuit iste sanctus. Applica. Unde ipsi cõpetit illud Cãti. vij. Statura tua assimilata est palme. O vtinam hoc posset dici cuilibet nostrũ: sed timeo ꝙ sit in hoibus sicut in herbis ꝛ arborib⁹. Sic aũt video in plãtis ꝙ aliq̃ arbores sicut nuces sunt huius nature/ ꝙ qñ vnã radicẽ possunt in terrã figere statim ponũt aliã. deinde post aliã ꝛ aliã ꝛ tãdem paulatim. Jta multiplicãt ꝙ totã terrã inuadũt/ occupãt ꝛ amplectunt̃ ꝛ eleuãtur super terrã ꝛ faciũt vmbrã magnã ꝛ intantũ se dilatãt/ tã in radicib⁹ ꝙ̃ in ramis/ ꝙ nulla alia arbor/ nulla alia herba põt ibi crescere vel viuere/ nec planta etiã ꝙ̃tumcũq; est bona ꝛ fructifera vel virtuosa/ qꝛ totum suffocant vel extinguunt. Jta est in aliquibus malis hominibus cupidis ꝛ auaris/ quãdoq; veniunt ad vnã terrã/ ad vnã ciuitatẽ/ ad vnã carreriã/ ad vnã mercatoꝝ societatem/ ad vnã possessionem agrũ/ pratũ/ domũ/ vel vineã ponunt ibi vnã radicem modicã vnũ modicũ de pecunia. deinde sua virtute attractiua/ arte lucratiua/ honorẽ lucrũ attrahẽtes/ mittunt radiceꝫ aliã: ꝛ sic paulatim donec totũ velint amplexari. Totũ ad se attrahere: totũ ad se habere/ nũc vi nunc amore nũc debite nunc indebite nimis rapinis/ vsuris/ baratarijs. Et intantũ stringunt ꝛ amplexantur terrã: possessiones/ ꝛ mercationes/ ꝙ totũ ad se trahunt: totuꝫ habere volunt. Jntm̃ etiã ꝙ nulla alia arbor: nullus alius mercator: nulla herba nulla alia persona pauper potest iuxta eos nõ dicã fructificare vel crescere: imo etiã nec viuere: Jta habẽt eis malã vmbrã/ de noyer/ tm̃ suffocãt ꝛ extinguunt. Jstorum statura non assimilat̃ palme: sed nuci. Aliquãdo sunt sicut cucurbita que semper vult fimũ ꝛ aquã ad pedem bene comedere: iacere/ dormire/ induere ꝛc̃. Si vna die deficeret aqua deficeret actus immũdus/ cibus vel somnus continerent vel ieiunarent/ vigilarent ꝛc̃. statim reputarẽt se mortuos. O miseri vno die ponetur securis mortis ad pedẽ nucis. vno die veniet vnũ frigus/ febris ad cucurbitam ꝛ totum ꝓijcietur ad ignẽ inferni. Jdeo dicitur de sancto isto qui nõ fuit talis ꝙ statura illius assimilata est palme ꝛ nõ nuci/ nõ cucurbite. Eccli. l. Juxta illũ steterunt quasi rami palme. Scdo palma habet in folijs acerbitatẽ acuminis. Palma enim habet folia pũgitiua ad modũ gladij vtroq; latere ad moduꝫ cuspidis facta. Unde sunt ex omni parte extraneoꝝ lesiua ꝛ sui ipsius defensiua. Sancti ꝛ perfecti viri sic habent verba nõ blãda suauia ꝛ adulatoria ad malũ/ ad dãnum attractiua: sed acuta ꝛ penetratiua/ maloꝝ reprehensiua/ repulsiua ꝛ defensiua/ peccatoꝝ correctiua. Jta vt verbis suis ꝛ orationibus sanctis seipsos a temptationibus defendunt ꝛ peccatores suis verbis penetratiuis corrigunt monendo/ predicãdo/ ꝛ que dei sunt ostendendo. Jsta folia isti gladij sunt verba dei. de quibus. Psalm. Gladij ancipites in manibus eoꝝ. Nota non dicit ꝙ isti gladij sunt in ore: sed in manibus: qꝛ gladius in ore nõ faceret bonũ ictum

sed in manu. Ita verbū dei existens in ore predicātis solū ⁊ in voce nō in manu⁊ opere nūq̄ bene pūgit: bonū ictum nō facit. Sed quādo gladius est in manu ⁊ opere tunc facit bonū ictū. Contra enim tenentē ore ⁊ voce/ nō manu ⁊ opere. Dicit. ps. Gladius in labiis eoꝝ quoniā quis audiuit. q. d. nullus. Ita nota/ q̄ dixit gladius in aure audientiū verbū dei/ ⁊ non in eoꝝ manu per operationem et impletionē nō valet: sed debet esse in aure audientiū/ in ore predicātiū: ⁊ in manu hoꝝ ⁊ illoꝝ bene operantiū. Isti sunt de quibus dicit̄ Apoca. vii. q̄ erāt amicti stolis albis quo ad cōuersationē sanctā. ⁊ palme in manib⁹ eoꝝ quo ad predicationē ⁊ operationē perfectā: habuit sanctus iste vt de eo posset dici illud Cāticoꝝ. v. Come ei⁹ sicut elate palmarū. Tertio habet palma in fructu suauitatē dulcedinis/ q̄muis em̄ palma hēat in ymo radicis ⁊ stipitis amaritudinē: tñ hz in summo magnā dulcedinē. Ita de sanctis habent enim in ymo ⁊ in radice in corpore multū de amaritudine tribulationū/ imo in toto stipite/ in tota persona multū de amaritudine penitētie ⁊ afflictionū/ in ieiuniis/ in vigiliis/ in abstinētiis/ in asperitatibus multis. Tñ in supremo in deo habēt magnā fructuū dulcedinem: magnā meritoꝝ ⁊ diuinoꝝ suauitatē. Qꝛ scd̄m multitudinē dolorum meoꝝ in penitentia inferius ⁊ exterius cōsolationis tue letificauerunt animam meā in gratia interius ⁊ superius. Ideo sicut nullus sanctus formidat ascēdere palmā ꝓpter radicis ⁊ stipitis acerbitatē ⁊ amaritudinē volēs habere fruct⁹ ac fructuū suauitatē ⁊ dulcedinē: Ita nullus sapiēs formidat ascēdere asperitatem penitētie ⁊ doloꝝ: desiderās suauitatē gratie meritoꝝ ⁊ celestiū premioꝝ. Et ita fuit in isto sancto. Applica: ideo: ipse ⁊ quilibet alius debet dicere. Illud Cāti/ vii. Ascendā in palmā ⁊ apprehēdā fructus ei⁹/ q̄ vt dicit̄ ibidē scd̄o ꝛ fructus illius dulcis gutturi meo. Est aūt notandū/ q̄ sicut est de fructu palme corporalis: ita de fructu palme sp̄ualis. Dicūt naturales: q̄ palma ⁊ si habet aliquos fructus ante annū centesimū tñ illi fructus nō sunt ita boni/ ita dulces/ et digesti sicut fructus post annū cētesimū. Un̄ palma multos dies ⁊ annos expectat ad suoꝝ fructuū suauitatē perfecte habendā: q̄ vsq̄ post annū centesimum perfectos fructus nō habet: Ita spiritualiter per cētenariū numerū intelligit̄ vita presens postq̄ trāsit ad dulcedinē eterne beatitudinis. Sicut ergo scd̄m computationē Bede cētenarius numerus trāsit a leua ad dexterā: ita vita presens laboriosa trāsit ad gaudiosaz. Quāuis ergo in cētenario leue ⁊ sinistre presentis vite inter dolores ⁊ labores penitētie habeamus aliquos fructus: aliquā dulcedinem meritoꝝ: non tñ habemus perfectā dulcedinē celestium gaudioꝝ/ donec trāseat numerus cētenarius iste meritoꝝ ad aliū centenariū dulciū premioꝝ. Ibi em̄ ꝑfecte gustabim⁹ q̄ suauis est dñs imo ibi satiabimur cum apparuerit gl'ia eius: q̄m inebriabimur ab vbertate domus dei. In cuius figura Gen̄. vi. Archa ꝯsummata est in centū annis. Et ibidē. xxi. Abrahe cētenario nat⁹ est Isaac id est risus eterne iocūditatis. Ideo hō in hac vita nō debet in dolorib⁹ ⁊ meritis desperare de cōsolationib⁹ ⁊ p̄miis: sed debet opera bona semꝑ multis dieb⁹ cōtinuare ⁊ multiplicare donec trāseat a leua ad dexterā. Ita fecit sanctus iste qui dicebat illud Job. xxix. In nidulo meo moriar ⁊ sicut palma multiplicabo dies meos: Radix mea aperta est secus aquas. s. tribulationis. Sequit̄ de dextera et gloria mea semper innouabitur. hec de primo principali.

¶ Quātū ad scd̄m notandū: q̄ edificator nō pōt habere salubri⁹ ꝯsiliū in ꝯstruēdo: nec scriptor in scribēdo. q̄ q̄ sꝑ regulā imitet̄. Quādiu em̄ edificator collocat lapides regulate erigit murū. iuxta regulā ⁊ perpendiculū ordinate: tādiu edificiū ꝓcedit in tuto. Sed si pretermissa regula lapides inordinate ponantur vnus extra alius intra vnus superius alius inferius. Si etiā murus erigeretur tortuose ad vnā partē pēdēs minus ad aliā plus/ dōm⁹ finaliter veniret ad rui

nā. Idē est de scriptore qñ enim scribendo innititur regule et literā post literaȝ
formando ponit ordinate: tunc scribit librū bonum ⁊ pulchrū. Sed si p̄termissa
regula et ordine literarū scriberet qualitercunqȝ occurreret nihil valeret liber il
le aut scriptura illa. Spiritualiter omnes sumus edificatores vt maiores vel p̄
lati vel scriptores vt inferiores et subditi. Regula autem qua isti diriguntur
in suis operibus tam isti ꝙ illi / est iustitia. Cum ergo ecclesiā edificātes innitū
tur et regulantur iustitia / ponuntur lapides ordinate in muro ecclesie. Quili=
bet iuxta suam conditionem et merita promouetur / tandiu stat in tuto edificiū
Tunc vadit optime regimen ecclesie / tunc omnia sunt iusta / omnia sunt recta
quando quilibet habet ſm sua merita. Sed quando pretermissa regula iusti=
tie lapides ponuntur inordinate qui lapides precedunt magnos pueri illitera
ti / minoriginati preponuntur antiquis litteratis viris perfectis mourgeratis
et virtuosis: illi promouebuntur / isti remanebunt. Iterum ipsi in muro vn⁹ ex=
tramittitur abijcitur etiam rite veniens alius intromittitur qui esset abijcien=
dus: quando etiam murus totus pendet ad vnam partē oīa dātur illis de san=
guine de voluntate de parte de affectione edificantis: tunc edificiū procedit pes
sime oportet ꝙ ruat finaliter: isti sunt mali distributores: mali edificatores.
Istos alloquit dñs Mala. iij. Audite hec principes domus Iacob ⁊ iudices do
mus israel qui abominamini iudiciū et oīa recta peruertitis qui edificatis syō
in sanguinibus et hierusalē in iniquitate: hoc non est rectū nec iustum: et ideo
ipsi sunt iniusti. Et aliqñ super eos ruit iniustū edificium. Item psalm. Iniusti
disperibunt simul reli. impi. inte. salus autē iustorū a dño. Idem etiam de supe
rioribus de subditis et inferioribus qñ eīm innituntur regule iustitie reddendo
deo timorē et amorē / reuerentiā et honorē: p̄ximo dilectionē et cōpassionē: spūi
dñium et gubernationē: corpori et sensualitati penitentiā et macerationē: tunc
optime scribitur liber conscientie. Sed quando homo abiecta regula iustitie:
nec deum timet: nec hominē reueretur: proximū non diligit: sed ledit spiritum
subijcit et sensualitatē erigit et non sequitur iustitiā et rationem: sed sensuali=
tatē et tentationē: tunc liber cōscientie non est script⁹ lr̄is iustitie: sed mortis et
culpe. Tales sunt illi de quibus psal. Dixit iniust⁹ vt nō delinquat in semetipō
ecce ꝙ nō reddit debitū sibi: nō est timor dei añ oculos eius: ecce nō reddit debi
tū deo: qm̄ dolose egit: ecce nō reddit debitū p̄ximo. Dilata talis nō fuit iste sā
ctus applica: iō ipsi in morte mādauit dñs illud Esa. iij. Dicito iusto qm̄ bene.
Iusti enim hereditabunt terrā: et habitabunt in seculū seculi super eam: vt dici
tur in psal. Hec de secundo.

¶ Quantū ad tertium: sciendū ꝙ arbor arangiorū hoc habet singulare quia si
mul et semel flores habet nouos et fructus maturos antiquos. Quāuis enim
in alijs arboribus sint aliquando cum floribus apparentes aliqui fructus no
ui et parui: tamen non habent hoc cōmuniter arbores ꝙ simul habeant perfe
ctos fructus antiquos et nouos flores. Ita est de sanctis et iustis: qm̄ ipsi hoc
habent singulare ꝙ cū perfectione bonorū operū antiquorū et continuatorū in
eis: ipsi oī die p̄ducunt flores noue pulchrioris et honestioris et redolētioris
conuersationis. Ecclesiastici. xxiiij. Flores mei fructus honoris et honestatis.
Ita fuit in sancto isto: vt de eo verum esset illud Canti. vij. Flores fructus par
turiunt. Sed timendum est ꝙ de quibusdam sit sicut de sambuco. Sambucus
habet flores albos et odoriferos: sed habet fructus nigros et fetidos: vnde nec
arbor nec fructus valet ꝗuis flos aliquid videatur valere. Ita est de quibusdā
hypocritis qui sunt sambucus: habent enim flores albos et odoriferos id est
conuersationem exterius honestam et famam redolentem: sed habent fructus
fetidos et nigros id est peruersa opera et mala: vnde nec arbor nec fructus va=

et aliquid: sed tamen decipiunt homines in floribus conuersationis redolent exterius: in eis verum est istud Sambuci flores sambuco sunt meliores. Nam sambucus olet/flos redolere solet. Isti non possunt dicere. Flores mei fructus honoris et honestatis: ergo satagamus vt simus palma altitudine pfectionis: iusti rectitudine operationis: floridi pulchritudine conuersationis: quia de talibus scribit psal. Plantati in domo domini in atrijs domus dei nostri florebunt. Quod nobis rc.

¶ Collatio.lxvij. In festo pasche: et per totũ tẽpus paschale de resurrectione. ex Psalmo.xcij.

Dominus regnauit decorẽ indutus est. In psal.xcij. Vulgariter dicit in nostro prouincialico. Quel est lhõme telle doibt estre sa robe. hoc est dictu. Iuxta conditionẽ persone debet esse conditio tunice. Alijs enim indumentis et ornamentis induũtur homines tempore belli et guerre: et alijs tempore triumphi et victorie. Nam tempore belli et guerre induũtur homines armis fortibus et ponderosis ostensiuis penitentie supportantie doloris et laboris. Tempore vero triumphi et victorie induũtur armis leuibus ornamentis leuibus ostensiuis victorie/glorie/et honoris/et decoris. Unde sm ꝙ exigit psona sm ꝙ exigunt tempora et negotia homines et milites habent alia et alia ornamenta. Hoc legimus.iij. Regum.xxvij. Nam cũ rex israel esset in tempore guerre et belli campũ ingressurus mutauit habitum et ingressus est bellũ. Cõmissum est ergo preliũ in die illa: et rex israel stabat in curru suo contra Syros et mortuus est vespere: fluebat autem sanguis plage in sinum currus: ergo pro tempore belli habent milites alia indumenta specialia. Quod aũt habent pro tempore victorie alia et specialia dicit Apoca.iij. expresse. Qui vicerit vestimentis albis induet: et hoc est rationabile: qr cõditionẽ persone debet sequi conditio tunice. Ad propositũ dei filius xp̃s non solum est rex sed rex regũ et dñs dñantiũ. Non solũ fuit speciosus sed pre oĩbus pulcher et decorus in sua familia speciositatẽ esse vult et decorem. Unde psal. Speciosus forma pre filijs hominũ. Et subiungitur: et concupiscet rex decorem tuũ qm ipse est dñs deus tuus. O vtinam simus sic mundi et decori ꝙ ipsi placeat decor noster et non displiceat fetor noster. Ipse igitur in mundũ veniẽs iuxta suã conditionẽ decorẽ habitũ induit quando de virgine decora in similitudine hominũ factus est: et habitu inuentus vt homo. Ad philip.ij. Quod factum est in decoro vtero virginali: vnde vestẽ istã assumpsit: de ea enĩ potest esse verũ illud dictũ Judith.x. In illa dñs pulchritudinẽ ampliauit vt in corporali decore omnium oculis appareret. Quod autem omnis decor beate virgini a deo collatus fuerit: confitetur ipsa ei per psal. Prestitisti decori meo virtutẽ. Quod etiã totã humanitatẽ dei filius ab ea receperit Hiere. confitetur Threno.ij. Et egressa est a filia syon omnis decor eius. Isto ergo indumento assumpto aliter christus vsus est tempore belli et guerre in passione. Aliter tempore triumphi et victorie: in resurrectione. Nam tempore belli et guerre vsus est armis humanitatis vt fortibus et ponderosis ostensiuis penitentie supportantie et horroris et nõ pulchritudinis nec etiã decoris. Esa.liij. Non est ei species neq decor et vidimus eum et non erat aspectus. Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portauit. Tunc ergo verificatũ est illud promissum.iij.li. Regũ.xxvij. Rex isrl mutauit habitũ: quod factũ est qñ iudei exuentes eum vestibus suis chlamydẽ coccineã: circundederunt eũ: et plectentes coronã de spinis imposuerunt capiti eius: et genu flexo illudebant ei aue rex iudeorũ. Mat.xxvij. Et ingressus est bellum: scilicet passionis commissum est ergo prelium in die illa: scilicet parasceues: et rex israel stabat in curru suo contra Syros: christus in cruce contra de

mones & iudeos: & mortuus est vesperi. Fluebat autem sanguis plage ei⁹ vsq ad sinum currus.i.crucis vel beate virginis sanguinē colligentis: vtiq non solum plage vnius et particularis: sed totius corporis vniuersalis ex capite manibus latere & pedibus: hoc ergo indumento doloris vsus est in passione nec solum ipse: immo etiam familia Joannes & maria que guttas fluentis sanguinis colligebat. Sed tamen iste rex et miles percussus & vulneratus campum intrauit victoriam habuit in resurrectione: & ideo tunc tempore triumphi & victorie vsus est armis diuinitatis vt leuibus ostensiuis victorie et honoris: glorie et decoris: vtiq vestimentis albis: quia dictum erat. Qui vicerit vestimentis albis induetur. Hec vestimenta alba non solum ipse sed eius familiares angeli qui in veste alba & candida apparuerunt. Marci vltimo Christus igitur stolam accepit candidam: quia corpus habuit gloriosum & glorificatum & dotibus corporis gloriosi super omnia decoris: vnde virgo beata que eum tempore passionis viderat in habitu doloroso non habentē speciem neq decorem eum videns tempore resurrectionis in habitu glorioso ei loquitur illud Canti.i. Ecce tu pulcher es dilecte mi ecce tu pulcher es et decorus. Ratio autē reddit. Prouer. vlti. Stragulatam vestē fecit sibi: bissus & purpura indumētū eius. Ibidem. Fortitudo & decor indumentū eius: & hec oia simul psal. denunciat sic dicens. Dominus regnauit &c. In quibus verbis respectu belli et triūphi passionis & resurrectionis christi psalmista denunciat

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aggressum virtuosum | dominus | Siquidem christus bellator | | |
| Congressum victoriosū | regnauit | fortis et potens habuit in | | |
| Egressum gloriosum | deco. indu. est | | | |
| Aggressu potestatis magnitudinē | dominus | ergo ſm xps ista i bello passionis obtinuit | | |
| Congressu diuinitatis altitudinē | regnauit | | | |
| Egressu iocūditatis pulchritudinē | deco. indu. est | | | |
| dominium | ex | potētia | que | in tormēto latuit dominus |
| regnum | | victoria | | in inferno claruit regnauit |
| vestimentum | | gloria | | a sepulchro patuit de. indu. est |

Quantū ad primū: sciendū q scriptura cōparatiue accipit christū patientem et transeuntē tripliciter. Primo vt infirmū dolentē in lecto. Esa. liii. Uirum dolorum et scientē infirmitatē. Ratio est ſm phos qn quis cadit in lectū infirmus si debeat curari et surgere necesse est aliquā partē esse sanā in corpore que possit infirmitati dñari. Cum em mot⁹ ois sit ab aliquo mouente immobili mot⁹ ad sanitatē in persona erit aliqua pars sana non infirma: et ideo persona cadens in lectū infirma vniuersaliter et in oi parte corporis non habet vnde sanet qr nulla pars potest egritudini dñari: et ideo nunq curabit nec surget a lecto. Sed persona habens infirmitatē in vna parte et sanitatē in alia et precipue in nobiliori parte vt in corde illa potest virtute partis sane curari et a lecto surgere: quia virtus naturalis et fortitudo cordis latens potest infirmitati dominari. Sic est in proposito. In christo erant due partes sc3 humanitatis et diuinitatis. Ipsa ergo diuinitas nunq potuit dolore pati nec infirmari: et ideo in xpo vna pars sc3 humanitatis fuit passibilis et infirma sustinens omnes dolores passionis. Unde dicebat. Mat. xxvi. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. In ceteris autem hominibus non est nisi vna pars sc3 humanitas: et ideo quando contingit hominem cadere in sepulchrum: quia tota pars hominis est debilis et infirma non habens aliquam partem que posset morti dñari: homo a lecto sepulchri non potest surgere. Unde psal. Non adijciet vt resurgat Sed christus cadens infirmus in lectum sepulchri ex parte humanitatis infirmus passibilis et mortuus fuit: habuit autem partē potiorem latentem in eo

scilicet diuinitatem que tota fuit sana immortalis et impassibilis et infirmita ti humanitatis ac morti predominans. Et ideo vt dominus deuicta morte et in firmitate/infirmitatem et passibilitatem repulit: sanitatem et immortalitatem introduxit et a lecto sepulchri gloriosus surrexit. Ideo dicitur dominus hoc christus et eius humanitas recognoscit diuinitati. Nisi quia dominus adiu uit me paulominus habitasset in inferno anima mea. Rationem reddit alibi dominus. Deus noster deus saluos faciendi: et domini domini exitus mortis. Secundo vt armatum cadentem in torneamento. Prouerbiorum. xxv. Iustus cadens coram impio. Ratio est: quia differentia est inter bellum et tornea mentum. In bellis enim non quilibet habet instructorem et adiutorem sibi deputatum, assistentem/iuuantem: sed quilibet defendit et impugnat pro se et defendit seipsum. iccirco si aliquis cadat non habet sibi deputatum adiu torem subleuatorem et eleuatorem assistentem: et ideo in bello cadentes ibi re manent et non resurgunt. Sed in torneamento quilibet habet suum adiutorem/ instructorem assistentem et sibi specialiter deputatum. Et ideo si contingit ali quem in torneamento sic impelli vt cadat: assistens adiutor fortis et potens dexteram ipsi extendit: ipsum a terra subleuat ascendere facit et surgere. Quā uis christi passio et mors et cuiuslibet alterius hominis sit quoddam bellum et sic aliquando sic vocetur. Tamen proprie loquendo mors et infirmitas ac passio aliorum hominum dicit bellum: de quo Iob. xl. Memento belli. Passio autem christi proprie dicitur torneamentū: quia sicut in torneamento aliquis circundat hinc inde verberibus et ictibus nullo ordine obseruato. Ita iudei christū hinc inde ad mortē christū circundederunt verberibus/vulneribus/pun ctionibus nullo iuris ordine obseruato. Unde dicit ipse illud psal. Circundede runt me sicut apes sp. acie pungentes. Isti ergo iudei in torneamentis passio nis christum verberibus/vulneribus/baculis/clauis tm̄ percusserunt hic inde tm̄ impleuerūt q finaliter fuit cōpulsus miles de equo cadere: spiritus de corpore exire. Unde spiritus iuit ad infernum et corpus ad sepulchrum. Sed in hoc tor neamento non fuit sola christi pugnans humanitas: immo habebat diuinita tem continue sibi coniunctam sibi continue assistentem continue adiuuantem/ dirigentem fortem et potentem. Et ideo postq̄ spiritus de equo corporis cecide rat ipsa assistens diuinitas sua dextera sua potentia: suo dominio et virtute spiritum releuauit corpori reuniuit: et ad vitam reascendere fecit et resurgere. Ergo si quereret a christo quomodo ipse ab isto torneamēto a quo ceciderat in quo mortuus fuerat resurrexit. Responderet quia dominus. i. virtute sue diui nitatis sibi vnite continue adiuuantis continue assistentis et sua dextera suble uantis et sic surrexit non potentia humanitatis: et ideo dicitur dominus: hoc torneamentū passionis et resurrectionis. Sic ad propositū in christi persona describit psal. Dñs mihi adiutor et ego despiciā inimicos meos. Oēs gentes circu. me. et in no. dñi: qr vltus sum in eos. Sequitur: impulsus euersus sum vt caderem: et dñs suscepit me: et fortitudo mea et laus mea dñs: et fact9 est mihi in salutem: dextera dñi fecit virtutē dextera domini exaltauit me: dextera domi ni fecit virtutem: non moriar sed viuā. Alij aūt homines morientes generaliter loquendo non sunt sic in torneamento: sed sunt in bello: non habent coniunctā sibi diuinitatem: non habent sibi auxiliantem et assistentem diuinitatem sicut christus: quilibet est ibi pro se ad agendum et sustinendū: et ideo qñ impellun tur ad mortem et cadūt nō habent subleuantē et ideo non resurgunt. Ideo illi questioni quo ad ceteros homines que fit. ij. Reg. j. Quō ceciderunt fortes et pe rierunt arma bellica? Respondet hiere. viij. Qui cadit non resurget. Ratio aūt redditur per psal. deo dicentem. Auertisti adiutorium gladij eius et nō es au

rillatus ei in bello. Sz de xpo dixit. Cu ceciderit no collidet: q: dns supponit manu sua. Tertio vt palma moriete in ortu. Refert plini' in orbe meridiano esse palma q tradit esse vna tm z no multiplicatur alia ex ipsa: sz qn pre vetustate deficit iteru ex se virtute celesti renascit z reuiuiscit: z io putat fenix auis Arabie ex hui' palme argumeto nome accepisse: q: cu fuerit mortua renascitur ex seipsa sicut z palma. xps est ille cui loquit sposa Can. vij. Statura tua assimilata est palme. Hec ergo palma fuit vnica in toto mudo z singularis: q: no hois virtute sed dei in virgine genitus fuit in orbe meridiano in terra pmissionis in qua operatus est salute in medio terre sm ps. Hec autem palma tpe passionis in orto ppe hierlm mortua fuit: sed postea virtute celesti z diuina iteru reuixit z a mortuis resurrexit: vnde in palma corporali p op' nature ostendit dns olm quid esset factur' in palma spuali per op' gratie z glorie z hoc est qd fecit dns. vn ps. A dno factum est istud z est mi. in ocu. z c. Ideo dicit xps illud ps. Ego dor. z sopo. sum exur. q: dns su. me. Ita. Lu. xxiiij. Surrexit dns vere. Hec de primo pncipali.

¶ Quantum ad scdm sciendum q mihi videt sic fuisse factum spualiter in ecclesia sicut tota die veraciter fit in lombardia. Ibi autem ita fit / q cum sint ibi partes z voluntates contrarie vna nitit alteram de ciuitate expellere z vna super alia dnari. Cotingit ergo qnq q parte generosa parte pape z eccle dominante z regnate fit z tractat aliqua pditio: fiunt alique pmissiones: dantur dona illis interiorib' ab extrinsecis gebellinis: z tunc intrat pars aduersa intrant gebellini z regnantes: z dominantes guelfos capiunt z alios exilio relegantes ad confinia mittunt: aliquos eorum retrudunt: aliquos sub tyrannide in seruitutem redigunt: tunc guelfi captiuati z afflicti clamant ad papaz. z ipse mittit eis auxiliu z sicut gebellini lucrati sunt ita perdunt. Intrat em aliquando pars ecclesie princeps exercitus ciuitatem occulte habitu dissimulato portis clausis / muris integris super murum z tandem in platea ad campuz se discooperiens bellat: vincit rex illum: vexillum super portalia erigit z clamat Uiuat ecclesia. vulgariter viue leglise viue leglise. viue qui vainc viue qvainc Tunc gebellini videntes captam ciuitatem z vexillum erectum qui possunt fugiunt alij captiuantur: alij incarcerantur: z sicut male egerunt sic recipiut tuc autem guelfi captiuati liberant: exulantes reducunt: incarcerati z vinculati educutur: z tunc expulsis gebellinis ecclesia regnat. Ita fit in ciuitate huius mundi spualiter. In mundi em principio in statu innocetie regnabat papa su m' ipse deus in ciuitate paradisi omnes erant guelfi innocentes z sancti: sz venit pars gebellina z pars deo contraria. s. diabolus cum exercitu suo: z voluit deum de ciuitate repellere z ipse regnare: z cepit tractare proditionem: dicens parentibus nostris illud Gen. iij. Quare precepit deus ne comederetis. Tuc vt posset intrare promisit dona z munera dicens. Nequaq moriemini: sed eritis sicut dij: O qualis promissio statim audito promisso consenserunt z aperueru portam gebellinis: vnum magnum portale gulam. s. proptiam per quam diabolus cum exercitu suo intrauit: immo duo portalia quia quilibet portam gule sue. s. Adam z Eua aperuerunt. O quam deberent custodiri ista portalia per que tunc z adhuc nunc diabolus intrat: isti aperuerunt z comederunt z diaboli, deo contrarij intrauerunt: statim ciuitas fuit capta. cepit regnare diabolus z dominari in mundo. Cepit omnes guelfos homines cunctos vinculo originalis peccati: z quandiu viuebant dire subijciebat seruituti: quia seruituti peccatorum: morientes autem relegabat exilio: mittebantur ad cofinia inferni ibi intrudebantur carceri mortali z tenebroso. Teste ps. magno guelfo qui fuerat expertus vnde dicebat, Posuerunt me in lacu inferiori in ten. z in vmb. mor. nec

nobili parcebant nec ignobili: immo alligabantur. Reges eorum in compedibus & nobiles eorum in manic. fer. vt idē ps. testatur. Tunc guelfi. i. patres anti qui tam dura / tam dira seruitute afflicti ad deū patrē papā olim diutissime clamauerunt. Adiuua nos deus salutaris noster & ꝓpter gloriam nominis tui domine libera nos. Tunc deus pater misit principem ecclesie filium suum qui intrauit sapienter & prudenter ciuitatē huius mundi habitu dissimulato: quia exinaniuit semetipsum formā serui accipiens. Ad Philip. ij. Intrauit huius ciuitatis vnā domū. s. virginis beate: muris integris & portalibus clausis: quia saluis claustris pudoris ingressus est & egressus vterum virginalē: vnde de porte isti⁹ clausura & xpo ingresso diabolo celata & occultata dixerat Ezech. xliiij. vidi portam in domo dñi clausam: porta hec clausa erit & non aperiet: quia sol⁹ dñs ingredietur & egredietur per eā: igitur iste princeps ciuitatem ingress⁹ & egressus vterum virginalē tandē venit ad plateā in mundū tandem in passiōe ad campum & multis ictib⁹ receptis: & ꝓstratus tandem virtute diuinitatis se erigens vexillū crucis leuauit: & super portas ciuitatis. i. sacramenta ecclesie erexit. & paulus clamauit. Uiua ecclesia. Uiue legliſe. Uiuat rex xps Uiuat q̄ vincit. dicit ad Ro. vi. xps resurgens ex mortuis: iam non moritur: mors illi vltra nō dñabitur: quod enim viuit: viuit deo. Iste est titulus triumphalis clamat⁹ xps vincit: xps regnat: xps imperat. Hoc viso & audito fugerūt gebellini & victi fuerunt. i. diaboli infernali carceri mancipati: quia xps sua passione ligauit insatiabilem homicidam: tunc guelfi & patres sancti in inferno colligati exultantes & inculti liberati fuerunt: & p xpm reducti & introducti ad ciuitatem paradisi: & xps perfecte regnare cepit. Ideo ps. eius preco discurrens ciuitatē clamat. dñs regnauit. Immo clamādū predicauit alibi dicēs. Cōmoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gētibus quia dñs regnauit. Nec solū regnauit: imo iuxta angeli predictū Luce. i. Regnabit in domo iacob ineternum & regni eius nō erit finis. Hec de secundo.

¶ Quantū ad tertiū. sciendū q̄ esa. loquēs de xpi passione & resurrectione. xiij cap. considerans apostolos, xpm & virginem passionis fugam in apostolis figurauit & timorem: in xpo penam & dolorem: in virgine tristitiam & merorem. Comparauit apostolos stellis: xpm soli: virginem lune. & predixit passiōis xpi stellas apostolos obscurari ratione fuge & timoris. Solem xpm eclypsari ratione pene & doloris: lunam virginem obumbrari rōne tristitie & meroris. Unde dixit. Stelle celi & splendor earum non expandēt lumen suum: obtenebrat⁹ est sol in ortu suo & luna non splendebit in lumine. Exponendo aūt solū quod ad nostrum ꝓpositum pertinet. Ratio quare xpm patientem vocat solem obtenebratum est ista: quia sol est istius conditionis q̄ aliquando nostro conspectui eclypsatur & obtenebratur: tamē ſm rei veritatem sol in ꝓprio supposito non eclypsatur: sed ex parte nostra: quia luna interposita nobis & soli aufert lumē solis & illud non potest diu durare: quia postq̄ aliquanto tempore facte sunt tenebre postea sol recuperat suum splendorem & decorem & rutilat sicut prius. Ita fuit de xpo. In eo enim fuit aliquid celeste: quia diuinitas: & aliquid terrestre quia humanitas: quantum ergo ad illud quod fuit ex parte diuini suppositi: q̄tū ad diuinitatē non fuit nec esse potuit aliqua eclypsis / passio / mors vel aliquis defectus. Sed quantum ad illud quod fuit interpositum inter nos & diuinitatem quod erat ex parte nostra. s. quantum ad humanitatem fuit eclypsis: quia passio & mors crudelis subsecuta. Unde sicut in eclypsi solis facta est dies nox tunc sol in ortu suo. i. ex parte humanitatis que a terra ortum habuit: sicut et sol exit a terra in ortu suo obtenebratus est. Sed illud non durauit nisi a parasceue vsq̄ ad mane diei pasche: & ideo tunc humanitas fuit iterum reparata re

cepit splēdorē et lucē solis vite: immo lucis glorie in corpore qd fuit luce gloriosa et aliis dotibus gloriosi corporis decoratum nouiter indutum et amictū. vñ sicut ex eclypsi passionis facta fuerat dies nox: ita ex luce resurrectionis nox facta est dies clara. Vñ ps. dixerat. Nox sicut dies illuminabitur sicut tenebre eius ita et lumē eius. Tunc pre decore resurgentis: maius fuit gaudiū resurrectiōis in virgine quam fuerat tristitia passionis: et multo maior claritas et gloria in xpo resurgente sole lucē recuperante quā fuisset vmbra eo moriente. Unde tūc verificatū est illd Esa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis et lux solis erit septēpliciter sicut lux septem dierū: hoc fuit propter decorē quē corpus xpi induit in resurrectione: et propter lumen gloriosum quo nouiter se vestiuit. Unde ps. hoc considerans ei loquebatur. Decorem induisti amictus lumine sicut vestimēto qr ergo ex sole eclypsante pre dolore: stelle. i. apostoli obtenebrati fuerunt pre timore decuit vt ipsi viderent decoratum lumine et gloria quem viderant eclypsatum pena et ignominia: et ideo xps decorem indutus eis apparuit suū decorem et gloriā eis ostendit. Dic de apparitionibus si vis vt in sermōe illo hierusalem queritis Esa. xxxv. Gloria libani data est ei decor carmeli et saron. Ipsi videbūt gloriā dñi et decorē dei nostri: dicite pusillanimes cōfortamini et nolite timere: ecce deus noster. Ergo et nos si volumus esse de eius familia abiectis vestimentis tenebrosis peccati induamus vestem decoram virtutum et lucidaȝ quia per illā veniemus ad eternam gloriam: hoc est qd dr Bar. v. Exue te stola luctus et vexationis tue: et indue te decore et honore eius que a deo est tibi i gloria sempiterna. Ad quam nos perducat etc.

¶ Collatio. lxviij. De penitentia per totam quadragesimam ex ps. xxiij.

Loquentur omnes qui operantur iniustitiam. In. ps. xxiij. Beatus augustinus de vita clericorum peccatum et culpam vulneri comparat ita dicens. Si frater tuus vulnus habet in corpore quod velit occultari: dum timet secari: nonne crudeliter a te sileretur et misericorditer indicaretur quanto ergo potius debet manifestari ne deterius putrescat in corde? Cōparatio aūt hec fit pmo rōne plage. Sic eñ videmus in plagis corporalibus qr quedam sunt graues et magne: quedam leuiores et parue. Nō solum autem vulnerati habent curare et sollicitare de cura grauis plage: imo etiam de cura plage leuis. Sicut eñ paruus ignis qui contemnitur aliquando paulatim crescit: et tandem corpus corrumpit et homo moritur. Ita spiritualiter quedam sunt peccata grauissima animam grauissime vulnerantia. Alia sunt leuiora minus vulnerantia: non solum ergo per penitentiam curanda sunt peccata mortalia grauissima: sed etiā leuiora vt minora peccata mortalia: qr sm Greg. Peccatum quod per penitentiam nō diluitur suo pondere mox ad aliud trahitur: nec solum grauiora et minora mortalia: immo etiam venialia: qui enim minora negligit paulatim defluit et alibi. Qui spernit minima: paulatim tendit ad ima. Sicut vna modica gutta stillicidiū que non curatur ligna corrumpit: et totam domum destruit. Ita legimus secundi Regum duodecimo de Dauid: Quia enim non cauit incautum aspectum bersabee cecidit in adulterium et de adulterio in homicidium Urie. Sic etiam contingit aliis quia vnus incautus aspectus non correctus induit malaȝ cogitationem: mala cogitatio malum consensum: malus consensus malam operationem: mala operatio malam continuationem: mala continuatio desperationem: desperatio dānationem. Ideo debet homo statim non solum maioribus peccatis: sed et minoribus curā penitētie impendere. Ita faciebat ps. has plagas expertus cum dicebat. Gressus meos dirige sm eloquium tuum vt non dominetur mei omnis

iniustitia. Omnis.s.nec magna:nec parua. Secundo ratione pene. Queda3 enī sunt plage que quamuis sunt graues z penose tamen non immediate inducūt mortem:non statim ducunt ad sepulchrum:sed faciunt cursum suum:sed quā uis non statim inducant mortem: tamen abbreuiant vitam:z tandem mortem inducunt:z maxime non adhibita cura. Ita spiritualiter queda3 sunt peccata mortalia dolorosa z grauia conscientiam peccatoris valde affligentia nō tamen statim ad mortem inferni vel ad sepulchrum ducentia:sed faciunt cursum suum:durant aliquo tempore:q̄uis autem corporalem mortem z infernalem non statim inducant: tamen vitam abbreuiant: Quia viri sanguinu3 z dolosi non dimidiabunt dies suos:z tandem vtrāq3 mortem corporis z anime inducunt. Horum figura habetur luce.xv.de diuite epulone cuius peccata tandem diebus vite breuiatis eum ad infernum deduxerunt. Mortuus est diues z sepultus est in inferno. Ideo psalm. Iniusti autem disperibunt: simul reliquie impiorum interibunt. Tertio ratione cure: quia quādoq3 quedā vulnera sunt secreta z verecunda:z aliqui fatui nolunt pre verecundia medico ostendere vel si ostendunt non tñ perfecte:z tales curari nō pñt. Qm̄ ad curā habēdā necesse est q̄ infirmitas q̄tumcūq3 verecūda perfecte monstret̄ aliter infirmitas nō curabit̄: imo q̄to infirmitas maior fuerit z verecūdior: tanto magis ostēsione indiget: aliquando quanto magis celabitur citius mortem inducit. Ita spiritualiter quidam peccata sua clare detegunt: aperte dicunt z confitentur: z isti cito p penitentiam a medico.id est confessore curantur: Alij autem habent peccata verecunda non pandunt:non dicunt ea sed occultant: z celant: non audent dicere pre verecundia. Et si aliquando aliquid dicant z pandant non tamen totu3 s3 magis verecundum magis periculosum celant: cum tamē illa potius essent dicenda z confitenda: z isti non possunt curari: isti moriuntur finaliter morte inferni. Necesse enim est vulnus medico detegere qui vult sanitatem habere. boetius. Necesse est vt vulnus detegas tuu3 si opus medicantis expectas. Per hoc enim solum haberi potest cura pctōru3. Figura secundi Regum .xij. Cum enim Dauid fuisset vulneratus peccato verecundo adulterij z homicidij cum reprehēderetur per medicum per Nathan prophetam: statim peccatum aperuit z recognouit dicens. Peccaui. Et ex hoc statim curauit eum Nathan z dixit. Transtulit dominus peccatum tuum: non morieris. Prouerbiorum vigesimooctauo. q̄ abscondit scelera sua non dirigetur: qui autem confessus fuerit z reliquerit ea misericordiam consequetur a domino. Ideo Psal. modo tempore quadragesime consideratis plagis z vulneribus peccatorum / in holbus miseris: periculosis z mortalibus docet medicinam z curam predicans q̄ q̄ volunt a suis iniustitijs z peccatis curari mō oportet q̄ loquant̄: q̄ ea detegant z confiteātur. Et hoc est q̄d ipse dicit. Loquent̄ oēs qui operantur iniustitiam. Ubi describit istorum vulnerum nostrorum.s.peccatorum.

| | |
|---|---|
| Conditionem | iniustitiam |
| Commissionem | qui operantur |
| Curationem | loquentur |

Describitur autem culpe

| | | | |
|---|---|---|---|
| Conditio | tanq̄ | vitiosa | iniustitias. |
| Cōmissio | | periculosa | qui operantur |
| Curatio | | gratiosa | loquentur |

Habemus ergo s̄m ista

| | | | |
|---|---|---|---|
| Uitiosam deformitatē | In | Scelere | Iniustitiam |
| Periculosam iniq̄tatē | | Uulnere | q̄ operantur |
| Gratiosam sanitatem | | Opere | loquentur |

¶Quantum ad primū nota.ꝙ omne pctm̄ eſt aliqua iniuſtitia:qꝛ in omni pec-
cato eſt aliqua inobedientia/⁊ aliqua rebellio contra deū in qua creatura deo
non ſubijcit creatori ſuo.vt em̄ ſcđi Machab.ix.Juſtum eſt eſſe ſubditū deo.er-
go non eſſe ſubditum eſt iniuſtum.et per conſequens qꝛ in omni peccato eſt ali-
qua inobedientia omne peccatum eſt aliqualis iniuſtitia.Sic aūt videmus de
inobedientia.ꝙ quādo patronus alicuius nauis ſciens bene mare vētos et pro
cellas habet nautas ⁊ remiges ſibi obedientes nauem ſm̄ ſuam doctrinam di-
rigentes ad portum quo ipſe vult remigantes ventos contrarios declinantes/
proſperos amplectentes:ſunt in omnibus obediētes:tunc vadit nauis optime/
currit proſpere/venit feliciter ad portum.Sed quando eſt econtrario ꝙ nauta
et remiges ſunt inobedientes patrono dirigit nauta nauem et remiges remigāt
ad portum contrarium ventis contrarijs velum extendunt et ventum contrariū
recipiunt/ventum proſperum declinantes/tunc nauis vadit peſſime/vadit ad
naufragium venit ad portum peſſimum.Jta ſpiritualiter quelibet perſona
quedam nauis eſt patronus ſciens mare huius mundi ventos procellas/tēpta
tiones/perſecutiones:peccata ⁊ omnia pericula eſt chriſtus:nauta eſt volūtas:
remiges ſunt omnes ſenſus corporales.Quando igitur nauta.i.humana volū-
tas eſt xp̄o in omnibus obediens non vult niſi quod ipſe precipit qđ ipſi placet
non conſentit alicui tēptationi vel male cogitationi ſemp dirigit nauē ad por-
tum paradiſi:omnes remiges illuc trahunt oculi ſolum ſpiritualia contēplan
do:manus bona operando:aures diuina audiendo/ventos contrarios diuitia
rum/delitiarum/honorum ⁊c.declinando:oportunitates peccatorū fugiendo:
ventos proſperos:diuinas inſpirationes:predicationes/monitiones/ ⁊ ſermo-
nes recipiendo/retinēdo ⁊ complendo.Regūt ſe in omnibus ſm̄ diuinam volū-
tatem doctrinā et precepta tunc nauis quelibet perſona vadit optime venit ad
optatū portū paradiſi feliciter.Jſti ſunt iuſti/iſti faciunt ⁊ operantur iuſtitiā/
illis mādat xp̄s.illud.Eſa.iij.Dicite iuſto qm̄ bn̄:ſed dn̄e deus.Non ſic impij
nō ſic.Nō ſunt quidē iuſti nō obediētes patrono xp̄o:qꝛ nauta multarū nauiū/
volūtas multarū ꝑſonarū iniuſta eſt/⁊ xp̄o inobediēs nō ſeruāt eius doctrinā:
ei⁹ precepta.xp̄s mandat ſeruare puritatem et ipſi ſunt immūdiſſimi/ precipit
liberalitatem ⁊ ſunt illiberaliſſimi humilitatē et ſunt ſuperbiſſimi in cibo par
citatem ⁊ ſunt guloſiſſimi ⁊c.Jſti non trahūt/non dirigūt nauem ad portū chri
ſti/ad portum paradiſi:ſed ad oppoſitum ad portū inferni.Ad hoc cooperant
omnes remiges/omnes ſenſus.Oculi per impudicos aſpectus/aures ꝑ nephan
dos auditus/manus per opprobrioſos tactus:os ꝑ inordinatas comeſtiones:
lingua per baſia mendacia detractiones ⁊ inhoneſtas locutiones/pedes per fa
tuas vias et palliatas peregrinatiōes ⁊ quod peius eſt declinant ventos pro-
ſperos ⁊ fugiunt vt diuinas predicatiōes:⁊ inſpiratiōes.Aliquādo vero inſpi
rantur eis vt conterantur agāt penitentiā/cōuertant ⁊c.⁊ ipſi econtrario ventū
oppoſitum tēptationis carnis mundi ⁊ diaboli ſequūtur.⁊ ideo velo extētove-
niunt ad infelicitatis portū ad infernū ſine regreſſu/hoc eſt quia non ſunt deo
obedientes/nō ſunt iuſti ſed iniuſti.de quibus pſal.Propter iniuſtitias em̄ hu
miliati ſunt.Juxta hoc ſententiam loquitur ſcriptura.Sapiē.j.Juſtitia perpe
tua eſt et immortalis:iniuſtitia autē mortis eſt acquiſitio:impij autem mani-
bus et verbis:id eſt operibus et locutionibus.Accerſierunt illam ⁊ morte digni
ſunt ratione illius.Hec de primo.

¶Quātū ad ſcđm Nota.ꝙ in aſcenſib⁹ montiū vt cōiter ſunt vie difficiles ⁊ ali
qui paſſus ſignati fracti arcti ⁊ periculoſi.Quāuis igiť in omni via ſit cautum
pedem ponere firmiter ⁊ cōtra quācunq; impulſionē/ cuiuſcunq; pedis recalci-
trātis vel manus impellētis firmiter ſtare/⁊ nulli ictui aut impulſui cedere:tū

prudentius est bene se tenere in passibus strictis ꝛ periculosis/arctis et altis in quib⁹ cadens frangeret primo collũ. vbi enim maius periculum ibi cautius est agendum. Scriptura paradisum vocat montem: viam eius ascẽsum. ps. Quis ascen. in mon. do. aut quis sta. in lo. san. eius. Ascẽsus autem huius montis est difficilis: ꝛ sunt ibi aliqui passus signati: stricti: ꝛ arcti. Arcta est via que ducit ad regnũ et pauci intrabunt. vt dr Matth. vij. Passus isti signati stricti et arcti sunt passus virtutũ vt virginitatis castitatis puritatis: largitatꝫ: liberalitatis: humilitatis ꝛc. Isti sunt ita stricti passus ꝙ vix aliqs potest sine casu trãsire maxime qꝛ circa eos stant diabolus impellens in passu humilitatis ad superbiam: caro in passu puritatis recalcitrans ad immũditiam. Mundus in passu liberalitatis ad auaritiam. Quis ergo sit tutum et cautum in omni via mandatorum firmiter pedem ponere non deuiare: firmiter stare non vacillare. Quãdo tamen venitur ad istos passus ita strictos et arctos in quibus maiores latent insidie sunt maiores impulsiones: recalcitrationes: temptationes: debet homo sibi cauere ab omni malo: consensu ꝛ opere: quia ibi esset maius periculũ. Unde Psalm. hoc considerans sic orabat. Non veniat mihi pes superbie ꝛ manus peccatorum non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantᷣ iniquitatem expulsi sunt nec potuerunt stare. Illi autem qui a diabolo carne vel mundo agitantur: tamẽ tenent se firmiter non cadunt nec consensu nec opere: a deo sustentantᷣ. In quorũ persona dixit. Psalm. Impulsus euersus sum vt caderẽ: et do. susce. me. Multum debet homo sibi cauere ab isto casu: siue cadat per consensum: siue ꝑ opus perfectum quia vbicunqꝫ ceciderit ibi erit: id est ibi punietur dicente Psalm. ẽm opera ma. eo. tri. il. re. re. eo. ip. quoniam non intel. o. d. ꝛ in. o. ma. eius. des. il. et non edi. eos. Hec de secundo.

¶ Quãtum ad tertium sciendum. ꝙ habens humores cholericos vel corruptos in stomacho vel apostema dolorosum in latere non haberet melius consiliũ nisi ꝙ cholerã vel humores corruptos euomeret: reijceret: et remitteret: ꝛ ꝙ apostema spueret non obstãte cholere amaritudine vel apostematis turpitudine maxime in eo tempore quo humores consueuerunt in corpore commoueri: eis enim eiectis nullus dolor: nullum periculuꝫ remaneret. Ita spiritualiter cholera eñ generans humores corruptos in stomacho sunt peccata in conscientia. Apostema in latere sunt latentes iniquitates in corde. Tempus autem in quo consueuerunt isti humores pessimi et mortiferi cõmoueri est tempus istud penitẽtie et tẽpus quadragesime. Mouentur eñ et moueri debent hoies ad istos humores expellẽdos ꝛ ecclesie preceptionib⁹. extra de penitẽtijs ꝛ remissionibus. Omnis vtriusqꝫ sexus. Justorũ exemplo ꝛ proprio commodo. Ergo peccatores non habent salubrius consilium ꝙꝫ in quadrageꝭ. ista peccata: ista apostemata reijcere loqui dicere et confiteri: extunc enim cessabit dolor conscientie: remorsus et torsiones mentis: periculum mortis infernalis nec obstare debet amaritudo verecundie nec turpitudo culpe: immo quanto turpiora quanto amariora tanto potius et citius debẽt reijci: dici: et ꝯfiteri anteqꝫ homo moriatur anteqꝫ descendat ad infernum. quia postea non est tempus vel locus confitẽdi. Ideo dicebat Job. vij. caꝑ. Sicut consumitur nubes et pertransit sic qui descenderit ad inferos non ascendet nec reuertetur vltra in domum suam neqꝫ cognoscet eum amplius locus eius: quapropter non parcam omni modo loquar in tribulatione spiritus mei contribulabor cum amaritudine anime mee dicam deo. Sed contra quosdam conqueritur. dñs per Psalm. Os habent et non loquentur: oculos habent ꝛ non videbũt. Ratio est. diabolus fecit de suspendendis peccatoribus in inferno: sicut carnifex de suspendẽdis malefactoribus in patibulo: vt eis auferat non solum verbum: visum: tactum: et gressum. sed etiam motum et sensum

mmo totaliter vitā ponit ipsis funē in collo in principio vie qn̄ incipiūt ire ad patibulū: ⁊ postea ponēs eos in furca dimittit eos ꝓprio pōd ere. Et illi tūc per dūt verbū: visum: motū ⁊ sensum: ⁊ moriūtur tandē ꝑpetuo manētes in supplicio. Ita facit diabolus carnifex inferni ⁊ pctōris volens eīm peccatori auferre nō solū verbū confessiōis visum ꝓprie recognitionis tactū ⁊ ingressum bone operationis motū ⁊ sensum diuine dilectionis: sed etiā vitā et inducere mortē eterne dānatiōis. ponit in principio vie: in principio peccati ꝓ primo ⁊ principali suo artificio funē: seu chordam in collo q̄ chorda est ex tribus filis fortissime ꝯtexta scʒ filo ruboris verecundie: filo timoris penitentie: filo spei longioris vite. Et in istis tribus filis chorda contexta stringit os ⁊ collū peccatoris: ⁊ intantū ꝙ aufert eis ⁊ verbū confessionis ⁊ visum ꝓprie recognitionis: ⁊ sensum diuine dilectionis: ⁊ motum bone operationis. ⁊ sic dimittens eos ponderi incurrunt mortem eterne dānationis. Hec est ergo causa quare deus conqueritur. Os habent et nō loquentur / oculos habēt ⁊ nō videbūt. Ma. ha. ⁊ nō pal. pe. ha. ⁊ nō ambu. nō cla. in gut. suo. Hoc viderat Psal. pctōris ora obstructa / per istā chordā non possent loqui ⁊ cōfiteri pctā sua qn̄ dixit. Obstructū est os loquētiū iniqua. Sʒ postq̄: o frater ora nostra stricta ⁊ obstructa sunt ꝑ istā chordā nō possumꝰ pctā nostra reijcere loq̄ ⁊ cōfiteri: quō poterimꝰ facere vt reijciamus et loquamur ne tandem moriamur. Ecce doctrina. Dicūt experti medici / ꝙ qn̄ sanguisuga suxit multū de malo sanguine est multū repleta ⁊ nō vult reijcere proijcitur modicuʒ de cinere sup caput sanguisuge ⁊ statim reijcit ⁊ remouet totū malū sanguineʒ quē suxit. Ita spūaliter in pctōribus sunt due sanguisuge que semꝑ sugūt sanguinē pcti / sanguinē corruptū ⁊ nunq̄ satiantur. Iste due sanguisuge sunt concupiscentia carnis quātū ad immūditiā ⁊ concupiscētia oculoꝝ quātū ad auaritiā. Iste sunt insatiabiles. ꝓuerb. xxx. Sanguisuge due sunt filie due dicētes. Affer affer. Iste due nunq̄ dicunt sufficit. Qn̄ igitur peccator istis duabꝰ suggētibus est plenus ⁊ repletus in conscientia sanguine corrupto peccati et non potest non vult reijcere: nō vult loqui dicere confiteri peccata. Non est melius consilium q̄ ꝙ proijciat cinerem super caput suū: hoc est ꝙ recordetur et imaginetꝰ ꝙ a cineribus et pulueribus ortum habet / ꝙ morte cito veniente in cinerem ⁊ in puluerem reuertetur / et in die mortis ac sepulture puluis et cinis super caput suum proijcietur. Et ita cogitatio de morte de cinere proijciendo cinerem in capite mouebit peccatorem ad reijciendū ⁊ loquendū ad confitendū. Ista doctrina vsa est eccl̄ia qd̄ feria quarta in capite ieiunij cineres posuit cuilibet dicēs. Memēto q2 cinis es ⁊ in cinerē reuerteris. ergo cineris proiectio super caput tuum vel fiēda in morte vel in die sepulture vel facta in principio quadrages. mouebit ad reijciendum sanguinē peccati ad dicendū loquendum ⁊ confitendū peccata. Ita dicebat: ita faciebat sanctus Abraham. Gen. xviij. Loquar ad dominum meū cum sim puluis ⁊ cinis. Aliud remediū est contra vinculum q2 sic ligatus habēs vinculum ad collum vadens ad patibulum anteq̄ moriatur appellat si accedat ad curiam superiorem ⁊ clamet: superior ⁊ maior frequēter ad se appellantem liberat ⁊ expedit ⁊ a suspendio diripit. Ita debet facere quilibet peccator: si enim se inueniat vinculatum peccati vinculo ad collū a diabolo captum ⁊ sic illaqueatum et cathenatum quod non posset loqui quod diabolus eum ducat ad inferni suspendium: si anteq̄ moriatur: anteq̄ in inferno suspendatur. Appellat ad superiorem curiam / ad curiam dei et ecclesie: ponit se sub saluagardia protectione dei: veniat ad confessionem statim deꝰ amouet et frangit vinculum liberat ⁊ expedit a diabolo peccatorem. Ita legimꝰ de quodam. Mar. vij. qui sic erat a diabolo vinculatus et ligatus: ꝙ nec loqui nec audire poterat: sed erat surdus et mutus: volens ergo a diaboli vinculis liberari

appellauit ad christum ad manum eius se posuit. vnde rogauit christum/ vt sibi manus imponeret: et christus misit digitos suos in auriculas eius/ et tetigit linguam eius et curauit ac liberauit eum. vnde dicitur ibi/ q statim aperte sunt aures eius et solutum est vinculum eius/ et loquebatur recte. Ita facit christus adhuc peccatori indurato surdo et muto ad audiendum pertinentia ad salutē vel a deo inspirante/ vel a predicatore predicante et clamante muto ad loquēdū et dicendum sua scelera et peccata cum enim recurrit ad christū orat: vt sibi manum misericordie sue imponat. Christus aperit sua misericordia et aures ad audiendum diuina mandata/ et os ad loquendum et confitendum peccata. Unde hoc facit digito misericordie peccatorem tangendo. Ideo de eo sic peccatores a diaboli vinculis liberante. dicitur Mar. vij. Bene omnia fecit et surdos fecit audire/ et mutos loqui. Ergo faciamus iuxta illud Ecclesia. vlti. Finem loquendi omnes pariter audiamus/ deum tuum/ et mādata eius obserua. hoc est enim omnis homo/ hanc obseruationem &c.

¶ Collatio. lxx. De penitētia per totā quadragesimā. ex Psal. xciiij.

Preoccupemus faciem eius in confessione. In psalm. xciiij. Circa ciuitates in altis montibus situatas consueuerunt aliqua loca/ aliqui passus esse magne fortitudinis et magne difficultatis que loca faciūt ad ingressum amicorum in ciuitatem et ad repulsionem inimicorum ne possent nocere vel aggredi ciuitatem vel offendere vel ledere ciues vel aliquos ad ciuitatem venientes: sunt enim quasi porta vel clauis ciuitatis: et ideo imminente bello ingruentibus hostibus ciuitatis/ quelibet pars consueuit talia loca preuenire preoccupare: capere: et munire. Ciues quidem vt se custodiant vt amici venientes per ea introeant: hostes vero volentes introire impediant/ ne ciues capiāt et que poterāt mala ciuitati et ciuibus inferant. Pars altera que talia loca preoccupat et obtinet vt communiter habet victoriam et triumphum. Ita legimus. Judith. iiij. Cū enim Nabuchodonosor misisset Holofernem cum suo exercitu ad capiendam Hierusalem/ in iudee mōtibus situatam/ filijs israel audientibus eorum aduentū et timentibus sacerdos Eliachim scripsit ad vniuersos per quos transitus esse poterat vbi obtinuerunt ascensus montium/ per quos via poterat esse in Hierusalem vt illi custodirent: vbi angustum iter esse poterat inter montes/ et sic fecerunt filij Israel. nam preoccupauerunt omnes vertices montium/ et muris circundederunt vicos suos. Ac per hoc tandem victo Holoferne per manum femine habuerunt de hostibus victoriam et triumphum. Ciuitas celestis Hierusalem que est ciuitas dei summi est ciuitas in alto sursum in celo. Sursum est Hierusalem ad Gala. iiij. Hec est illa hierusalem cuius omnes fideles sunt ciues nunc in spe tandem in re ſm apostolū. ad Ephes. ij. Estis ciues sanctorum et domestici dei. Hec igitur ciuitas habet multa loca fortissima circū circa multos passus arctos et strictos magne difficultatis et fortitudinis. scʒ passus virtutū vt fidei que habet non solū vnū fortalitiū: immo. xij. ſm duodecim articulos fidei / passum etiam puritatis/ castitatis/ et charitatis &c. passus etiam sacramentorum ecclesie que sunt septem. Isti passus ista fortalitia sunt via: immo clauis celestis et porta ciuitatis Hierusalem: diabolus autem inimicatur ciuibus huius ciuitatis de qua ipse expulsus fuit et vellet q nullus posset ad hanc venire ciuitatem vel introire/ et ideo preoccupat ciuibus istos passus et claudit aliquibus fortalitiū fidei ipsos in dubium: in errorē: vel in heresim inducēdo aliquib9 fortalitiū charitatis ipsos in odiū et rācore retinēdo. Aliquib9 fortalitiū puritatis et largitatis/ ipsos in luxuriam et auaritiā pstemēdo et sic de alijs. Uerū est q inter ista fortalitia inter istos passus strictos est vna porta quasi abscōdita porta secreta strictissima p quā ciues

ingrediũtur potissime velut per posticũ secreto ciuitatẽ celestẽ. Hec porta est vnũ
de septẽ sacramẽtis: sacramentũ penitẽtie precipue quo ad cõfessionẽ. adeo em̃
est strictus iste passus arcta porta ꝙ oportet se hominẽ inclinare per humilita=
tem suo cõfessori. Oportet etiã hominẽ spoliare se ꝓpria volũtate ꝛ obedire cõ=
fessori. Oportet etiã exonerare omnia peccata ꝛ dicere cõfessori. Hec est porta .s.
cõfessio/ que aperta pluribus ad paradisum de ciuibus introducit: ꝛ que plus
dyabolo nocet ꝛ displicet/ cupienti vt iudeos .i. Christianos dñi ꝛ sua peccata
confitentes ab ingressu istius ciuitatis impediat ꝛ morte inferni omnes interfi=
ciat. Spiritualiter aũt nititur preoccupare portã penitẽtie ꝛ cõfessionis: q2 illa
porta amplius nocet ipsi. Ideo summus sacerdos Eliachim .i. Christus mãdat
isto tẽpore filijs israel suis fidelibus Christianis: vt obtineant omnes ascẽsus
montiũ/ per quos via est in ciuitatẽ hierusalẽ .i. omnes actus virtutũ ꝛ diligẽ=
ter cõtra dyabolũ illic custodiantur vbi angustũ esse põt .s. circa arti. fidei. circa
sacramẽta ecclesie: ꝛ preoccupent vertices montiũ .i. difficilia que magis timet
dyabolus in actibus virtutũ vel sacramentoꝝ. Et illi qui sunt filij israel/ qui fi=
deles deuoti ꝛ obediẽtes ita faciũt: ꝛ sic mediãte auxilio beate ṽginis habẽt de
holoferne .i. de demone victoriã ꝛ triũphũ preoccupãtes specialiter modo tẽpo=
re quadragesime passum illum fortem ꝛ strictũ portã illã paradisi .s. peniten
tiaꝫ/ ꝛ specialiter quantũ ad cõfessionem peccatoꝝ que est porta singularis per
quã peccatores inuito dyabolo ciuitatẽ paradisi introeunt: sicut docuit Psal.
Populus eius ꝛ oues pascue eius. Introi. por. eius in cõfes. Unde ipse. p. vidẽs
ꝙ ad celestẽ hierusalẽ ciuitatẽ sursum edificatã nõ põt quis peccator ascẽdere
nisi trãseat per passum strictũ ꝛ fortẽ cõfessionis dicebat/ hierusalẽ que edifica
tur vt ciui. cu. p. e. in id. Illuc enim ascẽ. tri. tri. dñi. t. is. ad cõfitendũ. vt igit dya
bolus nos nõ preueniat fortalitiũ istud nõ preoccupet/ nõ claudat hanc portam
peccãtibus. Sed vt preueniamus ꝛ preoccupemus cõfitẽdo penitentiã agendo
anteꝗ̃ veniamus ante faciẽ iudicis cuncta cernentis illius qui est dñs huius ci
uitatis: tanꝗ̃ simus fideles ciues ꝛ domestici dei. Psal. monet ita dicẽs Preoccupe
mus faciẽ eius in cõfessione. In quibus verbis monet quẽlibet nostruꝫ ad

| | | | |
|---|---|---|---|
| Diligentiã<br>Reuerentiã.<br>Penitentiã. | preoccupemus<br>faciem eius<br>in confessione. | Debet autem esse | Diligentia.<br>Reuerentia<br>Penitentia. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Magni | Uigoris<br>Honoris<br>timoris. | Et sine | dilatione<br>palliatõe<br>dimiũtõe | preoccupe<br>faciem eius<br>in cõfessione |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ergo per | Diligentiã accipiamus | vigoris | solicitudinẽ | preoccupe |
| | Reuerentiã respiciamus | honoris | celsitudinem | faciẽ eius |
| | Penitentiã disponamus | fetoris | turpitudinẽ. | in confes. |

¶ Quantũ ad primũ sciendũ ꝙ dyabolus cõparaꝫ lupo/ cõparatõis aũt in generali
ratio cõparationis esse potest. ꝙ sicut lupus a tota specie inimicaꝫ ouibus. Ita
dyabolus a tota specie inimicatur hominibus. Tñ in speciali sunt quatuor ra=
tiones. Prima est: quoniã lupus inuidens gregi ouiũ si ouile intrare valeat nõ
cõtentatur si vnã ouem capiat ꝛ interficiat: sed si nõ preueniatur a pastoribus
vel canibus totum gregem/ totã cõgregationem necat ꝛ strãgulat. Ita ꝛ dyabo
lus quoniã ipse inuidet gregi ouium Christi si aliquo modo quacũꝗ arte pos
sit intrare vnũ ouile: vnã cõgregationem/ vnã dyocesim: vnã parrochiã: vnũ lo=
cum: vnã villã: vnã domum: vnã chorẽã: vnum monasterium: vnũ collegiũ non
contentatur: si vnũ accipiat vnuꝫ tẽptet: vnũ interficiat. Sed nisi preueniatur a
pastoribus ꝛ canibus: id est a prelatis/ curatis vel a predicatoribus interficiet
omnes oues: omnes de cõgregatione vel eodẽ peccato vt immittẽdo diuisiones:

fascinata/partialitates affectiones ꝛ dissensiones/in quibus tota vna cōgregatio a dyabolo erit percussa/vel quia vnū peccare faciēs illius exēplo omnes alij ad idem peccatū trahent. Sic cōtingit in quibusdā locis qꝛ ex malo nutrimēto vel ex mala consuetudine omnes sunt in vno crimine vitiosi/qꝛ vel sunt/vsurarij/vel superbi/vel luxuriosi/vel gulosi ꝛc. vel diuersis peccatis: qꝛ illos interficiet peccato fornicationis/alios peccato diffamationis ꝛ detractionis ꝛc. Et sic nō contentatur vnū vel duos occidere nisi omnes interficiat/omnes in infernū trahat. Ideo dicitur Hieremi.v. Lupus ad vesperā vastabit eos omnis qui egressus fuerit ex eis capietur/qꝛ multiplices sunt preuaricationes eoꝝ. Secunda ratio est. qꝛ si lupus ouē mordeat/omnis vestis facta ex lana que a lupo morsa fuerit semper pediculos generabit ꝛ animalia humanarū carniū corrosiua. Ita de dyabolo quādocūqꝫ dyabolus aliquē mordet tentatione: ꝛ peccator iuxta dyabolicas tentationes induit se habitibus vitiosis semper talis vestis secū portat pediculos cōscientiā per remorsus per synderesim corrodentes internas alam lacerantes/pungentes ꝛ mordētes. Esa.lj. Sicut tinea vestimentū sic comedet eos vermis. ꝛ iste vermis durabit in hac vita ꝛ si dānetur in alia. qꝛ Esa. lxvj. Uermis eoꝝ nō morietur. Tertia ratio est. ꝙ si chorda de lupoꝝ intestinis/etiā vna sola in aliquo instrumēto musico cū chordis de ouiū intestinis factis adiūgatur chorda lupina aiaꝫ chordā destruet dissipabit ꝛ corrūpet. Ita spiritualiter si in persona aliqua habēte multa bona opera deo gratū sonū facientia in vita ꝛ fama ꝛ cōuersatione sancta adiūgatur vna chorda/adiūgatur vna operatio de intestinis/de machinationibus ꝛ teptationibus dyaboli: statim vna mala operatio vna mala culpa/vnū peccatū mortale/omnia bona opera destruet/corrumpet/ꝛ dissipabit ꝛ mortificabit. Sicut enim vna musca brodio insidens totū brodium vilificat: ꝛ modicū fermenti: totā massam corrūpit. vt dicit. j. Coꝛ.v. Ita qui in vno offenderit/factus est omniū reus. Iaco.ij.ca. Quarta ratio est/que principalius facit ad propositū: qꝛ dicunt experti/ꝙ si lupus hominem primo videat et hominem in videndo preoccupet sic aerē inficit ꝙ homini ligat ꝛ aufert vocē nec homo preoccupatus a lupo pōt clamare. Et ideo ad hominū cōsuetudinem tractū vel ꝙ subito tacenti. aliquo ex quo tacere oporteat subito apparente. Dicit Lupus est in fabula. Sed si homo in videndo lupū preoccupet/ lupus deponit ꝛ homo sumit audaciā: ꝛ tunc homo vocē nō perdit: sed tunc libere potest clamare. Ita spiritualiter quādo dyabolus potest preuenire hominem inficiendo per timorē penitentie vel verecundie peccatorem. Ita cū laqueo verecundie: vel spe longeuite/vel desperationis illaqueat: ꝙ penitus facit ipsum tacere non potest loqui/non potest confiteri/nec potest clamare cōtra lupū. Ita loquebatur Psalmista in persona multorum preoccupatorum. Dolores inferni circūdederūt me. Preoccu.la.mor. Sed quando peccator preoccupat dyabolum ꝛ ipse non curat de penitentia vel verecundia: vult facere penitentiā: sperat diuinā misericordiā/timet diuinā sententiam. Tunc dyabolus videns se preuentum deponit audaciam ꝛ fugit/ꝛ homo recognoscit peccata sua/clamat ꝛ cōfitetur. Et sic peccator habet diuinam assistentem gratiam que preoccupat ꝛ hominem eā volentem ꝛ dyabolum insidiantem. Dicitur enim Sapien.vj. Facile videbitur ab his qui diligunt eā. Inuenietur ab eis qui querunt illaꝫ preoccupat qui se cōcupiscūt/ vt illis se prior ostendat. hec de primo principali.

¶ Quantū ad secundum sciendum: ꝙ facies dei ꝛ dyaboli/sunt contrarie conditionis. Nam facies dei est facies honoris ꝛ reuerentie/Facies dyaboli horroris ꝛ ignominie. Ideo facies dyaboli comparatur faciei colubri. Sed facies dei faciei speculi. Ratio autem quare facies diaboli comparatur faciei ꝛ aspectui colubri est hec: quoniam sunt aliqui colubri tante pernicies ꝛ venenositatis ꝙ ass

# De penitentia per totam quadragesimã.

te faciẽ eoꝝ ſpvadit mors. Nã ſuo flatu aerẽ inficiũt plãtas interficiũt: ⁊ nõ ſolũ flatu plãtas iterficiũt: imo malitia veneni ſolo aſpectu: etiã aues celi volãtes ledũt/ cadere faciũt ⁊ interficiũt. Ita eſt de facie non ſolũ dyaboli: ſ3 cuiuſlibet perſone dyabolice hominis vel mulieris male venenoſe ⁊ corrupte/ quoniã non ſolum flatu locutionis ⁊ conuerſationis ſue plantas ⁊ communes perſonas inficiunt: immo a ſolo aſpectu aues celi: id eſt viros vel perſonas celeſtes ⁊ perfectas in alto religionis vel alterius perfectionis volantes ledũt: cadere faciunt/ inficiunt ⁊ interficiunt: hec eſt mala facies/ qꝛ facies colubri/ facies dyaboli quã ſemper precedit humana mors. Abacuc. iij. Ante faciem eius ibit mors egredia tur dyabolus. Ideo dicitur Eccli. xxj. Quaſi a facie colubri fuge peccatum. Ratio autem quare facies Chriſti comparatur ſpeculo eſt duplex. Prima ratio eſt/ quoniã ſpeculum clarum ⁊ ſine macula non inficit intuentem: ſed potius oculos iuuat ⁊ perficit ⁊ maculas intuẽtis vt amoueant oſtẽdit. Ita facies Chriſti eſt clara ⁊ lucida ⁊ ſine omni macula quia candor eſt lucis eterne ⁊ ſpeculũ ſine macula dei maieſtatis. Sapien. vij. Iſta ergo facies ſpecularis non inficit intuentem ſe: ſed potius perficit ⁊ maculas intuentis oſtẽdit. Eius enim humanitas oſtendit tuam ſuperbiam: eius puritas tuam immundiciam/ eius paupertas/ tuam auaritiam: eius charitas tuam maliciam: eius pietas: tuã inuidiã/ eius abſtinentia: tuam gulam: eius obedientia/ tuam iram ⁊ blaſphemiam. et ſic de aliis. Sed quare ita oſtendit: vt amoueas tuam deformitatem/ turpitudinem ⁊ feditatem. ideo dixit ps. Reſpice in faciem Chriſti. Secunda ratio eſt: quia ſpeculum obiectum veneno ⁊ animali venenoſo fugat venenum ⁊ interficit animal venenoſum. Unde dicunt Philoſophi/ ꝙ ſe operiens ſpeculis non leditur a veneno baſiliſci immo ex refractione veneni ad baſiliſcum virtute ſpeculi baſiliſcus interficitur. Ita eſt de facie Chriſti: quoniam facies Chriſti veneno cuiuſcũꝗ immiſſe tẽtationis/ cuiuſcunꝗ mortiferi peccati interpoſita per timorem ⁊ amorem conſiderando per peccatorem ꝙ eius facies timenda ⁊ diligẽda preſens eſt ⁊ omnia quantumcũꝗ ſecreta/ videt ⁊ intuetur fugat omnem veneno ſam temptationem: immo fugat ipſum baſiliſcum dyabolum virtute ſua ⁊ reuerberata cõtra eum ⁊ eius virtutẽ interficit. Ne dicat/ Inimicus preua. aduer. eum. Ideo Pſal. hanc virtutem expertus docebat ſic. Querite dominum ⁊ confirmamini querite faciem eius ſemper. Nota dicit querite faciem eius ſemper Ratio eſt/ qꝛ facies dei ſemper eſt vtilis contra venenum peccati/ qꝛ valet ad preſeruandum vt dictum eſt. Et valet ad curandum ſi venenum receptum eſt/ valet quippe ad remittendum ⁊ indulgendum peccata. Sic enim eſt de facie Chriſti ſicut de facie ſolis quãdo enim ſol tẽpore hyemis auertit faciem ſuã a terra ⁊ ſe elongat a nobis. ſequitur maximu3 frigus/ ⁊ congelãtur aque: Ita ꝙ etiã talia frigora eſt valde difficile ſuſtinere: ⁊ tunc ratione frigoris omnia mortificãtur. Sed ſole tẽpore eſtatis conuertente faciem ſuã ad nos: frigus pellit/ glaciẽ diſſoluit/ pluuias ⁊ guttas inducit/ omnia indurata liquefacit: omnia mortificata reparat ⁊ viuificat: ⁊ ad vite ⁊ perfectionis ſtatum perfecte reducit. Sic ſpiritualiter qꝛ tẽpore hyemis. i. peccati quãdo in peccatore dei charitas refrigeſcit/ deus auertit faciem ſuã a peccatore. Sequitur maximum frigus ⁊ frigeratio ab operibus bonis in peccatore ⁊ congelãtur peccata ⁊ indurãtur in conſcientia/ ſicut criſtallus gelata ⁊ omnia bona opera prius facta mortificãtur. Sed tẽpore calido/ tẽpore eſtatis: hoc eſt tempore cõtritionis quo anima incipit dei timore ⁊ amore caleſieri dolere de peccatis ⁊ conteri. tunc deus vertit faciem ſuã ad peccatorem ⁊ repellit frigus ⁊ glaciem conſcientie/ duriſſime diſſoluit peccata indurata. Sequit̃ pluuia lachrymarum inducit guttas fletuum ⁊ tunc peccator mortificatus ac opera bona mortificata viuificantur. Et ſic peccator per iſtam faciẽ

sanatur ac totaliter restauratur. hoc videbatur tangere psalm. cum dixit. Dat ni.s.la.ne.si.ci.spar. Mit. crist.su.si.buc. ante fa.fri. eius q.susti. Emit. ver.lu.et lique.ca.sta.spi.eius: ⁊ flu.aque. Ideo petebat illud psalm. Ostende faciẽ tuã ⁊ salui erimus. Causam reddit alibi vbi dicit. Auertente autem te faciem turbabuntur ⁊ deficiẽt. Scribitur autem hester.xv. Mirabilis es domine ⁊ facies tua plena est gratiarũ. Ideo dicit. Querite faciẽ eius semper. hec de secũdo.

¶ Quantum ad tertium sciendum. ꝙ cum mundo ⁊ mundanis potest fieri pax falsa ⁊ pax palliata que apud nos in vulgari appellatur / paix fourree. qꝛ quãdoqꝫ fit pax exterius de aliquibus offensis vel iniurijs que patent: ⁊ retinentur in corde alique iniurie interius que latent: ⁊ tunc quando creditur pax facta de exterioribus que patebant / pullulant iniurie de interioribus que latebant / ⁊ sic sequitur bellum / guerra / ⁊ dissensio / frequenter peiora prioribus. ⁊ hec est pax foderata. hiere.viij. Pax pax ⁊ nõ est pax. Sed hoc nõ potest fieri deo quia ipse videt que patent / ⁊ que latent. ⁊ ideo ad pacem faciendam cum deo requiritur qđ nõ fiat foderata sed perfecta. Non fiat de vna offensa / de vno peccato: sed de omnibus. Et ideo ad veram ⁊ completam pacem ⁊ indulgentiam requiritur indulgentie cognitio non soluꝫ vnius iniurie offense vel culpe: immo omnium aut enim erit omnium aut nullius. Ideo dicit. Preoccupemus faciem eius in cõfessione. Confessio enim est omnium peccatorum simul fatio.i. locutio vel expressio. Ideo psalm. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo. Narrabo omnia. vtiqꝫ omnia aliter nihil valeret. Ratio est / qui enim haberet ignem in domo sua in multis angulis ⁊ quilibet ignis vel quelibet scintilla domum incenderet nihil valeret occurrere vni igni ⁊ aquam proijcere / vel in duabus vel tribus partibus remedium adhibere nisi ad omnes partes succurreretur ⁊ aquam proijceretur: qꝛ vna modica scintilla remanens extinctis ceteris totam domum incenderet extinctis ceteris destrueret ⁊ consumeret. Ita spiritualiter. Quid enim peccatum in conscientia nisi ignis in domo tua? Iste ignis in aliquibus est ignis auaritie in aliquibus luxurie: in aliquibus inuidie ⁊c. Iste est ignis vsqꝫ ad consumptionem deuorans. Job.xxxi. Iste est ignis qui nunqꝫ dicit sufficit. prouerbiorum xxx. Uerum est autem ꝙ iste ignis extinguitur per penitentiam ⁊ specialiter per confessionem lachrymosam / per aquam lachrymarum. Dicitur enim Ecclesiasti.iij. ꝙ Ignem ardentem extinguit aqua. Parum igitur valet, vnum ignem vnum peccatum in tua conscientia / confessione lachrymosa velle extinguere. Si alium ignem aliud peccatum in conscientia velles retinere. Modicus enim ignis magnam siluam incendit. Jacobi.iij. Ita modicum peccatum totã penitentiam destruit: impedit ⁊ animã incendit. Ideo omnes non solum ignes sed scintille debent aqua lachrymose cõfessionis extingui: omnia peccata perfecte dici ⁊ cõfiteri. Cõtra enim aliquid retinẽtes dicit psal. ꝙ finaliter ignis accendit ⁊ peccator hic ⁊ in inferno cõburitur. Exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores. Ideo ad pacem cum deo perfecte habendam: ad propriam conscientiam secure seruandam: ad diuinã indulgentiam consequendã requiritur omnium peccatorum perfecta expressio ⁊ cõfessio. Ideo psal. in persona cuiuslibet peccatoris dixit. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: ⁊ tu remisisti impietatem peccati mei. Ubi describit psal. omnes conditiones quas debet habere perfecta confessio: quia omnis confessio integra debet habere perfectã premeditationem: dixi ꝯtra illos qui indeliberate sine premeditatione cõfitentur nescientes quid dicant: cum tñ quilibet debet preuidere suam rotulam rationẽ debite redditurus. Dicitur enim istud prouerbiũ in latino. Qui nõ preuidit in breuiario recipit pecuniam in sanctuario. Ideo dicitur in psalm. Dixi custodiã.i. diligenter aduertã: vias meas: scꝫ ꝑteritas: vt non delinquã.i. nihil

omittam: sed veritatē perfectā dicā: in lingua mea: expressionē ibi. Confitebor id est simul oīa peccata fatebor quod est contra illos et illas qui vnū dicunt et aliud celant vel vnū dicunt vni et aliud alteri: isti faciunt de vna filia duos generos. Unde non solū verba et facta: immo cogitata peruersa oportet simul confiteri. Ideo ita dicit psal. Quoniā cogitatio hominis confitebor tibi et reliquie cogitationū diem festū agent tibi. Accusationē aduersum me. Quod est contra illos qui adducunt pallia. Ad excusandas excusationes in peccatis. Unde non debet alius per confitentē accusari vel diffamari: sed quilibet debet seipsum accusare et contra se et non contra alium loqui. Ideo dicebat. Job. x. Dimittā adversum me eloquiū meū: loquar in amaritudine anime me. Recognitionē iniustitiā meā: quod est contra illos qui non recognoscunt nec confitentur iniustitiam sed iustitiam: vt ille phariseus qui dicebat. Gratias tibi ago dn̄e quia nō sum sicut ceteri hominū iniusti/adulteri 7c. Ieiuno bis in sabbato. Luc. xviij. Confessio enim nō est de bonis et iustis: sed de delictis malis et iniustitijs que debent dici: et ideo psal. Delictuz meum cognitū tibi feci et iniustitiam meam non abscondi. Celationē dn̄o: solū scꝫ vel eius vicario quod est contra illos qui peccatum suum sicut Sodoma predicant: de peccatis suis se iactant: de peccatis suis qui ea dicunt in taberna vel in carreria et nolunt ea dicere in ecclesia: pandunt suā turpitudinē in publico sicut simea posteriora in tecto. Ideo soli deo vel suo vicario peccata sunt dicenda et in secreto. Unde psal. Cōfitebor tibi domine in toto corde meo in consilio. Absolutionem. Et tu remisisti impietatez peccati mei: quod est contra illos qui contēnunt claues ecclesie que claudunt 7 aperiunt/ligant et soluūt. Unde non debet homo recedere absqꝫ absolutiōe post confessionē etiam absqꝫ remissione. Ita petebat psal. Remitte mihi vt refrigerer priusqꝫ abeam: ergo non restat nisi ꝙ faciamus iuxta illud mandatum. Jacobi. v. Confitemini alterutrum peccata vestra et orate adinuicem vt saluemini. Ad quam salutem 7c.

¶Collatio.lxx. De mortuis. ex psalmo.xciiij.



Introibunt in requiem meā. In psal. xciiij. In vulgari nr̄o dicitur sic. Chascun sainct requiert sa chandelle. hoc est dictu. Omnes sancti petunt suas candelas et oblationes: et si hoc est verum de quolibet sancto: multomagis de deo qui est sanctus sanctoꝝ. Uult enim candelas et holocausta: vnde ipse vult sibi offerri oblationes et donaria nec vult aliquē ad se introire nisi portet encenia et donaria. Unde dixit et precepit Exo. xxiij. Non cōparebis in conspectu meo vacuus. Est enim in dn̄o celi sicut in dn̄is mundi in quibus sic videmus ꝙ omnibus alijs porta clausa et firmata existente et nullo introire valente. Si tamen aliquis portat donaria et encenia illi statim aperietur porta: non est ita fortis sera que non aperiatur: ita secreta camera quā portans donū non ingrediatur. Dicitur enim cōiter Beati qui apportant. Propterea dicitur prouer. xviij. Donum hominis dilatat viam eius et ante principes spacium ei facit. Dicitur enim cōmuniter ꝙ sanctus donans intrat vbiqꝫ. Quia ergo omnes sancti et sanctus sanctorū vult donaria et oblationes: idcirco sicut sacerdotes non claudunt ecclesiā nec ecclesie portam oblationes portantibus sed libenter aperiunt 7 libere intrant apportantes. Ita venientes ad portam paradisi et portātes preciosa 7 grata iocalia multa scꝫ merita multa bona opera deo grata et accepta statim inueniunt portam apertam. Beatus Petrus clauiger ethereus quando in morte pulsant ad ostium videns encenia. scꝫ meritorū cumulum statim aperit 7 eos ante faciem dei cū gloria introducit.

introducit Sctōs eñi donās intrat vbiq3:et tales sūt viri sctī et iusti:sed illi qui veniunt vacui et nihil apportant vel si apportant nihil boni nihil deo gratū: sed apportant multa mala/multa peccata/multa scelera deo displicentia vt sunt peccatores:isti inueniunt portam clausam/satis possunt clamare/ non audiuntur/non introducuntur:sed potius excluduntur. Horum figura ponitur pariter et exemplariter per christum. Mat. xxvi. vbi dicitur q Decem virgines erant: quinq3 prudentes et quinq3 fatue volētes cum sponso intrare ad nuptias quinq3 prudentes acceperunt oleum in vasis suis et veniente sponso intrauerunt cum eo ad nuptias et clausa est ianua. Nouissime venerunt et relique virgines sine oleo et clamauerunt dicentes: dñe dñe aperi nobis: quibus respōdit sponsus. Amen dico vobis nescio vos. Per istas virgines intelliguntur anime viro christo desponsate: quarum alie sunt prudentes: vt anime sanctorum que habent oleum et sumpserunt dum viuerent in lampadibus. i. diuinā gratiam sancta opera in suis manibus et veniente sponso in morte intrauerunt cū christo ad celestes nuptias paradisi: et ceteris clauditur ianue. Alie sunt fatue vt anime peccatorū que non habent oleum. i. diuinam gratiā et sancta opera in suis mentibus et qñ clamāt post mortē. Dñe dñe aperi nobis: nō pñt ad celestes nuptias ad eternā requiē introire: sed viso q nihil boni apportant: sed tm̄ pctā Rñdit eis xp̄s. Amē dico vobis: nescio vos. Jō in morte sctī sctā opa multa merita apportantes intrāt in requiē. i. in vitā eternā. Peccatores vero apportātes scelera et pctā non introibūt in requiē: sed ibūt in suppliciū eternū. Juxta illud Mat. xxv. Jbunt hi in suppliciū eternū iusti aūt in vitā eternā. Jdeo p̄s. diuinorū cognitor secretorū a christo interrogatus cū quibus nō intraret: rñdit q cum peccatoribus nihil boni: sed tm̄ peccata et iniq̄tates portantib9 nō intraret. Cū inquit iniq̄ agētib9 nō itroibo. Jnterrogatus cū quibus ergo: rñdit q cū bonis enceniis dicens. Jntroibo in domū tuam in holocaustis reddā tibi debita vel vota mea. Conet ergo quilibet esse sanctus: conet ergo quilibet portare bona opera: portare grata encenia: quia tales soli paradisum intrauerunt et intrabunt. De illis enim loquitur psalm. in christi persona cum dicit. Jntroibunt in requiem meam. Jn quibus verbis describit tria circa statum sanctorum post mortem postq̄ a christo.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| receptantur<br>quietantur<br>satiantur | introibunt<br>in requiem<br>meam | vtiq3 | receptantur<br>quietantur<br>satiantur | hilariter<br>perenniter<br>finaliter |
| dulci | societate<br>felicitate<br>diuinitate | introibunt<br>in requiem<br>meam | | |

Ergo exultabunt sancti in gloria et letabunt in cubilibus suis qñ post mortē.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| adducuntur<br>colliguntur<br>admittuntur | ad | societatē ciuiū supernorū<br>satietatē celestiū premiorū<br>suauitatē ⁊ ꝯfortiū diuinorum | q2 | introibunt<br>in requiem<br>meam |

¶ Quantū ad primū. sciendū q ad intrandū ciuita ē alte muratā non est meli9 cōsiliū q̄ p portas adire: per portas ingressum impetrare: qm̄ apertis portis est facilis introitus et ingressus. Ciuitas paradisi est in alto sita muris mire altitudinis eleuata. Jta vidit eam Jo. Apoc. xxi. Uidi ciuitatē sanctam hierusalē habentē murum magnū et altū. Jste murus non posset cito a nobis debilibus saltari: ideo pro ingressu est recurrendum ad portas. Porte autem istius ciuitatis q̄uis multe sint tamen peccatoribus sunt due specialiter assignate p quas debent introire. Una porta est virtutum omniū: et hec est preuia: oportet eñi peccatores primo induere vestem nuptialē virtutum et sic per portam virtutū intra

re alioquin diceret venienti illud Mat. xxij. Amice quō huc intrasti .i. intrare ordinasti: non habens vestē nuptialē? Hec autē porta clausa fuerat per vitium et peccatū primi hoīs donec venit iste qui est dñs virtutū q̄ virtutes hoībus cō tulit et istā ianuā aperuit qn̄ eo ciuitatē ingrediente dictū est. Attollite portas principes vestras ꝛ eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. Iste virtutes sunt fides/spes/charitas/liberalitas/iustitia/virginitas ꝛc. per istas oportet introire. Sed quia fides est fundamentū et prima oīm virtutū: ideo illa primo et principaliter est habenda et retinenda: et vsq ad mortē confitenda: et iō ad intrandū per istam portam per portam virtutū per fidei confessionē monebat psal. Populus eius et oues pas. ei⁹ intro. po. ei⁹ in con. vt enī ait Aplus ad Ro. x. Corde creditur ad iustitiā ore autē confessio fit ad salutem. Si predicas de aliquo mortuo in speciali dic quō fuit bonus christianus: quomodo fidem habuit et confessus fuit: et quomodo iuxta suā conditionē virtuosus fuit. Secunda porta et vltima est sacramentorū et christianis baptismatis et eucharistie: he enim due porte immediate introducunt ad deum. Duo sunt sacramenta specialiter necessaria: scʒ sacramentū penitentie: debet enim confiteri/conteri et satisfacere de peccato: aliter homo peccator intrare non posset ad sacrariā: vnde oportet eum dicere sicut videbatur sentire psal. cum dixit. Introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutē meā. Confitebor tibi in cythara. In quorum altero cōcludit confessionē peccatorū: cū dicit. Confitebor tibi: et contritionē et satisfactionē eorū: quia dicit in cythara: que habet chordas de intestinis mortuorū animaliū: et significat cordis contritionē et carnis in satisfactione mortificationem. Preter autem sacramentū penitentie est necessariū sacramentū eucharistie siue cōmunionis sacre/que est porta immediate ducens et introducēs ad salutem. Hoc dixit ipsemet christus qui est in ipso sacramento: qm̄ sicut qui vadit cum dño et est de eius societate cum ipso ingreditur. Ita qui christuʒ in sacramento cōmunionis sacre recipit cum ipso ad gloriam ingreditur: ꝛ christ⁹ secum se recipientē ad salutē perpetuā introducit. Joannis. x. Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur. Si predicas de speciali defuncto dicas quō recepit ecclesiastica sacramenta: confessus fuit/cōmunicauit ꝛc. Ideo de eo verificatur illud Dañ. xi. Introibunt terram gloriosam: ergo si volumus introire veniamus ad istas portas: quia qui per istas non introierunt: per alias nō intrabunt paradisum sed infernū. Sic dicit in psal. Introibunt in inferiora terre: tradent in manus gladij partes vulpiū .i. demoniorū: erūt. Notandū ꝙ sepe in mundi venientes ad portā non statim intrabūt vel introeūt. Et est ratio: qr qn̄ venerūt per viā lutosam vel pluuiosam puluerosaʒ maculantur pedes: et nō decet pulchrā aulā corā rege et regali multitudine pedibus inquinatis introire: ideo oportet prius pedes purgari et extergi anteꝙ intrent: et purgationē expectare: et sic absq omni macula introire. Ita spiritualiter sancti per viā huius mundi ambulantes contrahunt aliquam maculam vel venialem vel mortalem vel ex puluere auaritie: vel ex puluere immunditie: et si non opere omnes saltē cogitatione vel affectione plures: et hoc est esse puluerē in pedibus. Quia igit̄ nihil turpe nihil inquinatum decet aulam celestem intrare coram celesti multitudine. Quia ēm illud Apocalip. xxi. Neq intrabit in ea aliquid coinquinatum et faciens abominationem et mendacium. Idcirco sancti morientes in statu gratie qui non perfecte puluerem vel lutum in hac vita excusserunt: nō perfecte sua peccata deleuerunt: non perfecte penitentiam fecerunt: non compleuerunt statum ad portam paradisi in loco qui dicitur purgatorium vbi peccata purgantur penam grauem quis in porta pro peccatis tolerant et penis purgatorij afflicti/impediti/ et compediti plorant vt eos ad contergendum adiuue-

mus elemosynis et orationibus incessanter clamando postulant: et ideo ad quẽ libet nostrum adhuc illuc venturũ loquitur psal. Introeant in conspectu tuo gemitus compeditorum: vtique parentum tuorum / patris / matris / sororis / vel fratris / filiorum vel nepotum &c. O quam est infelix qui non audit istorum gemitum: qui aliquando fuerunt parentes / amici / proximi / et vicini. O ait psalm. Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum: vtique parentum tuorum patris / matris / sororis / compeditorum. Felix est ille qui orationibus et elemosynis: et diuersis suffragijs sic recipit gemitus compeditorum: quod ipsi expediti ad deum ad paradisum ingressi deum pro suo benefactore orando. Ita referunt cum Psalmista. Clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.

¶ Quantum ad secundum: sciendum quod sacra scriptura cõparat homines pisci bus. Abacuch. i. Facies hominis quasi piscis maris. Ratio est: aliqui sunt dulces pisces et delicati amarum mare exeuntes et aquam dulcem et fluuialem intrantes: vt salmones qui postquam gustauerunt dulcedinem aque fluuialis / aque fontalis per fluuium descendentis non quiescunt non cessant ire. continue incessanter cum labore ascendere donec peruenerint ad fontem viuum vnde scaturit aqua dulcis: qui fons aliquando fluit ab aliquo monte / vel ab aliqua alta rupe: postquam autem ad fontem viuum peruenerunt ibi delectantur / ibi quiescũt: et vltra non lassantur: verum est quod aliquando contingit quod ille qui primus vadit primus ascendit et primus aggreditur / capitur / lancea percutitur: et vitã pdens et sanguinẽ in aqua sanguine fuso moritur. Quẽ sanguinẽ alij salmones bibentes et sequentes finaliter veniunt / et fontem intrant et ingrediuntur. Aliq autem pisces sunt quibus aqua dulcis videtur amara: et idõ nunquam bibunt: sed abominantur aquã dulcem: immo si sentiunt fugiunt et tales sunt pisces marini: isti non gustant aquam dulcem / aquã viuã sed in mari amaro viuunt: et in maris fluctibus et tempestatibus mouuntur ad maris pfunda intima descendentes. Ita spiritualiter quidam homines sunt sicut pisces fluuiales nobiles et delicati. Isti sunt viri sancti a suis peccatis ad statum gratie reuersi qui velut salmones de mari peccatorum exeuntes gustata aqua penitentie fluuiali que dulcis est penitentibus / gustatis donis gratie spiritualibus que descendunt a deo fonte viuo nõ obstante labore penitentie / non obstantibus quibuscunque penalitatibus postquam gustauerunt quam suauis est dñs / non quiescunt / non cessant / donec veniant donec appareant ante faciem dei qui est fons viuus: vnde fluunt omnes aque celestium gratiarum. Cum autem ad illum fontem ad illam gloriam que fluit ab illo monte / ab alta rupe diuinitatis peruenerunt ibi bibunt aquam viuam glorie: ibi natant et satiantur ab vbertate domus dei. Ibi ait psal. Satiabor cũ apparuerit gloria tua: ibi inueniunt requiem et vltra nõ lassantur / ibi reqescũt sanctorum anime. Ita dicebat Augu. Fecisti nos dñe a te et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te. Ideo psal. qui aliquid de aqua illius fontis viui gustauerat in eo bibere et quiescere cupiebat postquam in vno psalmo dixerat Sitiuit anima mea ad deũ fontẽ viuũ qñ veniã et apparebo añ faciẽ dñi. Postea in alio psalmo subiunxit. Hec requies mea in se. se. hic habi. qm̃ elegi eã. Verũ est quod primus salmo primus homo qui ad fontem istum ad deum peruenit per flumen penitentie fuit christus qui viam ceteris venientibus patefecit: tamen ipse in hoc fonte / in hoc flumine captus fuit et ferro percussus / clauis et lancea et vt nos venire possemus per eius vestigia: totum sanguinẽ suum fudit / et mortuus fuit: quem sanguinẽ nos in via seqñtes et sacramentaliter bibentes / ad deum fontez viuũ finaliter perueniemus. Ad hoc ppositũ est illud Sapieñ. xi. Sitierunt et inuocauerunt te: data est illis aqua de petra altissima / et requies

sitis de lapide duro. Sequitur. Bene cũ illis actum est. Nam ꝓ fonte sempiter
ni fluminis. s. vt inde satiarent sitim humanum sanguinem dedisti. Alij sunt
pisces marini homines pctõres in pctõrum amaritudine continue stantes ⁊ cõuer
santes. Istis est aqua dulcis fontalis ⁊ fluuialis. i. aqua pnie amara: q̃uis sʒ
rei veritatem sit dulcis: qm̃ penitentiã fugiunt ⁊ abominantur: non curãt exi
re mare peccatorum: nolunt ascendere ad fluuium fontem viuum. ⁊ ideo nõ ve
niunt ad requiem: sed in tentationibus mouentur: ⁊ descendũt ad fundũ ma
ris / ad profundum inferni vbi nulla requies: sed continuus labor: ⁊ dolor: idõ
de quolibet tali dicitur Eccl's. ij. Dies eius laboribus ⁊ erumnis pleni sunt nec
p noctẽ mente reqescit. Redde singl'a singulis dies. s. vite pñtis: nec p noctem. i.
hora mortis: ergo exeam⁹ mare pctõrum: intremus fluuiũ penitẽtie: laborem⁹
ascendere; donec possim⁹ ad fontem viuum bibẽtes quiescere: ⁊ sequamur san
guinem salmonis. i. xp̃i pro hoc ⁊ per hoc ⁊ ad hoc effusum in illo flumine. Sed
sciendum qđ mihi sic videtur esse in hominibus sicut in salmonibus. Uidi in
terra mea ꝙ salmones ad fontem viuum exeuntes ⁊ ascendẽtes qñq3 ad aliquẽ
profundum gurgitem ⁊ desuper est aliqua alta paijsseria aliquod altũ obsta
culum iuxta molendina ⁊ tunc salmones impediunt ⁊ in gurgite capti detinẽ
tur non sine anxietate ⁊ labore semper viã ⁊ modum querentes quõ supra pos
sint saltare ⁊ ascendere. Est autẽ vna via sola per quã liberantur ⁊ ascendunt:
q: qñ venit pluuia a superiori ⁊ crescit aqua: tunc salmo auxilio aque fult⁹ iñ
git pẽnulas ascendit: ⁊ supra saltat ⁊ volat: ⁊ sic liberatur: ⁊ ad optatam redẽ
vadit. Sic spũaliter ascendentes ⁊ redeuntes ad fontem glorie inueniunt vnã
magnam paijsseriam: vnum magnum obstaculum. idest reatum peccatorum:
⁊ penam quam debẽt exoluere pro penis ɔmissionis. p penitẽtijs incõpletis: ꝓ
peccatis oblitis hec paijsseria ille reatus q̇ est obligatio ad penã ẽ iuxta dñicũ
molendinũ qđ est iustitia dei: q: sicut molendinũ examinat granum ⁊ separat
farinam a furfure. Ita diuina iustitia post mortem examinat spm̃ ⁊ sepat cul
pabilia: ⁊ a meritis bonis. Et sicut granum intrat molendinum nõ albam ⁊ fa
rina tñ exit alba: ita spũs ⁊ anima intrat molendinum diuine iustitie sine om
nimoda albedine: exit tamen aĩa cum omni albedine: q: sine culpa. Istđ molẽ
dinum diuina iustitia mortuos examinans est situm in medio profundi gur
gitis. s. purgatorij: quod intrant mortui in quo gurgite tenentur captiui cũ an
xietate dolore: ⁊ fletu: ⁊ labore: ⁊ sine omni requie: semper exire cupientes. Unđ
quilibet eorum incaptorũ dicit illud Treñ. iij. Oculus meus afflictus est: nec
poterat: tacuit eo ꝙ non erat requies. Est autem vna via ad eos expediendos.
Si eñ nos qui sumus super eos: eis pluamus gutta misericordie: nũc elemosi
nas: nunc orationes: nunc alia suffragia: crescit aqua fluuius penitentie q: pe
penitentia eorum per nos subleuatur. maior erit eorũ satisfactio: ⁊ maior erit
diuina misericordia ⁊ virtute illius aque suffulti iunctis pennulis volabũt ad
celum. i. ad fontem viuum glorie: de purgatorij solitudine. Ita confitebatur
ps. in mortuorum persona bñfactoribus suis. Uolabo ⁊ requiescã. Ecce elõga
ui fugiens ⁊ mansi in solitudine expectabã eum qui saluum me fecit a pusilla
nimitate spũs ⁊ tẽpestate. Dilata si vis quõ propter miam impediẽtem multi
expectant suos heredes: suos amicos: suos bñfactores: vt sibi aliquid mittant
⁊ tamẽ non est qui redimat neq3 qui saluum faciat: ergo ⁊ nos hic in laboribus
curemus bene viuere: ⁊ bene laborare: vt bene moriamur: quia Apoc. xiiij. dici
tur. Beati mortui qui in dño moriuntur. A modo iam dicit spũs vt requi. a la.
suis. Opa eñ illorum sequuntur illos. Secundum etiam doctrinam apostoli
ad Heb. iiij. Festinemus ingredi in illam requiem: quia ipsa est de qua Esaie
xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculo fiducie in

requie opulenta.

coacti sunt dicere. Johannis. vij. Nunquid sic locutus est homo? Ita et in isto dicto hoc est domini Alberti vaticinium: quod postq; beatus Thomas colonie mutus steterat & postea tam egregie responderat sic predixit. Iste bos mutus talem mugitum dabit q; audiet totus mundus. Tunc verificatum est illud Luce.xi. Locutus est mutus et admirate sunt turbe. Vide in legenda. Ideo ipsi cõpetit illud Job.j. In omnibus his non peccauit Job labijs: suis nec stultum quid contra deum locutus est. Ideo eius doctrinam vel eum sequentes non cõfundentur. Ratio autem quare & in scribendo & in docendo non errauit nec peccauit nec vllam confusionem recepit est ista habens infra turrim firmam bene fortem & clausam & habens portam bene firmatam si ab intra existẽs intra turrem & portam contra hostes clamet & loquatur contra hostes sagittet & iacula & tela proijciat tutus est: non oportet ipsum timere: non potest ledi: non potest verberari: non potest confundi. Sed quando quis extra fortalicium extra portam inuadit hostes: non est mirum si leditur: si capitur: si confunditur. Turris fortissima est sancta mater ecclesia. Ipsa enim est sicut turris David que edificata cum propugnaculis: mille clipei pendent ex ea omnis armatura fortium. Canti.iiij. Porta firma est fides catholica. Non est ergo mirum si aliqui suis doctrinis et verbis hostes inuadentes extra turrem et portam. i. extra ecclesie & fidei catholice doctrinam docentes capiuntur: comburuntur: et leduntur: et cõfunduntur: quia non sunt intra turrem intra ecclesiam: non sunt intra portam/intra fidem catholicam: vt heretici et doctores mali: sed beatus Thomas semper existens intra turrem ecclesie intra portam fidei: de iaculis scripture sacre inuasit hostes hereticos/verba dei locutus est de porta fidei contra emulos: et ideo nec ipse nec eius sequaces ledi vel confundi potuerunt. Ideo de dictis ei9/de scriptis eius/de doctrinis eius addiscendis: et exemplo eius intra portam contra hostes iaciendis scripsit Psalm. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Ergo deuoti doctores/scholares/et imitatores beati sunt omnes. Quam beatitudinem prestare dignetur &c.

¶ Collatio.lxxiiij. In quacunq; synodo vel congregatione prelatorum et subditorum ex psal.c.



Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. In po.c. In nostro vulgari dicitur. Quel mestre tel varlet. hoc est dictu: conditionẽ dominorũ sequitur conditio famulorũ. Unde versus. Sunt domini tales famuli fuerint sibi quales. Ad hoc Ecclesiastici.xj. Secundu; iudicem populi sic et ministri eius. Sic videmus q; remiges existentes in naui illuc remigant quo vult patronus nauis: siue ad orientẽ siue ad occidentẽ: siue ad dexterã siue ad sinistram. Unde s̃m voluntatẽ patroni dirigit operatio remigantiũ: et sic s̃m voluntatẽ q; non semper s̃m vtilitatẽ: quia non semper voluntas est vtilitas. Non omne velle est vtile. Ita spiritualiter domini in vna terra in vna patria sunt patroni in naui: remiges sunt ministri/baliui/iudices/notarij/seruientes/et famuli: isti semper sequũtur voluntatem et cõditionẽ dominorũ siue bonam siue malam: vnde illuc remigant/illuc trahunt/illuc operantur: quo dominus quo patronus voluerit. Si enim dominus velit irẽ ad dextera; trahat ad orientem ad bonum ad pietatẽ ad misericordiam sit pius subditis clemens misericors benefactor et sustentator pauperum & subditorũ omniũ nutritor et consolator: omnes ministri sunt dulces amicabiles pij et misericordes: quando dominus est prudens bonus sapiens iustus et bene ordinatus et similiter ministri. Ita legimus.iij. Regum.x. Salomon erat iustus

bonus sapiens et discretus et ordinatus: et sicut ipse ita tota familia. Unde dicitur ibi q regina Saba venerat videre sapientiam Salomonis et familie eius. Videns autem regina Saba sapientiam Salomonis et ordinem ministrantium non habebat vltra spiritum: vtiq merito: quia sm iudicem populi sic et ministri eius. Quando vero econtrario dominus est rigidus et crudelis oppressor excommunicator subditorum: exactor et punitor dissipator et macellator pauperum: remigat ad auaritiam: trahit ad pecuniam: tunc idem faciut et ministri omnes remigant: omnes trahunt ad auaritiam: omnes sunt crudeles/oppressores excomunicatores balivi servientes notarij iudices et omnes ministri omnes adducunt lucrũ dño et sibi. Si dñs ouem.i.aliquem pauperem excomunicat: ipsi tenent pedem. et dicitur q bene excoriat qui tenet pedẽ. qñ dñs habet aliquẽ accusatũ ipsi accusant amplius. qñ condẽnauit in tanto/dicunt eum plus posse in multo/et ampliori dignũ condẽnatione. Ideo dictũ est bene: sm iudicẽ populi sic et ministri eius. Ita legimus.iij. Regũ. vlti. vbi dicitur q Acham rex erat malus et habens ministros malos: et volebat ire ad bellandũ in ramot galaad: qui videntes eius voluntatem sm eam et non sm vtilitatem prophetizabant ipsi ecclesiastici viri q iret et bene succederet sibi: prophete omnes mendaces sed Micheas prophetizauit ipsi veritatem et vtilitatem/cui non acquieuit: et ideo ipsi male successit: quia in bello interfectus fuit: prophete mendaces qui voluntatem et non vtilem veritatem dicebant nihil mali ab eo habuerunt. sed Micheas quia veritatem et vtilitatem predixit non voluntatem verberatus et incarceratus fuit. Ita est hodie malus male volens facere suos ministros malos habet coadiutores adulatores consiliatores et fautores ad male agendum ad excommunicandum ad deplumandum subditos ad alia mala faciendum: omnes sicut prophete mendaces prophetant pro voluntate domini non pro vtilitate. Et si aliquis sit vir iustus verus propheta sicut Micheas dicens veritatem et vtilitatem et non voluntatem: dicunt q ille semper propherat malum et non bonum: ille non adducit lucrum. ille verberatur/abijcitur de domo/de consilio/et ideo multis contingit quemadmodum Acham q acquiescentes malis prophetis: mendacibus consiliarijs vadunt ad interitum. Ideo dicitur. prouerbiorum.xxix. Princeps qui libenter audit verba mendacij omnes ministros habebit impios. Heu hodie sunt tot tales tam in principibus secularibus q ecclesiasticis: quia si regina Saba videret hodie nostros principes nostros rectores et ordinem/auaritiam/immunditiã/superbiã ministrãtium extortiones et excõmunicationes non haberet vltra spiritum ita male omnia faciunt. Ad nostrum propositũ Christus est princeps pacis rex magnus super omnes deos et iustus iudex: ministri autem Christi sunt clerici specialiter prelati pastores et curati sm illud.ij. Cor.iij. Sufficiẽtia nostra ex deo est qui et idoneos nos facit ministros non solum litera noui testamenti scriptura sed spiritu. Iste princeps rex et iudex vult habere suos ministros sibi similes. Ipse autem in toto suo ministerio fuit factus iustus innocens et immaculat⁹. Iuxta illud Heb.ix. Semetipsum obtulit immaculatum deo: et ideo omnes ministros suos clericos pastores prelatos et curatos sanctos esse vult: iustos innocentes puros mundos et immaculatos: vt conditionem domini sequatur conditio ministrorum. Iuxta verbum psal. in persona cuiuslibet ministri Christi dicentis. Custodiui vi.do. nec impi.ges. a deo meo. Et ero imma. cum eo. et obser. ab iniqui. mea. Seqnitur. Cũ sancto sanctus eris: et cũ inno. inno. eris: et cũ elec. elec. eris: et cũ peruer. peruer. Viros enim electos innocentes sanctos iustos mũdos puros et immaculatos Christus immaculatus vult habere ministros et non alios; et hoc est ambulans in via &c. In quibus verbis quilibet pastor prelat⁹

curatus et clericus edocetur in tribus.s.ne

Quiescat — Ambulans in via
Sordescat — immaculata hic
Torpescat — mihi ministrabit.

mister quippe xpi nullo modo debet { quiescere in ocio — ambulans in via / sordescere in vitio — immaculata hic / torpescere in obsequio — mihi ministrabit }

Sed secundum apostolicam doctrinam.s.Thi.iiij.Si faciens erit bonus minister xpi iesu.s.si non

Quiescens ocio — sit velocitate promptior — Ambulans in via
Sordescens vitio — puritate pulchrior — immaculata hic
Torpescens obsequio — sedulitate fidelior — mihi ministrabit

Quantum ad primum sciendum quod status et conditio ecclesie quo ad maiores curatores: et quoad minores subditos ostensus est sub figura helyseo helia celum ascendente.iiij.Reg.ij.vbi dicitur sic.Cum pergerent et sermocinarentur:ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt vtrunque:et ascendit helyas per turbinem:Helyseus autem clamabat dicens.Pater mi/pater mi:Currus israel et auriga eius in qua figura status ecclesie descriptus est.per aurigam enim intelligitur xps:per equos intelliguntur prelati pastores et curati:per quadrigas seu currus intelliguntur ecclesie/dioceses et parrochie pastoribus rectoribus tanquam equis ductoribus:tractatoribus commisse:qui quidem currus omnis subiectus populus voluitur:trahitur/deducitur et minatur duabus rotis.s.dextera prosperitatis:et sinistra aduersitatis.Ro autem istius similitudinis in figura quod populus subditus sit sicut currus /prelati:pastores / et curati/ sunt sicut equus trahens currus est hec:equo non datur auena: ad hoc quod semper stet in stabulo:comedat/bibat et dormiat:nec ad hoc iungitur currui vt stet in vno loco:et ibidem satis habeat de feno et auena et lecto:et dilatetur.Similiter nec quadriga facta est ad standum et morandum in vno loco in vico:sed currus factus est vt vadat de vno loco ad alium:de ciuitate ad aliam.Cibus:fenum et auena lectus dantur equo:et ad hoc iungitur currui:vt cum pena:cum labore ambulet /trahat curru onus suum de vno loco ad alium:de vna ciuitate ad aliam:et sic in labore et sudore lucretur victum suum.Similiter nec populus subditus.i.vna diocesis parrochia est ad hoc adeo creatus vt semper stet et maneat in vno loco in hoc mundo in hac vita:sed ad hoc vt de ciuitate huius mundi:huius ecclesie militantis transeat ad aliam ciuitatem ecclesie triumphantis:quia non habemus hic manentem ciuitatem:sed futuram inquirimus.Heb.xiij.Similiter nec equis.i.pastoribus prelatis:curatis:ductoribus et tractoribus huius currus datur auena et fenum:lectus: et stabulum.i.panis et vinum:lecti et camere etc.bona ecclesiastica:redditus honores et bona alia non ad hoc iunguntur currui:diocesi:parrochie:prebende vel ecclesie vt stet in vno loco vt iaceat ociosi:vt comedant et bibant bona ecclesie crapulose vt impinguentur et incrassentur:delectentur:luxurientur:deliciosi inflentur:ingrossentur:eleuentur superbi et ambitiosi:sed ad hoc dantur et conferuntur eis bona ecclesiastica ad hoc redditantur:ad hoc honorantur:et de puluere de nihilo eleuantur:sublimantur:exaltantur:vt trahant currum:trahant subiectum populum de ciuitate ecclesie militantis:ad ciuitatem ecclesie triumphantis:trahant vtique:ambulent:proficiant cum labore bone operationis:et bone instructionis.Ideo dicitur hic:Ambulans non stans.ad hoc est illud verbum michee.vi.cuilibet rectori directum.Indicabo tibi homo quid sit bonum:et quid dominus requirat a te vtique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicite ambulare cum deo tuo.Nota sollicite ambulare:hoc enim maxime est necesse in equo ducente currum:quia cum currus sit coniunctus equo ad motum vel statum equi sequitur necessario motus vel status currus et quocunque moueatur equus siue ad dexteram:siue ad sinistram:superius vel inferius

monet ꝛ sequens curr⁹. Ita spūaliter: ad motū eñ vel statū clericoꝝ: rectoꝝ ꝛ superioꝝ in bonis ꝛ malis sequit status vel motus subditoꝝ vel minoꝝ ꝛ qñ rectores ambulant ad dexterā preceptoꝝ dei vel ad sinistrā delictoꝝ diaboli. ꝛ populus similiter: qñ ascendunt ad premia: vel descendunt ad supplicia ꝛ populus silr: qd figuratum est Ezech. i. vbi vidit Ezechiel statū ecclesie in aialibus ꝛ rotis: vbi dicit sic. Cū ambularēt aialia ambulabant pariter ꝛ rote iuxta ea: cū euntib⁹ ibant: ꝛ cū stantib⁹ stabant: ꝛ cum eleuatis a terra pariter eleuabant: ꝛ rote sequentes ea. Ita de rectoribus ꝛ subditis applica. sꝫ nota q̄uis propheta viderit rotas sequentes aialia cuꝫ ambulantibus ambulare: cum stantibus stare: ꝛ cum eleuatis elauari: non tñ vidit, nec dixit cum cadentibus cadere. Ratio est. animalia iuncta curribus semper iunguntur vel in via plana: vel in ascensu montium: sed nunq̄ ad descensum vallium: ad precipitium: qꝛ cum rote faciliter descendant inferius: si equus ad descensuꝫ traheret: currus super equum veniens se ꝛ equuꝫ dissiparet. Ita spūaliter animalia id est prelati: curati: rectores: ꝛ pastores ponuntur ad trahendum subiectū populum vel in via plana diuinoꝝ mandatoꝝ: vel in ascensu consilioꝝ: sed cum populus sit pronus ad descēsum vitioꝝ: ad precipitium delictoꝝ non preponuntur prelati ꝛ curati populis vt eos sua mala eruditione: sua mala suggestione: operatione vel conuersatione trahant ad malum ad peccatum ad precipitium damnationis: sed ad planum bone operationis: ꝛ ad ascēsum saluationis: ꝛ ideo propheta non vidit cum cadentibus cadere: sed cuꝫ ambulantibus ambulare: vel cum electis pariter eleuatis. Quia non debent trahere ad inferius iter suo malo exemplo: sed superius opere bono: ꝛ ideo caueant sibi qꝛ eis est valde periculosum. Dixit eñ Grego. in past. q dum pastor per abrupta graditur necesse est vt grex in precipitium labatur. Ad hoc etiā est illud Greg. qd recitat in decretis. xi. q. iij: precipue vbi dꝛ sic. Cauendū est ne ꝑ vni⁹ muliercule passione vinctus ꝛ obligatus ad perhenne traheris exitiuꝫ: deteri⁹ quippe in populis prelati delinquunt: ac per hoc ipsi crudelius q̄ ceteri puniunt: vt ait ibidē Grego. Scire eñ prelati dñt: qꝛ si peruersa vnq̄ perpetrant tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos exempla perditiōis transmittunt. Unde necesse est vt tanto se cauti⁹ a culpa custodiāt quāto ꝑ praua que faciūt non soli moriunt. Qd aūt ad descensum ꝛ defectum superioꝝ vel ad ꝓfectum ꝛ ascensum subditi cadāt vel ꝓficiant figuratū est Exo. xiiij: vbi legim⁹ q pharao traxit pplm suum ad descensum in vitia: ꝛ ad non obediendū ꝛ implendum mandata diuina: ꝛ ideo periit cum exercitu suo: moyses traxit pplm suuꝫ ad ambulandū in via mandatoꝝ dei: ꝛ saluat⁹ fuit cū pplo suo: vt dꝛ ibidē xv. Curr⁹ pharaonis ꝛ exercitus eius ꝓiecit in mare electi principes eius submersi sunt in mari rubro. abyssi operuerunt eos descenderūt in ꝓfundū quasi lapis. Sequit. Ingressus est eques pharao cum curribus ꝛ equitibus eius i mare: ꝛ reduxit super eos d\ñs aquas maris: filij autem israel ambulauerunt per siccū in medio eius: ergo cauēdū est valde ne prelati/pastores/ ꝛ curati stēt vel cadant: sed quod optime ambulent de virtute in virtutem donec videatur deus deoꝝ in sion: Sed lugēdū est q xp̄s conqueritur non sine cā: Bar. iiij. Declinauerunt a lege dei: iustitias aūt eius nescierunt nec ambulauerunt ꝑ vias mandatoꝝ dei: nec ꝑ semitas veritatis eius. Rō est duplex. Prima qꝛ de hoibus eodēmō videt esse sicut de piscibus quidā pisces sunt q̄ nullū pedem habent: sed solum modicas pennulas: ꝛ tamen velocissime ambulant mouentur ꝛ natant: vt salmones ꝛ trutte. Alij pisces sunt q̄ non solū habent duos pedes vel quatuor: immo quasi monstruose habent plurimos: octo. s. vel decem et tñ isti pisces pessimi: ꝛ tardi motus sunt: ꝛ male ambulant: immo non recte ambu

lant:sed solum retrocedendo:non em̃ bene vtunt̃:sed abutunt̃ auxilijs sibi datis:⁊ isti sunt cancri marini. Ita sp̃ualiter quidã hoies sunt in eccl'ia q̃ non habent pedes:nõ habẽt instrumẽta ad bene operandũ ad bene ambulandũ i via dei.qr nõ habent scientias scripturarũ:redditus ecclesiarũ ⁊c. Sed habent modicas pennulas:habẽt virtutes:spẽ fidẽ:⁊ charitatem:⁊ tñ velocissime mouẽtur.ad deũ ambulãt:viã mãdatoꝝ currũt velociter ad salutẽ:etiã isti sunt multi subditi pauperes ⁊ mẽdici illiterati ⁊ laici humiles deo ⁊ prelatis subiecti. Alij aũt hoies sunt q̃ habent nõ solũ duos pedes vel quatuor.i. duo beneficia vel quatuor.⁊ isti sunt clerici prelati:prebendati ⁊ curati:q̃ habent ꝑ vno pede:ꝑ vno auxilio qd̃ habent laici ad ambulandũ:ad bene operandu₃ decẽ:qr hi habẽt scientiã grãmatice per quã intelligant: logice ꝑ quã disputent:legũ per quã tpalia regant:canonũ per quã ecclesiastica dispensent: theologie per quã sp̃ualia preuideant.habent.l.c.quingẽtas mille libras in redditib⁹:vnã prebẽdam,vnã diocesim,vnã ecclesiã:immo qd̃ est monstruosum plures p̃bendas,plures ecclesias,plures personatus mõstruose etiã decẽ milia librarũ in redditibus:decẽ pedes vltra aialiũ cõem naturã:nõ tñ h₃ aliqs comes q̃tum archieps:nõ tñ aliqs baro q̃tũ eps:nõ tñ aliqs miles q̃tum prior vel eps vl' canonic⁹:⁊ cũ tot auxilijs:cum tot pedibus non ambulant:sed qd̃ peius est retrocedũt abutunt̃ scientia ⁊ diuitijs in superbiã:in fastus:in vanitates:in eq̃s in scutiferos:in aues,canes ⁊ histriones:in parentes:⁊ nepotes,in cibis ⁊ vestib⁹:in delitijs:ribaldarijs:⁊ immundicijs:in meretricibus:⁊ vilibus mulierib⁹:⁊ remanẽt pauperes famelici:ecclesie dirute,campane fracte:altaria discooperta:indumẽta sacra lacerata ⁊ vituperata:calices fracti:libri disligati lãpades sine oleo:corpus xp̃i sine serico:hospitalitas nulla gulositas multa ⁊c̃ hoc est nõ ambulare:sed ad modũ cancri pedib⁹ auxilijs collatis abuti:retrocedere:deũ ⁊ pplm offendere.iõ clamat Aug⁹.q̧ illi qui non habent istos pedes quib⁹ desunt ista auxilia ad deũ ambulant vt indocti:⁊ laici: ⁊ illi q̃ hñt vt literati:⁊ clerici retrocedũt ⁊ ad infernum descendunt. Surgunt indocti⁊ celum rapiunt:⁊ nos cũ literis nostris in infernum demergimur. Et xp̃s Mat.xxi Publicani ⁊ meretrices precedũt vos in regno dei. Jo.vi. Ex hoc multi discipuloꝝ abierunt retrorsu₃:⁊ iam cum illo non ambulabant. Rõ quare ita cũ istis pedib⁹ clerici nostri tpis non ambulant sed retrocedũt est qr nõ sunt veri clerici:veri prelati:veri curati:veri pastores:sed ficti ⁊ picti sicut idola:sicut simlachra:nõ per deũ in tẽplo,s₃ per hoies:ꝑ munera:ꝑ preces:ꝑ violentiam:ꝑ simoniã:ꝑ sanguinẽ:ꝑ carnalem parẽtelam positi ⁊ introducti.de quib⁹ p̃s. Simulachra gẽ.arg.⁊ au.opa ma.holm. Os ha.⁊ nõ lo.au.ha.⁊ nõ au.ma.ha.⁊ non palpa.pe.ha.⁊ nõ am.nõ cla.in gut.suo. Iõ xp̃s insultat p̃lat₃ ⁊ curat₃ nr̃i tpis q̧ laici ꝓficiunt⁊ ambulãt clerici retrocedũt⁊retrogradãt. Lu.vij. Et posset hodie dirigi dño pp̃. Joãni. Euntes renũciate Joanni que audistis⁊vidistis:ceci vident:claudi ambulant,leprosi mũdant̃,surdi audiũt,mortui resurgũt,pauperes euangelizant̃. Hoc põt dici de laicis. Si vis pondera exponẽdo singl'a v'ba vtriusq̧ authoritatis. Hec est ergo vna causa quare clerici nostri tẽporis declinauerũt nec ambulauerũt per viam mandatorũ dei. Scd̃a ratio quia eodẽ modo vt dicebam est in hominibus ⁊ piscibus. Sic autem est inter pisces q̧ q̃dam ex ipsis sunt animalia que non habent alimẽtum sibi coniunctum ⁊ ista mouentur ad distans ad suum cibum querendũ ⁊ mouentur motu progressiuo ⁊ dicuntur animalia perfecta:vt sunt mugiles⁊ huiusmodi. Alij sunt pisces q̃ habent alimentum sibi coniunctum ⁊ isti non mouentur ad distans motu perfecto:motu progressiuo:sed mouentur motu dilatationis ⁊ sunt animalia imperfecta:vt conchilia:⁊ ostree marine. Ista spiritualiter oli₃ in primitiua eccle

sta clerici non habebant alimentum sibi coniunctum: non habebant redditus diuitias: honores: prebendas: decimas/ primitias: pecunias: equos: et talia: quibus modo superfluunt clerici. Et si aliquid habebant: non in tanta abundantia et excellentia sicut modo: et ideo tunc clerici: curati: prelati: erant animalia perfecta: mouebantur motu progressiuo: motu perfectionis: erant continue in profectu bone operationis: erant pisces boni et perfecti omnibus virtutibus. De quibus Psal. Pisces maris qui perambulant semitas maris. Sed hodie habent alimentum sibi coniunctum pingue beneficium: pinguem prebendam/ diocesim vel parrochiam/ magnos et pingues redditus/ que beneficia ecclesiastica pro tanto dicuntur alimentum coniunctum: quia in beneficiis ecclesiasticis clerici non habent nisi alimentum: nisi victum. Iuxta illud .j. Thi. vj. Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti sumus: quia igitur hodie habent satis de alimento coniuncto: satis in prebendis: beneficiis et redditibus. Ideo facti sunt animalia imperfecta non ambulant: non mouentur ad distans ad deum motu progressiuo: motu bone operationis passibus virtutum: sed solum mouentur motu constrictionis per auaritiam: et dilatationis per fastum vanitatem et superbiam: quia super omnes hodie clerici dilatant filateria sua et magnificant fimbrias: abundant in magnis et mirabilibus super se. Sic etiam est hodie: quia videbitis aliquem pauperem clericum non habentem cibum coniunctum nullum habentem beneficium. Iste quamdiu erit pauper ambulabit/ erit perfectus: erit studiosus virtuosus: deuotus: castus: et honestus: sed tandem habebit alimentum coniunctum collatum beneficium: et tunc non poterit ambulare/ erit imperfectus: erit podagricus/ impotens et paraliticus ad bene faciendum/ et tunc non curant studere exponunt autem se delitiis/ immunditiis etc. Hoc est illud ps. Non custodierunt testamentum dei/ et in lege eius noluerunt ambulare. Ad ambulandum ad perfectum continuum monet quemlibet Christus per illud Genesis decimoseptimo. Ambula coram me et esto perfectus. Ergo non debemus esse quiescentes ocio: sed velocitate promptiores. Ideo dicitur ambulas. Hec de primo principaliter.

¶ Quantum ad secundum sciendum quod prelati/ curati/ pastores/ maiores et rectores comparantur speculo. Et est ratio. Speculum factum est non propter se sed propter alios propter intuentes vt speculantes se in speculo suas videant maculas: deformitates/ et immunditias: et per speculum amoueant: purgent et corrigant. Sed speculum est istius nature/ quod quando est fedum turpe et maculatum non potest sordes alienas extergendas ostendere: et ideo oportet speculum esse clarum purum: et sine macula. Ita est de rectoribus et curatis. Non enim positi sunt in officiis: in beneficiis propter se/ vt bene bibant: comedant: dormiant/ ditentur et quiescant: sed propter alios: vt eos doceant: nutriant: informent et corrigant defectus et peccata sua subditis ostendant: et ab eis amoueant quod figuratum est Exo. xxxviij. Quando in tabernaculo factum est labium eneum de speculis: vt ingressuri tabernaculum suas deformitates per specula remouerent. Uerum est autem quod quando hec specula isti superiores sunt puri sancti/ mundi/ honesti/ et immaculati/ tunc possunt alios mundare: corrigere: purificare/ aliorum sordes et immunditias corrigere et extergere. Unde de quolibet tali puro et mundo dicitur Sapientie septimo. Candor est lucis eterne/ et speculum sine macula dei: maiestatis imago bonitatis illius. Sed quando ipsi sunt turpes et maculati pleni sordibus et peccatis/ superbia/ auaritia/ luxuria/ inuidia/ ira/ gula/ tunc non possunt alienas sordes extergere/ vel extergendas efficaciter ostendere/ dum verbis predicant: moribus impugnant: vt enim beatus ait Gregorius. Necesse est vt cuius vita despicitur: eius predicatio contemnatur. Ideo eis dixit Hieremias super Sophoniam: et recitatur in decretis

Sacerdotes qui eucharistie seruiunt et sanguinē dei populis eius diuidunt impie agunt in lege xpi putantes eucharistiā imprecātis facere verba nō vitam et necessariā esse tantūmodo solēnē orationē et nō sacerdotū merita de quibus dr. Sacerdos in quacūq fuerit macula nō accedat offerre oblationes dño. Qđ non est intelligēdū solū de macula corporali: vt male dicit in glo. sed multo plus de spirituali. Ideo psal. in taliū presidentiū persona petebat esse speculū sine macula dicens. Couertantur mihi timentes te. et qui no. tes. tua. Fiat cor meum immacu. in. ius. t. vt nō cōfundar. Est aūt notandū q speculum sordidū et imperfectum non solum non purgat et sordes extergit: immo sordidat et inficit. Ideo ita est de clericis sicut de speculis. Inter omnia quippe que citi⁹ et profundius inficiunt speculum infectum et sordidatum est aspectus mulieris sordide et infecte intantum vt eius aspectus non solum maculet speculum: immo speculū maculatum inficit et maculat circūstantes et aspicientes/ et hoc est certū et expertuȝ. Ita est spiritualiter clerici presidentes/ sordidi/ maculati et infecti: non solū nō purgant subditos: immo infecti inficiunt et sordidant eos. Inter omnia autem quibus citius et profundius sordidantur est ex aspectu ex conuersatione/ ex familiaritate/ mora et locutione mulierum. Adeo enim mulier inficit sibi adherētem q ipse infect⁹ maculatus et corruptus alios vicinos et vicinas inficiat maculet et corrumpat/ et multi de quo dolēdum est sic maculati sunt corrupti quibus dirigitur illud. Gene. xlix. Effusus es sicut aqua non crescas quia ascēdisti cubicule et maculasti stratum. Istis dirigitur illud Ecclesia. xlvi. Reclinasti femora tua mulieribus/ potestatem habuisti in corpore/ dedisti maculaȝ in gloria tua. Tales maculati infecti et deturpati repellendi sunt et puniendi. iuxta illud. Hiero. super Hiere. Et recitatur in decre. xlv. distin. Sed illud. Si consenserit et post ecclesie correptionem nō fuerit emendatus de ecclesia expulsum velut gentilem habeant et publicanum ne dum parcuntvni vniuerse ecclesie moliātur incendium que est ista bonitas vni parcere et omnes in discrimen adducere. Polluitur enim ex vno peccatore populus/ sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur. Sic etiam vno vel fornicante vel aliud quodcūq scelus committente plebs vniuersa polluitur. Ideo solum illos et illum qui est sine macula dicit psal. esse preferendum in ecclesia. Domine quis habi. in taber. tuo. aut quis requie. &c. Respōdet/ qui ingreditur sine macula et operatur iustitiā. ergo simus mundi et immaculati. qm̄ ɓm eundem psal. Beati immaculati in via: q ambulant in lege domini. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium sciendū. q magni suos ministros et seruitores volunt esse indutos vestibus suis. Ita xps suos ministros indumētis virtutū que sunt indumenta a xpo collata. Iste autem vestes virtutum in clericis presidentibus christi ministris describuntur per psalm. Qui facis angelos tuos spiritus et ministros tuos ignem vrentem. Debent siquidem prelati et curati habere semper vbiq veritatem dirigentis scientie. Qui facis angelos tuos. Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem de ore eius exquirent. Angelus enī domini exercitium est puritate redolentis munditie. spiritus Roma. viij. Si spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Sedulitatem obsequentis obedientie. Ministros Jo. xij. Mihi qui ministrat me sequatur. Et vbi ego sum illic sit et minister meus. Charitatem ardentis amicitie ignem vrentem. psalm. Ignis a facie eius exardescit carbones succensi sunt ab eo. Qui hec habent sunt de vestib⁹ christi/ ministri christi qui talis potest dicere cum Apostolo. ij. Corinthior. xi. Ministri christi sunt et ego. Sed dolendum est q quidam non sunt de vestibus istis/ vel quia eas nunq habuerunt vel habitas perdiderunt. Non enim aliqui habent veritatem scientie: sed cecitatem ignorātie: quia sunt imperiti illiterati

totaliter ꝛ ignari. Nota de illo qui dixit in offerẽda mortuorum. Ne absorbeat eas caucalus/vbi est tartarus ꝛc. Cõtra istos Grego.in mora. Et recitatur in decre.dist.xxxviij. Qui ea que dei sunt nesciunt a dño nõ sciuntur. Paulo attestante qui ait. Si quis ignorat ignorabitur. Puritatem munditie sed feditatem immunditie. Sunt eñ lubrici luxuriosi non spiritus mũdi: sed caro fetens. Cõtra quos Leo papa: ꝛ recitatur in decre.xxij.dist. Omniũ sacerdotũ tam excellẽs est electio: vt hec q̃ in aliis mẽbris ecclesie vacant a culpa in illis tñ habeantur illicita ꝛ subditur. Ne alit Leuitico aut presbyterũ alius honore/aut epali excellẽtia quisq̃ idoneus estimet/qui se a voluptate luxurie necdũ refrenasse deteget. Sedulitatẽ obedientie sed tumiditatẽ superbie. Unde hodie non sunt ministri sed dñi.nõ prelati: sed elati. Cõtra quos Augu.contra hereticos. ꝛ recitatur in decre.j.q.j. Si fuerit iustus minister cõputo eũ cum paulo qui gloriam suã nõ querit. Sequitur.qui vero superbus fuerit minister: cũ saulo computatur: sed nõ contaminat domus xp̃i/ q: per illam impurus fluuius transit. Spiritualis est virtus sacramenti: vt lux pura ab illuminandis accipitur: sed per immũdos transiẽs nõ coinquinatur. Charitatẽ amicitie: sed animositatem discordie ꝛ inuidie.vnde non sunt ignis charitate vrẽs: sed fumus olens. Ideo possent hodie multi subditi querere a suis maioribus qui nõ sunt ignis sed fumus / sicut ille qui quesiuit ab hospite de limello prope montẽ pessulanũ: quãtũ dabim⁹.ꝑ lumine ꝛ ꝑ fumo: quia nõ faciunt in ecclesia lumen sed fumũ. Contra quos.psal. Ascendit fumus in ira eius. Isti non sunt ministri xp̃i/sed diaboli figurati per ministros Nabuchodonosor regis babylonis qui incendebant fornacem. De quibus dicitur Daniel. iij. Non cessabant ministri regis succendere fornacem napta stuppa: pice et malleolis. Napta est res apta ad nutriendũ incendia. Et quidã dicunt esse purgamentũ lini vel genus fomitis quo apud persas ignes nutriuntur: vel ossa oliuarum amurca proiecta vel genus quoddã bituminis ignẽ nutriẽtis. Malleoli sunt sarmẽta vel vinea sicca. Uñ versus.de vtroq̃. Ignẽ napta fouet manatq̃ bituminis instar. Ossa ꝑ hãc olee respersa notant amurca. Malleoli sarmẽta notant: aut vinea sicca. Per naptam fumosã intelligitur ignorãtia.per picẽ viscosam intelligit luxuria.ꝑ stupã vẽtosam intelligit sup̃bia: ꝑ malleolos verberãtes intelligit ira: discordia: inuidia: crudelitas et iniustitia. Et istis quatuor ministri non xp̃i sed diaboli: non ecclesie sed babylonis succendunt fornacẽ inferni: scilicet suã: ignorantia: luxuria: superbia: ira: discordia: inuidia: ꝛ iniustitia. Sed fere continget istis sicut contigit illis tunc. dicit enim ibi. Qd angelus dñi descendit et excussit quos repperit iuxta fornacem de chaldeis ministros regis: q̃ fornacem succendebant. Ideo apostolus.scõe Cor. vj. hortatur xp̃i ministros nemini dantes vllam offensionem vt nõ vituperet ministeriũ nostrũ. Sed in oib⁹ exhibeam⁹ nosmetipos sicut dei ministros in multa patiẽtia. In castitate ꝯtra immũditiã: sciẽtia ꝯtra ignorãtiã. Suauitate contra sup̃biã. In charitate nõ ficta cõtra inuidiã: discordiã ꝛ iniustitiã: et irã qui sic facerent essent boni ministri xp̃i ꝛ nõ diaboli. Et talibus ministris promittit xp̃s illã mercedẽ ꝛ premiũ ostendẽs ꝛ ꝑmittẽs ministrãdi modũ. Io.xij. Si q̃s mihi ministrat me sequat ꝛ vbi sum ego illic ꝛ minister meus erit: si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus. Quod nobis concedat ꝛc.

¶ Collatio.lxxiiij. De btõ Ambro.vel ꝑ quolibet sctõ.ex psal.c.



Si mihi ministrabit. In psalm.c. Dicitur prouer.xiiij. accept⁹ est regi minister intelligens. Ratio est ẽm doctrinam philosophi in libro politice. Differentia est inter tyrannũ ꝛ regem: quia tyrannus totum suum regimen conuertit in propriam vtilitatẽ ꝛ dãnum ministrorum et subditorum. Sed rex conuertit totum suum regimen non in ꝑpriã

vtilitatem ſed in cõmodũ ⁊ profectũ ſubditorum ⁊ miniſtrorum: immo quandoqꝫ negligat dãna propria propter bonũ ⁊ retributionẽ ſeruitorum ſubditorum et miniſtrorum. Ex hoc ſequitur ꝙ tyrannus ſuos miniſtros non premiat: ſed tam malos ꝙ̃ bonos deplumat/ excoriat et cruciat. Sed rex malos punit et cruciat/ bonos exaltat et premiat. De vtroqꝫ habemus ſub dicẽdorum figura in ſcriptura ſacra. in exo. pri. pe. cap. j. legitur. ꝙ pharao tyrãnizauit ſuper filios iſrael/ et oppreſſit valide affligens eos operibus duris luti et lateris et pro toto miniſterio et famulatu/ quo in terre operibus premebantur/ non habuerunt pro mercede niſi malam mortẽ. quicquid maſculini ſexus natum fuerit interficite. Geneſ. autem. xl. legitur bonus rex pharao duos habuiſſe miniſtros in carcere/ ſcilicet pincernam bonum et piſtorem malũ. Iſtis duobus Joſeph interpretatus eſt ſomnium iuxta interpretationem congruam. Unde dixit pincerne miniſtro bono. Tres adhuc dies ſunt poſt quos recordabitur pharao miniſterij tui ⁊ reſtituet te in gradum priſtinum. Piſtori autem dixit/ ꝙ poſt tres dies ſuſpenderetur: et ita factum eſt de vtroqꝫ/ ergo tyrannus bonos et malos miniſtros cruciat. Rex bonus et ſi malos punit tamen bonos ſeruitores ac miniſtros exaltat et premiat. Ideo dictum eſt. Acceptus eſt regi miniſter intelligens. Ad propoſitum ſpiritualiter applicando per tyrannum intelligitur mundus vel diabolus/ quia iſti ſunt huius conditionis/ ꝙ ſuos miniſtros non premiant: ſed acriter puniunt ⁊ cruciant. Ita enim facit diabolus ſicut pharao egypti tyrannus illos qui ſunt miniſtri ſui qui ſibi ſeruiunt in luto luxurie et latere auaritie/ nõ aliter remunerat niſi ꝙ in hac vita quicqd̃ maſculini ſexus: id eſt quicquid boni operis et propoſiti in peccatoribus oritur tota necat. In alia vita vero perpetua gehenna cruciat. hoc patet in diuite epulone/ qui ſibi ſeruiuerat de vita et auaritia et remuneratione eum ſepeliuit in gehenna. vbi clamabat. Crucior in hac flamma. Luce. xvi. idem de ſuis miniſtris facit mundus: immo nõ ſolum habet hoc mundus: ſed mundani homines: quia ſuos miniſtros et ſeruitores intã tum male remunerãt. vt quãdoqꝫ illud prouer. verificet. de bono ſeruitio mala retributio. Sunt enim aliqui homines ſicut canes qui ꝙ̃diu inueniunt aliquid in oſſe ad rodendum non dimittunt ipſum/ ꝙ̃diu ibi aliquid de carne fuerit. Sz poſtꝙ̃ totum os roſerunt dimittunt ipſum cuicunqꝫ volenti. Ita in mundo multi ꝙ̃diu poſſunt in homine aliquid rodere poſſunt aliquid habere ſeruitij vel vtilitatis: tãdiu ſtant circa hominem / ſed poſtꝙ̃ totum roſerunt totum quod potuerunt habuerunt/ et carnem et ſanguinẽ/ hominem ſine remuneratione dimittunt. Per regem intelligitur chriſtus. Iſte eſt talis conditionis/ ꝙ ipſe ſuos miniſtros remunerat/ verum eſt ꝙ malos punit et cruciat: ſed bonos premiat et exaltat. ⁊ ꝙ plus eſt iſte eſt qui propter noſtra premia neglexit propria damna. Ipſe enim fuit in cruce ſpoliatus vt nos ſuis veſtibus indueret/ flagellatus vt noſtra vulnera curaret/ aceto et felle potatus/ vt nos dulci potu ſatiaret. Unde ipſe poſt tres preſentis vite ſcilicet pueritie adoleſcẽtie et ſenectutis educit animam de corporis carcere et introducit ad conuiuium ſue menſe. Iſte non tyrannus: ſed rex regum/ ⁊ dominus dominantiũ. Apoc. xix. Ergo iſti regi eſt acceptꝰ miniſter intelligens. quia ſm pſal. Intellectus bonus omnibus facientibꝰ eũ. Si ergo ſanctum Ambro. beatificauit/ vel ſi rex chriſtus glorificauit et remunerauit pre multis in gloria: non mireris quia chriſtus ipſemet in verbis aſſumptis rationem aſſignat hic mihi miniſtrabit. In quibus verbis deſcribit eiꝰ ad chriſtum ſingularem.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Eminentiã / Amicitiã. / Diligẽtiã. | — | Hic mi- / hi mini- / ſtrabit. | — | Oſtẽditur añt | — | Eminentia. / Amicitia. / Diligentia. |

In singularitate — Perfectionis / Dilectionis / Operatiōis. — Dic mihi ministra- bit.

est quippe — Perfectionis eminentia demonstrata expressius. / Dilectionis amicitia copulata intimius. / Operationis diligentia continuata sedulius.

¶ Quantum ad primum sciendum. q scriptura sacra loquitur hominum more. Cum enim aliquis eminet inter multos singularitate alicuius virtutis et perfectionis vt in scientia vel in aliquo alio consueuerunt homines admirādo huiusmodi digito ad oculum ostendere et dicere. hic est talis. Ita facit scriptura. quando aliquis sanctus est eminens inter alios singulari conditione perfectionum et virtutum excellentia ostendit ipsum singulari expressiōe et aliquo pronomine demonstratiuo/ dicendo ille/ iste/ hic/ is/ et huiusmodi. Et quia beatus Ambrosius fuit inter sanctos singularis conditionis in virtutum perfectione. Iccirco christus per scripturam eius describit eminentiam demonstratiuo pronomine ipsum singulariter exprimendo et dicendo hic. Notandum q illud esset multum singulare et omnibus mirabile si quis haberet hec tria. scilicet. Primo si per lutum incederet et non deturparetur. Secundo si per ignem procederet et non inflammaretur. Tertio si in mari existeret et fluctibus non eleuaret. ¶ Hec tria habuit sanctus iste. Quid enim lutum est/ nisi caro formata de luto. q̄diu sumus in hac vita anima stat non solum in via lutosa: immo in vase lutoso et lymoso in corpore facto de limo. q igitur anima continue sit inuoluta luto corpore et carne et non maculetur vitijs et immunditijs carnis q incedat ita spiritualiter ita sancte regat se anima in corpore et vadat ad deum q non tangat pede affectionis: male cogitationis: mali consensus: male operationis: carnalem actum: terram et lutum: vere virtuosum est mirabile et laudabile: immo dicit Bernardus q in carne preter carnem viuere potius est angelicum q̄ humanum. talis fuit sanctus iste qui puritatem mentis et corporis q̄diu anima fuit in corpore illibatam seruauit. vnde eius vita et conuersatio comparatur luci: que transiens per loca lutosa et immunda non maculatur: sed semper suam seruat munditiam et puritatem. Ita fecit iste sanctus. Applica ad eius vitā: ideo quia hoc mirabile fuit et singulare dicitur hic. Ipse enim seruauit in se illud. Ephes. v. Fornicatio et omnis immunditia: aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: quia omnis fornicator aut immundus non habet partem in regno christi et dei. Secundo si per ignem procederet: curreret et non inflammaretur: hoc habuit iste sanctus. quid enim per ignem nisi auaritia intelligitur? Iste est ignis qui nunq̄ dicit sufficit. iuxta illud. Non est in mundo diues qui dicit abūdo et illud. Quatuor vt fantur sunt que nunq̄ satiātur. Ignis ꝛc. Fuit siquidem sanctus iste inter diuitias temporales quas habere poterat: sed nihil temporale per inordinatam affectionē amabat: immo fuit similis pēne salamandre que stat inter flāmas illesa et inusta. Ita sanctus iste habēs diuitias contēnebat. et ideo quia hoc est mirabile dicitur hic. Ipse enim in se seruauit Illud Psal. Nolite sperare in iniquitate et rapinas: nolite concupiscere diuitie si affluant nolite cor apponere. Tertio si in mari existeret et fluctibus non eleuaretur. hoc habuit sanctus iste: quia cum esset in honore et dignitate pontificali vel doctorali: ꝛ huiusmodi non fuit eleuatus per superbiam: sed protecta ancora humilitatis stabat ꝛ cōuersabat humiliter: ꝛ q̄to plus honorabat: tanto se plus humiliabat. In hoc similis ligno ficulnee quod in aquam proiectum profundat: sed postq̄ est aqua imbibitum eleuatur. Ita fecit sanctus iste et faciūt alij humiles: qꝛ positi in honoribus humiliant se ad profunda virtutum.

Et postq̄ sunt bene imbuti aqua virtutum eleuantur in celum. Ita fuit de isto sancto. Applica. Unde potest dicere illud psal. Domine nō est exaltatū cor meū neq̄ ela. sunt ocu. mei. Neq̄ ambulaui in magnis: neq̄ in mira. super me. Ergo sanctus iste habuit veraciter puritatem contra carnis immundiciam/ liberalitatem contra mundi auaritiam/humilitatem contra cordis superbiam. Et ideo describitur sub pronomine demonstratiuo: vt eius sequentes vestigia continue imitemur. Et ideo dicitur hic. Eccli. xxxi. dicitur. Beatus diues qui inuentus est sine macula contra immundiciam: ꝛ qui post aurum non abijt: nec sperauit in pecunia ꝛ thesauris: contra auaritiam. Quis est hic ꝛ laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita sua. Potuit enim transgredi ꝛ non est trāsgressus/ quātū ad superbiam. Hodie autem est tanta immundicia/auaritia ꝛ superbia/ q̄ merito posset queri quis est hic ꝛ laudabimus eum. Dilata contra vitia vt volueris. Hec de primo principali.

¶ Quātum ad secundū nota/ q̄ ferrum sicut acus est istius nature q̄ sibi ipsi dimissum semper tendit deorsum: sed appropinquante magnete virtute lapidis trahitur sursum: imo si fricetur acus cum magnete continue vertit cuspidē ad celum ad polum. Ita spiritualiter ferrum durum ꝛ male malleabile est cor humanum hoc sibi ipsi dimissum semper tendit deorsū ad terrena ad temporalia ad peccata ad vitia. Sed quando magnes. i. virtus charitatis trahit cor ad deū tunc solum eleuatur ad celestia ad deum diligendum ꝛ potissime cor bene fricatum ꝛ inflāmatum virtute charitatis semper dirigit cuspidem intentionē ꝛ operationē ad deū ad celū. Ita fecit sanctus iste. habuit enim tm̄ de virtute charitatis q̄ mundana omnia contemnēs soli deo adherebat seipsum intime ad deū copulabat. Ideo dixit Christus hic mihi. Canticoꝝ. ij. Dilectus meus mihi et ego illi. Peccatores autem non tacti charitate: sed iniquitate non dirigunt suā operationem ad deum ad celum superius. Sed descendunt ad mundum ad terrena inferius in hac vita/ ꝛ tandem ad infernum ad supplicia. Unde de talibus dicit Christus per psalm. Non adhesit mihi prauum decli. a me. malig. non cognoscebam. Et q̄ ex dilectione ꝛ vnione diuina prouenit homini summum bonum. vt enim dicitur. j. Coꝝ. vj. Qui adheret deo vnus spiritus est cum eo. Idcirco dicebat sanctus iste. Illud psalm. Mihi adherere deo bonū est ponere in domino deo spē meā. Nō dicūt hoc luxuriosi/ q̄ nō adherēt deo: sed luto/ vt porci/ nec auari qui nō adherēt deo: sed terre ꝛ mūdo/ vt lupi qui comedūt terram. Nec superbi qui nō adherēt deo: sed vēto. dilata vt volueris. hec de secūdo.

¶ Quantū ad tertiū sciendū. q̄ regula est. Apocalip. ij. ad Thessa. iij. Qui non vult operari non manducet. Sicut autem docet idē Apostolus. prime ad Thi. v. q̄ dignus est operarius mercede sua. Ita non est dignus mercede qui non laborat: ꝛ q̄ bonorum laborū gloriosus est fructus. Ut dicitur Sapien. iij. Ideo dicit psal. Labores manuum tuarum q̄ mandu. bea. es. ꝛ bene tibi erit. Clerici/ presbyteri/ prelati/ sunt ministri dei: ꝛ deus dat eis in hoc mundo bonam mercedem/ bonum stipendium/ pro ministerio suo/ q̄ plus habent hodie clerici de redditibus ꝛ de honoribus q̄ laici/ q̄ ergo habent bona stipendia/ bonam mercedem ꝛ magnam. Idcirco debent continue deo in bonis operibus ministrare et seruire. Ita fecit sanctus iste. Applica sm̄ hystoriam legende. Ipse eīn fuit vnus de illis. de quibus Ezech. xliiij. Sacerdotes ꝛ leuite ipsi accedent ad me vt ministrent mihi ꝛ ipsi stabunt in conspectu meo vt offerant mihi adipem ꝛ sanguinem. ait dominus deus. Sed non sic mihi videtur esse hodie de sacerdotibus/ capellanis/ ꝛ ministris Christi: sicut de capellanis ꝛ ministris sui vicarij. Uidi in curia Romanā. q̄ papa habet duos modos capellanorum/ q̄ quidam dicuntur capellani honoris. ꝛ isti non sunt sacerdotes pape re: sed nomine. Isti non sunt

ordinati non dicunt officiū non celebrant missas/non assistunt pape immediate/non ministrant ip si nisi forte/de quinq annis non sunt semel cum eo nec impendunt vnum obsequium nec morantur in curia/nec sunt de domini pape mēsa. sed pro eo q sunt capellani honoris habent certa priuilegia/ et aliquādo bonas prebendas et pinguia beneficia. licet sint absentes a curia. Alij sunt capellani qui dicuntur comensales qui dicuntur capellani re et ministrāt continue. Isti oportet q sint ordinati cantent ministrent/celebrent/oportet q omni die sint in missa palatij assistant domino pape in suo ministerio loco et tempore debitis faciant residentiam continuā. Et isti habent certa stipendia/ et sunt in magnis diebus de domini pape mensa. Ita spiritualiter Christus habet duo genera ministrorum et capellanorum/quidam sunt Christi capellani et ministri re/ et nomine qui continue dicunt suum officium cantant in ecclesia/celebrāt missas suas: faciunt residentiam in suis ecclesijs: sunt ordinati/sunt morigerati/ sunt regulati: habent certa stipendia suos redditus/cum quibus continue ministrāt deo/ faciunt elemosynas et alia bona opera. Et isti erunt tandem in festo eterno/ in Christi mensa/in celesti patria. Et talis minister Christi fuit sanctus iste. Applica. vt possit dicere illud. secunde Cor. xi. Ministri Christi sunt et ego: Nota quasi diceret non solum nomine sed re. Alij sunt ministri Christi et capellani honoris nomine solum et nonre. Isti sunt qui propter honorem clericatus habent bonas prebendas/multa beneficia: multos honores/ et multa priuilegia. Non tamen propter hoc sunt ordinati nec propter hoc dicūt officium ecclesiasticum/ nō propter hoc celebrant missas suas non orant deum pro viuis et defunctis/nō ministrant deo nec populo/non faciunt residentiam in ecclesia/non faciunt elemosynam nec cetera bona ad que tenentur. Sed vagātes inutiliter et turpiter expēdunt bona pauperum et Christi. Isti non videbunt Christum in fine nec erunt cōmensales nec in mensa sue glorie: quia non fuerunt capellani et ministri Christi re: sed solum nomine. Istis dirigetur illud Esa. lxi. Uos sacerdotes dei vocabimini/ministri dei dicetur vobis. Nota modum loquendi vocabimini et dicetur vobis quasi dicat non ministri et sacerdotes re: sed solū nomine. Si vis plus dilatare habes plus de hoc et hanc authoritatem expositā in illo sermone. Induamur arma lucis. Quere si vis igitur simus nos ministri Christi non solum honore et nomine, sed re et opere. vt in nobis locum habeat illud Apost. j. Cor. iiij. Sic nos existimet homo vt ministros Christi/ et dispensatores ministeriorū dei. Talibus enim loquitur Christus. illud Joh. xij. Si quis mihi ministrat me sequatur et vbi sum ego illic et minister meus erit. Si quis ministrauerit mihi honorificabit eum pater meus. Quod nobis concedat etc.

¶ Collatio. lxxv. de beato petro Apl'o. et p quolibet eius festo. ex Psal. ciiij.

Constituit eū dn̄m domus sue. ex Psal. ciiij. in vulgari puincialico dicitur tale prouerbiū hostes sont venus/ et seigneurs deuenus. hoc est hospites et aduene venerūt et dn̄i facti fuerunt. Est sensus q aliquādo cōtingit aliquos venire in aliquā domum ciuitatem vel regnum qui sunt extranei hospites et peregrini: et tamē fauente fortuna et eorū pbitate et strenuitate interueniente efficiūtur ibi dn̄i et magistri. Ita vidimus in operibus nature sepe in domum aliquā contingit gallum extraneum apportari/ et quādo sunt ibi alij pulli vel galli pugnāt cōtra hospitem extraneum/ et quādo noui ter apportatur/est strennuus et fortior viribus et probior/ alios sibi subijcit et dominatur. Et qui prius fuerat hospes et extraneus finaliter sua pbitate omnium efficitur magister rector et dn̄s. Ita vidi frequenter quod legimus fuisse fa

ctum.Gen.xj.Cū enim Joseph aduena ⁊ hospes intrasset egyptū adeo se ibi ha
buit virtuose/ꝙ nullus similis est inuētus.Ipse enim ibi legitur fuisse castita=
tis amator somniorum interpretator/escarū ꝓuisor/criminū indultor/patris vene
rator:regis procurator/gentis saluator.Ideo dixit ipsi Pharao.qꝛ ostēdit tibi
deus omnia que locutus est:nūquid sapientiorem te inuenire potero?tu eris su
per domū meam ⁊ ad tui oris imperium cūctus populus obediet vno tantū re=
gni solio te precedam.Sequitur.ecce cōstitui te super vniuersam terram egypti.
Ad propositū omnes Apostoli fuerūt in domū Christi.hospites aduene ⁊ pere=
grini ab ipso Christo vocati.verum est:ꝙ adeo probe ⁊ virtuose se habuerūt/ꝙ
a Christo facti sunt nō solum ciues ⁊ domestici.Iuxta illud Ephes.ij.Iam non
estis hospites ⁊ aduene:sed estis ciues sanctorum ⁊ domestici dei.Imo dñi ⁊ prin=
cipes totius mūdi ab ipso Christo sunt cōstituti.Unde.ps.Consti.e.prin.super
om.ter.Inter istos autē primo hospites postea dominos ⁊ principes fuit vnus
primus ⁊ principalissimus Petrus Apostolus qui nō solum inter alios/imo su
per omnes apostolos princeps fuit qui licet hospes venerat ad domuʒ.Et tamē
princeps ⁊ dominus propter suā probitatem effectus est:quapropter gallo cō=
paratur.⁊ per Joseph figuratur/qꝛ sicut gallus singulareʒ habet intelligentiā
in horis discernēdis diei ⁊ noctis.Ita vt queratur Job.xxxviij.Quis dedit gal=
lo intelligentiam.Ita beatus Petrus in hora noctis peccati singulareʒ habuit
de proprio errore intelligētiam/quādo post trinā negationem gallo cātante ac
Christo eum intuēte exiuit foras ⁊ fleuit amare.Mat.xxvi.Habuit etiam singu
larem intelligētiam in horis diei.i.gratie/quādo dixit Christo.Math.xvi.Tu
es Christus filius dei viui ⁊c.Et sicut gallus nō habet intelligentiā nisi a celo:
ita nec Petrus nisi a deo.Beatus es symon ⁊c.Idem figuratur etiaʒ merito per
Joseph/qꝛ sicut ille fuit escarum dispēsator:ita Petrus verbi dei maximus pre=
dicator.Unde potest ipsi cōpetere illud quod Joseph dicebatur qꝛ ostēdit tibi
deus omnia que locutus es:quātum.s.ad fidei cōfessionem.Nūquid sapiētio=
rem te inuenire potero?certe nō:ideo interpretatur agnoscēs.Tu eris supra do=
mum meā.s.militantem ecclesiaʒ.⁊ ad tui oris imperiū cūctus populus.scilicet
christianus obediet:vno tantum regni solio te precedam:qꝛ.s.ego dominus/tu
vicarius.Ecce cōstitui te super vniuersam terraʒ.Egypti.i.huius mūdi tenebro=
si dispensatione tritici.i.verbi dei per te saluādi vt tibi illud dirigat̃.Luce.xij.
Fidelis seruus ⁊ prudens quem cōstituit do.super fa.suaʒ vt det illis in tēpore
tritici mēsuram.Habemus ergo ꝙ quis beatus Petrus sicut hospes ⁊ aduena
ad Christi domū fuit adductus:tamē ꝓpter suā probitatē per Christuʒ est ibi
dominus cōstitutus.⁊ hoc est cōstituit eū dñm domus sue.vbi describitur fuisse
a Christo in ecclesia.

Positus / Suppositus / Impositus — Constituit eū dominum do=mus sue — ostenditur autem — positus / superpositus / impositus

Ut — adesset mysterio / preesset officio / ꝓdesset ministerio — substituit eū dñm do=mus sue — Habemus ergo apl'orum principē a Christo in eccle=sia singulariter.

positum / suppositum vt / prepositum — adesset mysterio superiori vocatione / preesset officio altiori prelatione / ꝓdesset ministerio vberiori gubernatione — cōstituit euʒ dominuʒ do=mus sue

Quātū ad primū sciendū ꝙ militās ecclesia cōparatur ciuitati per scripturā/
vt in ps.Hierusalē que edificat̃ vt ciuitas.Ratio aūt est/qꝛ eodēmō est in edifi=
cio corporali ⁊ spūali.In corporali aūt sic est ꝙ qñ ille qui est peritus magister
artifex prudēs ponit ⁊ collocat magnū lapidē in loco alto vel in loco periculoso/

vt in portali vel in capite vel in angulo ⁊ vtitur arte recta tūc edificiū vadit be-
ne.in talibus enim locis nō ponunt̄ nisi lapides electi/lapides scissi politi mul
tis tūsionibus ⁊ dolati/quādo aūt lapis magnus ⁊ pōderosus ponit̄ nō p prin
cipalem magistrū:sed per aliquē imperitū ponitur cōtra artē ⁊ cōtra regulam/
ponitur indolatus ⁊ indispositus:tūc est in malū edificij ⁊ in ruinā muro ⁊ la-
pidi.Ita spūaliter est de ciuitate ecclesie que edificat̄ viuis ex lapidibus. iuxta
illud Ephe.ij.Superedificati super fundamentū apostolorum. Magister em̄ hu-
ius edificij peritus ⁊ doctus est Christus.Joh.xiij.Uos vocatis me magister et
domine:⁊ bene dicitis:sum etenim.Lapis aūt magnus est quilibet curatus/qui
libet prelatus.Status aūt prelationis est locus altus ⁊ eminēs super alios.por
ta aūt sunt ipsi prelati per quos populus ingreditur ecclesiā.Sunt etiā angu-
lus quia in eis cōiungit̄ deus ⁊ populus cū sint medij.Quādo igitur Christus po
nit magnū lapidē.i.aliquē prelatū in alto regiminis in porta in angulo q̄ sunt
loca periculosa ecclesie:⁊ nō ponit eos nisi sm̄ regulā ⁊ sm̄ artem debitam. scʒ
sm̄ iustitiā sm̄ merita cuiuslibet:⁊ nō ponit lapidem nisi politū scientia/dola-
tum bona vita/scissum experientia ⁊ obediētia:tūc edificium ecclesie vadit be-
ne.Tūc hierusalē edificatur vt ciuitas/tūc verificatur illud qđ cantat ecclesia.
Tunsionibus pressuris expoliti lapides suis coaptātur locis per manū artifi-
cis.quādo aūt non Christus sed mūdus/nō Christus sed auunculus vel alius
cōsanguineus ponūt istū lapidem in prelatione in porta in capite ecclesie nō sm̄
regulā artificis/nō sm̄ iustitiā:sed sm̄ partialitatē ⁊ carnalitatem indebitam
aut sm̄ aliquā symoniā/tunc lapides nō politi sciētia sed pleni ⁊ grossi ignorā
tia nō dolati a vitijs:sed tortuosi peccatis lapidibus electis cōtemptis ⁊ preter
missis ponūt in ecclesia tūc est ruina ecclesie muro ⁊ lapidi/populo ⁊ prelato to
tum cadit ⁊ venit in terrā intantū Hier.lamētetur.Thre.ij.Luxitq; antemurale
⁊ murus pariter dissipatus est.Hec est causa destructionis nostre ciuitatis spūa
lis.Bñdictus autē Petrus fuit nō solū in alto imo in altiori loco totius ecclesie
per Christū positus vtiq; papa summus nō in cauda sed in caput ꝓ eo dicente.
Ps.Cōstitues me in caput gētium.nō lapis impolitus ignorātia/ nō oblitus et
inscisus mala vita sed multipliciter a Christo in vtroq; examinatus ⁊ perfectus
inuentus tanq; lapis electus.Et ideo Petrus a Christo petra est vocatus. Ipse
fuit positus ⁊ collocatus per artē debitā:quia sm̄ iustitiā:nō per symoniā nō par
tialitatem indebitā quia per Christū qui ipsi loquit̄ illud Hiere.j.Ecce cōstitui te
super gētes ⁊ regna vt euellas ⁊ destruas ⁊ disperdas ⁊ dissipes ⁊ edifices ⁊ plā
tes.Nota hoc est officiū prelati ⁊ dicit.Cōstitui te super gētes.i.omnes minores
⁊ regna.i.omnes maiores:vt euellas ⁊ destruas omnes malos ⁊ omnia mala nō
nutrias nec dissimules nec in paruis nec in magnis quod est cōtra quosdam qui
propter pecuniam in subditis mala dissimulant.Alij autem paruos corrigunt
⁊ maiores non tāgunt.similes aranee que paruas muscas in suam telam caden
tes interimit:grossas aūt totam telā frāgentes tāgere nō audet:⁊ ideo hic dici
tur.Super gētes regna vt euellas ⁊ destruas ⁊c̄.Et edifices ⁊ plātes.s.bonos ⁊
bona:qđ est cōtra illos qui nō bonos sed malos ꝓmouēt ⁊ exaltāt similes aqui
le que amplius nutrit magis aptum ad predā de pullis:tales ponunt̄ hodie in
officijs ad predā subditorum.Hec authoritas latius exponit̄ in illo sermone. Re-
spicite leuate capita.Si vis dilātare quere ibi beatus Petrus fuit talis vt scriptu-
ra loquitur.Nā ipse malos tā minores q̄ maiores dissipauit:vt patet i anania
⁊ zaphira quibus mortē ꝑdixit.Act.v.Patet etiā in Herode/Nerone/⁊ Mago si-
mone quos euellebat:bonos aūt exaltabat/vt pʒ i clemēte/lino/⁊ cleto ⁊c̄.vide
i historia:hec aūt oīa fuerūt i eo:quia a xp̄o fuit positus nō a sanguine vel a mūdo:ħ
ipe ↄfitet̄ ꝑ vbū.ps.Ego aūt ↄstitutus sum rex ab eo sup syō mōtē sctm̄ eius pre.pre.

eius. Nota. dicit se regem a regendo/ debetur autem cathedra et solium ei qui est rex terrarū in gentibus et ei qui est rex scholarū in scholaribus. Et q₂ beat⁹ Petrus fuit rector et rex vtroq₃ modo: quia fuit rex terrarum per spiritualem iurisdictionē rector scholarū per predicationē. ideo propter hoc duplicē cathedrā accepit. Primo cathedrā doctoralē anthiochie et biretū doctorale quantū ad tōsuram in die festi cathedre. Nota historiam in floribus sanctorū. Et accepit cathedram regalē Rome in festo mortis sue crucem soliū. s. sui doctoris in quo accepit librū a Christo et legebat in eo: ibi etiam recepit coronā glorie quā de rosis et lilijs angeli deferebant: vt habetur in legenda vide ibi supra. ideo dixit. Ego autem constitutus sum rex ab eo: et hoc fuit pulchre figuratum .iij. Reg. i. vbi dicitur sic Dn̄s rex noster Dauid. i. Christus Regem constituit Salomone₃ id est beatū Petrū pacificum et pacifice regentē: quia Christi vicarius in bonos debet esse non guerrificus sed pacificus. Sedet Salomon. i. beatus Petrus pacificus: sedet super soliū regni. s. Anthiochie quantū ad cathedrā scholariū et Rome in cruce quantū ad soliū regni terrarū. Ideo dicitur Danie. ij. Danielem rex in sublime extulit et munera magna dedit ei: constituit eum super prouincias principē et prefectū et magistrū super cunctos sapientes. Nota. beat⁹ Petrus habuit a Christo triplicē gratiam/singularē. s. in absolutione peccatorum. Quodcunq₃ ligaueris super terram ⁊c. Ideo dictum est rex Danielē i subli me tulit. Quid eñ celo sublimius et tamen dictū est? Erit ligatū et solutū et in celis. In chorusc atione miraculorū itavt etiam ad eius vmbrā sanarentur infirmi. Nota miracula in vita eius: ideo dicit̄. Et munera magna dedit ei. In auctorizatione verborū ad ipsum eñ ptinet sublimatio doctorū/examinatio dictoꝝ/correctio errorū/declaratio dubiorū/directio deuiorū: confirmatio certorū. et iō dicit̄. Constituit eum super oēs prouincias principē p̄fectū et magistrū. iō Petrus et eius vicarij ꝑpter has gratias singulares sunt a Christo singulariter in capite ecclesie constituti. beato Petro ꝑ ps. hoc recognoscente cū dixit. Tu autē dn̄e singulariter in spe constituisti me. Hec de primo.

¶ Quantū ad secundū nota ꝙ rex nō pōt facere maiorē honorē filio q̄₃ ꝙ eū dimittat heredē et successorē in regno: sed qñ eū dimittit nō solū dn̄m regni s₃ oīm qui in regno sunt tam fratrū suorū q̄₃ matris proprie nihil pōt facere gratie vlterius. Hanc gratiā Christus fecit Pe. q₂ nō solū regni sui ecclesie militantis eū successorē et heredē instituit: imo oim fratrū christi. s. aliorū apostolorū ⁊ discipulorū et genitricis ꝓprie virginis btē in iurisditione spūali totaliter dereliquit. vñ xp̄s ad Petrū introducit̄ sub figura Isaac ad Jacob. Gen. xxvij. cui⁹ benedictio fuit hec. Det tibi deus de rore celi/quantū ad sufficientiā gratiaru₃ spiritualiū in sacramentis. Et de pinguedine terre abundantiā frumenti vini et olei/quantum ad sufficientiā temporaliū in decimis et primitijs quas sine mia extorquemus. Seruiant tibi populi quantū ad subiectionē oim conuersorum ex gentibus. Et adorent te tribus quantū ad subiectionē conuersorū ex iudeis. Esto dn̄s fratrū tuorū quantū ad apostolorū et incuruient̄ ante te filij matris tue quantum ad successionē cardinaliū archiep̄orū ⁊ quorūlibet prelatorū. Qui bn̄dixerit tibi sit ille bn̄dictus quantū ad obedientiā omniū subditorum. veniat ergo Joannes euangelista in mediū quia est ipse ille discipulus quē diligebat Jesus: ergo nunquid tu eris petro subiectus an erit exemptus? Querere a christo de petro. nunquid rex noster erit aut subijciemur ditioni eius? Respondit Jesus ioanni. Dn̄m tuū illū constitui et oēs fratres eius seruituti illi⁹ subiugaui. Et tibi fili mi vltra quid faciam? Gen. xxvij. Ueniat Jacobus frater domini petat idipsum. Idem christus respondebit. Dn̄m tuum ⁊c. et sic de singulis potest fieri poetria. dilata vt volueris de singulis apostolis, sed nūq̄d ego

exempta sum? dicit virgo Maria mater beatissima. eadem est responsio. Dñm tuum ⁊c. ex quo soluitur deuotorũ illa questio curiosa/ cui deus signũ maioris amoris ostendit an petro/ quia petro iohannẽ et virginẽ totãq ecclesiã suam cõmisit et dimisit: iohanni vero solam virginem dereliquit: cui autem min⁹ dimittitur minus diligit: ergo beato Petro christus plus honoris conferre nõ potuit quia ipsi omnia et eius iurisditioni subiecit. ideo dicit ps. Gloria et honore coronasti eũ do. gloria. s. in morte/ et honore in vita. Et cõstituisti eum super opera manuũ tuarũ. nec aliquis excipitur: quia omnes subiecisti sub pedibus eius: oues. s. quantũ ad cornutos prelatos: et boues quantũ ad reges coronatos. Insuper et pecora campi quantũ ad minores subditos. volucres celi quantum ad bonos et iustos: et pisces maris quantũ ad peccatores malos et iniustos: qui. s. perambulant semitas maris huius mundi. ergo concludẽdo vobis beate Petre dicimus Dñe dñs noster ꝙ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Hec de secundo.

¶ Quantũ ad tertium nota ꝙ dñs recedens a patria et omnes claues domus secum deferens ostendit se non habere magnã fiduciam in suo vicario vel ballino. Sed quando omnes claues ipsis dimittit non solum domus sed oim thesaurorũ ⁊ oim secretorũ tunc ostendit se gerere de illis fiduciã et confidentiã pleniorem. Si queratur. quid est ecclesia? Responsio datur. Geñ. xxviij. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. In hac domo sunt multe diuitie et thesauri meritorũ et premiorũ. Unde ps. Gloria et diuitie in domo eius. Christus igitur recedens a mundo et ad celũ ascendẽs nõ secũ claues tulit huius domus: imo clauigerũ totius domus superioris celestis/ et inferioris terrestris necnon et oim thesaurorũ Petrũ instituit vt apiat et nemo claudat: claudat et nemo aperiat. Tibi inquit dabo claues regni celorũ. Et quodcunq ligaueris sup terrã erit ligatũ et in celis: et qdcunq solueris sup terrã erit solutũ et in celis. Ideo vocat clauiger ethereus: ad hunc eñ solũ vel eius cõmissarios ptinet ligare et soluere excludere et introducere: penitẽtias imponere: et idulgẽtias dare tanq ianitori et clauigero oim thesaurorũ et totius regni celorum. Figurat⁹ per Joseph Geñ. xxxix. vbi dicitur ꝙ prepositus oibus gubernabat creditã sibi domũ. ergo dicamus ei ianitori celi pulsantibus aperi: qr quilibet nostrum elegit sm illud ps. Abiectus esse in domo dei magis ꝙ habitare in tabernaculis peccatorũ: qr vel qui habitant in domo tua dñe: Ideo dilexi decorẽ domus tue et locũ habitationis glorie tue. Ad quam ⁊c.

¶ Collatio. lxxvj. de festo Eucharistie: vel pro feria quinta in cena domini. ex Psalmo. cv.

Misit saturitatẽ in animas eorum. Ex ps. cv. In vulgari dicitur tale prouerbiũ/ Mauuays est leuure qui ne nourit ne coeuure. hoc est dictu. Malũ est illud opus quod non pascit aut retribuit. Cum eñ nullus teneatur proprijs stipendijs laborare: oportet cibum vel stipendium vel vtrũq laborantibus dare: alioqn malus labor esset laborantibus et inanis. Sed quando opus bene pascit laborantem: et vlterius dat bonam mercedẽ: ille labor est optimus laborantibus et operantibus. Hec est differentia inter opus dei et diaboli: opus bonũ et malũ: quod opus diaboli opus peccati nec pascit nec mercedẽ nisi malã retribuit. quod nõ satiet non pascat. ps. Esurientes et sitientes anima eorum in ipsis defecit. ꝙ non mercedẽ nisi malã retribuat. Ro. vj. Stipẽdia peccati mors. iõ malũ est illud opus: qr nec pascit nec mercedẽ restituit. Opus aũt dei bonũ pascit: ⁊ mercedẽ reddit: qr ille q cõduxit operarios/ scz deus vtrũq eis cõstituit. De cibo quidẽ Matthei. x. Dign⁹ est operarius cibo suo. De mercede aũt. Lu. x. Dign⁹ est operari⁹ mercede sua

# De sacramento Eucharistie.

Deus igitur nolens nos stare ociosos misit omnes operari in vineā suā / id est in ecclesiā. Et quia istud opus est bonū voluit vt mercedē daret et vlteriꝰ pasceret. de mercede quidē habetur. Mat. xx. q꞉ cōuentione facta cū operarijs ex denario diurno misit illos in vineā suā. Iste denariꝰ est merces eterna de qua Mat. v. Gaudete quia merces vestra copiosa est in celis. Ut aūt essemus magis volūtarij ad bene operandū voluit deus nobis cibū dare nō vtiq꞉ panē ordeaceū et vinū acetosum sed panem frumenti: et vinū vue meracissimū / quia corpus ⁊ sanguinē propriū. Unde ps̄. Adipe frumenti satiat te. Hoc autem fecit / vt idem ps̄ testatur. Ut eruat a morte animas eorū: et alat eos in fame. Unde Christus figuratur in Salomone. j. Paralypome. xj. qui dixit operarijs dabo cibaria tritici: quia suis fidelibus in hac vita bene laborantibus dat carnem propriam in tritico et sanguinē in vino in eucharistie sacramento. de quibus ps̄. Beati oēs qui timent dn̄m qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarū q꞉ manducabis beatus es et bene tibi erit. ergo opus diaboli et malū est pessimi laboris quia nō pascit nisi mercedē cōstituat: opus aūt dei et bonū est magni dulcoris et optimū: quia mercedē soluit in patria: et xp̄i corpe et sanguine nos satiat in via. Et de hoc loquitur verbū assumptū. Misit saturitatē ⁊c. vbi ps̄. circa hoc sacramentum describit certum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Efficiens | Misit satu | describi | efficiens |
| Reficiens | ritatem in | tur autē | reficiens |
| Recipiens | animas eoꝝ | certum | recipiens |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | largientis | Misit satu | Igitur in hoc |
| Ex parte | nutrientis | ritatem in | sacramento |
| | indigentis | alas eorum | habemus |

| | |
|---|---|
| Largiens efficiēs immēse bonitatis | misit satu |
| Nutriens reficiens extense vbertatis | ritatem in |
| Conueniens recipiens ostense sanctitatis | animas sanctorum |

¶ Quantum ad primum. Nota ꝙ infirmi et debiles per cibum consueuerunt curari dupliciter. Primo per cibum. Secundo per verbū. per cibū autem specialiter qn̄ habent cibū non vsitatū sed singularē et extraneum: quia cibo vsitato aliqn̄ tediant̄. sed qn̄ cibus est singularis et extraneꝰ inusitatꝰ et a magno dn̄o missus / tunc ꝓuocant̄ infirmi ampliꝰ ad sumēdū. Un̄ cōsueuit dici ꝙ comedāt amore mittētis. Qn̄ aūt cibus est extraneꝰ et a magno dn̄o vt a rege missus / si sit delicate et mūde et manibꝰ dn̄e vt regine paratꝰ cōsueuerūt hoīes ad comedēdū fortius ꝓuocari. Sed dato ꝙ esset cibus extraneꝰ a rege missus a regina paratus: si tamen esset cibus cōtrariꝰ et cōtra regulā et legē medicine adhuc nō libenter cōsumeret̄: sed si esset cibus ſm medicine regulas paratus tūc esset optimus ad sumendū: qn̄ aūt cibus est nō solū extraneꝰ ⁊ a magno rege missus / ⁊ regine manibus preparatꝰ / sed etiā ſm medicine regulas p̄paratꝰ: ⁊ est sanatiuꝰ et infirmitatis expulsiuꝰ: q̇s nō libēter sumeret talē cibū? Oēs istas cōditiones h꞉ cibus sacramētalis eucharistie ſm Apo. ad Gala. iiij. vbi describit sic. Misit deus. ecce mittentē maximū. filiū suū. ecce cibū extraneissimū. factū ex muliere. ecce regine manibus preparatū. factū sub lege. ecce ſm medicine regulas ordinatū. vt eos qui sub lege erant ⁊c. ecce finem salutis optatū. Ergo fatuus est q̇ talē cibū nō recipit a deo missum cuiuslibet infirmitatis curatiuū. de hoc enim scripsit ps̄. Misit verbum suū et sanauit eos. Et in hoc innuitur secundū per qđ consueuerunt homines ab infirmitate curari. s. per verbum: quia experimentatores consueuerunt in panis buccella scribere aliquod verbum per quod buccella sumpta curantur infirmi. Ita spiritualiter / deus enim nos volens a nostris peccatis curare in buccella panis ad probationem verborum sacerdotis scribit

verbum suum quia ibi est veraciter filius dei/verbum patris:et quantum ad di uinitatem et quantum ad humanitatem: et hec buccella panis eucharistie cu rat omnem frigiditatem febris spiritualis. Unde psalm. qui dixerat. Misit ver bum suum et sanauit eos. Modum missionis et curationis alibi declara uit dicens. Mittit cristallum suam sicut buccellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. Expone.nota dicit mittit cristallum suam id est hostiam conse cratam: que idcirco cristallus dicitur: quia sicut cristallus sanctuarij conti net intus reliquias preciosas de corporibus sanctorum. Ita hostia consecra ta intus continet corpus Christi preciosum sicut buccellas: quia per buccel las a diuersis sumitur. Genesis decimooctauo. Ponam buccellam panis in ore vestro ante faciem eius: quis poterit sustinere frigus peccati. Emittet verbum suum et liquefaciet ea id est peccata/flabit spiritus eius et fluent aque scili cet lachrymarum et gratiarum. Ita recte confitetur alibi idem psalm. in per sona digne sumente. Misit de summo et accepit me et assumpsit me de aquis multis. Nota dicit/accepit me/et non sumpsi eum: quia iste cibus est ille qui di xit beato Augustino Cibus sum grandium/cresce et manducabis me. nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me in quo differt ab alijs cibis corporalibus qui mutantur in sumentem. Ideo hoc dicitur/Misit de summo et accepit me. In hoc autem cibo quia est viaticum dantur duo comites duo socij sumentibus. s. mia ad delenda peccata in cōmissis. et veritas ad asse quenda premia in promissis. Unde idem psal. Misit deus misericordiā suam et veritatem suam ipsa me deduxerunt et adduxe. in montē sanctū tuū. ⁊ in ta. tua. Hec de primo principali.

¶ Quantū ad secundū nota ꝙ presens ecclesia vocatur locus pascue in psalm. In loco pascue ibi me collocauit. Nos autem dicimur oues pascue in ps. Nos autem populus eius et oues pascue eius. Sicut enim in pascuis est differentia pastus/quia quedam pascua habent pastum sterilem paruum et non saturati uum ouium. Alia pascua habent fertilem cibum et saturatiuum ouium. Ita in mundo est quidam pastus qui non satiat oues christianas pastus scilicet rerū temporalium diuitiarum honorum et huiusmodi: immo augeret recte appeti tum et desiderium: sicut enim in pascuis ouis nunꝙ satiatur: immo quod est mirabile sm naturales et experientia docet cum tota die ouis fuerit in pascuis auidius et gulosius rodit et deuorat in sero ꝙ in mane: et quando iubetur exi re pascua ꝙ quando intrat de mane seu in meridie. Sic in mūdo multi christia ni cupidi/auari ambitiosi nunꝙ satiantur: immo auidius deuorant et congre gant/acquirunt et laborant lucrantur per vsuram et accumulant in sero sene ctutis: immo in nocte mortis: quia tunc relinquūt filijs et nolunt emendare vi tam suam: nolunt plus ad pias causas facere legata ꝙ fecerunt in mane iuuen tutis vel meridiane etatis. Cum enim homine senescente cetera vitia senescant sola auaritia iuuenescit. Unde miratur. Ecclesiastes. iiij. Unus est et secundum non habet: non filium non fratrem: et tamen laborare non cessat: nec satiantur oculi eius diuitijs nec recogitat dicens cui laborem. Causa autem insatiabilita tis est eadem in oue et in homine. Secundum enim philosophum. Ouis habet duos ventres vnum maiorem et alium minorem: modo ꝙdiu ouis comedit in pascuis cibus descendit in vnum ventrem solum: et alius remanet vacuus quo usqꝫ ouis ruminet: ideo ouis non satiatur. Sic homo habet duos ventres ma iorem scilicet appetitum sensitiuū: et minorē appetitū intellectiuū siue mētis: bona autem temporalia intrant ventrem maiorē. s. appetitū sensitiuū: ideo re plent ventrē corporis et aliqn̄ nimis quia faciunt torsiones: sed nō descēdūt nec

replent appetitum mentis: et ideo non satiant. Unde de omnibus temporalibus non satiantibus dicitur Leui.xxvi. Comedetis et non saturabimini. et eccle.i. Non saturatur oculus visu: nec auris auditu impletur. Solus autem deus ventrem et appetitum cordis seu mentis potest satiare: unde ipse solus est cibus anime ipsam satians. unde ps. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum: quia satiauit hominem inanem et animam esurientem satiauit bonis: et quia in sacramento altaris est christi humanitas: et eius diuinitas: ideo dicitur: panis celestis hominem totum satians et saturans: quia ratione diuinitatis ascendit ad ventrem maiorem mentis: et ratione accidentium ad ventrem corporis minorem: ideo totum hominem satiat et saturat Unde ps. Pane celi saturauit eos. Sed nota sicut corporaliter tria sunt impedimenta que tollunt sumptionem delectabilem cibi corporalis ne debite sumatur et homo saturetur. Ita spiritualiter in hoc cibo: impedit autem sumptionem delectabilem cibi corporalis et satietatem. Primo affluentia ciborum: quando enim homo habet varia / et multa cibaria diuersos cibos et fercula non potest comedere delicata potissime vbi sunt et precedunt multa grossa: sed quando habet modicum et illud delicatum comedit homo auide et satiatur. Ita spiritualiter homo quando habet rerum et diuitiarum temporalium superfluitatem que cibaria grossa non distribuit: non dat pauperibus est ferculorum copia coram mente auarorum: non possunt comedere non possunt communicare: remordet eos conscientia hoc nimis habuisse ab illo: et illud ab alio etc. et sic perdunt voluntatem communicandi: sed illi qui parum habent vel si habent diuidunt: et sunt pauperes: vel spiritu vel mente et re vel sola mente parum abundant: quia vel est aliorum vel ipsi parum diligunt. tales hoc cibo spiritualiter saturantur. ps. Edent pauperes: et sa. et lau. do. qui. re. eum in se. sec. vi. cor. eorum. Ecce de pauperibus. Sequitur de diuitibus. Manducauerunt et adorauerunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes. Nota autem quod christum sumentes in hoc pane vel sunt sacerdotes qui consecrant: vel alii qui ab eis communicant: et quia tam ad hos quam ad illos sumentes requiritur liberalitas et voluntaria paupertas. Ideo alibi scripsit ps. Pauperes eius saturabo panibus. hoc in generali. Sacerdotes eius induam salutari. ecce quantum ad consecrantes. Et sancti eius exultatione exultabunt: Ecce quantum ad alios communicantes. Secundo desipientia saporis. aliquando enim est homo ita indispositus quod nihil desiderat nihil appetit comedere: in nullo inuenit saporem: et tunc homo non potest comedere nec satiari cibo etiam quantumcunque delicato: quia in nullo inuenit saporem. Ita spiritualiter aliqui sunt ita accidiosi et pigri quod nullum bonum opus sapit eis in nullo bono opere inueniunt saporem: nec in opere iustitie reddendo deo honorem: nec in opere misericordie reddendo proximo amorem / nec in opere munditie reddendo sibi vite vigorem. Et ideo quia isti non sapiunt que dei sunt: non habent famem boni operis non saturabuntur in isto cibo. Contra istos dicitur Luce.vi. Beati qui nunc esuritis quia saturabimini. Alii autem qui continue esuriunt et sitiunt bene operari: opera virtutum facere: sapit omne bonum opus: et isti inueniunt saporem in hoc cibo: et satiantur: Sicut enim non est ita bona salsa ad sapide comedendum panem corporalem: sicut fames corporalis: ita non est ita bona salsa ad comedendum panem istum spiritualem sicut fames et sitis: id est appetitus et desiderium bene operandi. Tales enim saturantur hic in via: et tandem in patria. Mat.v. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Tertio impedit sumptionem cibi delectabilem negligentia laborum. Ocium enim et negligentia tollunt appetitum et virtutem comedendi. Econuerso: exercitium et labor corporalis vigorant virtutes: et reddunt sapidam comestionem. Ita spiritualiter vacare ocio et delectabilibus tollunt appetitum et saturitatem huius cibi: sed laborare: penitentiam facere / ieiunare etc. excitant appe-

ritum et reddunt cibum istum sapidum vt homo satietur. Esa.liij. Pro eo qd laborauit aia eius videbit et saturabitur.

¶ Quantum ad tertium. Nota quod gratia non tollit naturam: sed perficit: ideo quo ad aliqua opera gratie assimilantur operi nature. In natura autem ita inuenimus q quando cibus sumitur ipsa mittit vnicuique parti corporis/ iuxta suam conditionem de alimento: vnde subtiliora et meliora mittit ad caput et ad oculos. Grossiora ad partes alias grossiores. Ita fit in opere gratie. In hoc enim sacramento aliquid est corporale vt panis accidentia: et hec vadūt in ventrē et corporalē substantiā. Aliqd est spūale vt ipse xps et eius diuinitas que sunt cibus aie non corporis: et hec vadunt ad aiam: et ipsam satiant. ps. ergo volens ostendere q hoc sacramentum est cibus et satietas aie principaliter nō dixit absolute. Misit satietatem: sed in aias eorū. et ideo Esa.lv. Comedite bonum et delectabitur in crassitudine aia vestra. Nota/delectabitur/hoc est cōtra illos qui non delectantur in cibo isto: nec placet eis communicare. Ratio aūt quare non delectantur in hoc cibo est hec. tale puerbium tñ dicit q colūbo saciato cerasa sunt amara: qr eñ columbus est plenus non sapiunt ipsi cerasa: nec alius cibus: qui tñ placeret si non esset plenus. Ita spūaliter: qr quorūdam anima est plena diuersis peccatis malis vitijs: non delectantur in hoc cibo sicut plenus malis humoribus vel malis cibis non delectatur in bonis sed abominatur. Ideo dicitur puer.xxvij. Anima satiata calcabit fauum. Ideo dz homo esset ieiunus et vacuus. non solum corporali cibo: sed etiam ab omni pctō: qr cum peccato comedens non delectat: sed peccat et moritur. Ezec.iij. Animaq̄ peccauerit ipsa morietur. Si autē queras que pōt esse ratio q homini ieiuno/ et vacuo a peccatis sit cibus iste vita et delectatio pleno aūt peccatis sit mors/ et afflictio. Responsio. Sicut infirmus de gula plenus apostemate bibens vinum grecum purum: vel comedens caponem grossum: se interficit: non ratione cibi qui bonus est: sed ratione sui qui indispositus est: qr ille cibus esset sano optimus. Ita hoc sacramentum pleno peccatis est mortale: vacuo autem et sano ē vita et vitale. Unde de vtrisque scripsit psalmista. Manducauerunt et adorauerūt omnes pingues terre in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terra. Ecce mors malorum. Sequitur vita bonorū. Et anima mea illi viuet. Ad quā vitam etc.

¶ Colla.lxxvij. De festo cathedre.s. petri apli: et gnaliter pro quolibet eius festo. Ex psalmo.cvj.

Exaltent eum in ecclesia plebis in cathedra. In ps.cvj. Scriptura sacra homines vocat apes. in ps. Circundederunt me sicut apes. hec autem triplici ex causa ꝓtum festum hodiernum Cathedre sancti Petri tangere videtur. Prima est ex parte nostri. Sicut enim apes vt scribunt philosophi sub vno rectore existentes offenduntur: leduntur et moriuntur a tribus. s. a vento/ fumo et fetore. Ita homines sub beato petro xpi vicario et eius successoribus xpo seruientes leduntur et moriūtur tribus plagis tribus peccatis maxime regnantibus in hoc mundo. s. vt eñ dicitur Apoca.ix. ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum: superbie. s. vento/ fumo auaritie et fetore luxurie. Secunda ratio est ex parte beati Petri. Scribūt enim philosophi q rex apū non pungit: nec ledit alias apes subditas: sed caret aculeo: et si haberet vel habere ac vti vellet non permitteretur ei. Ita spiritualiter: rectores populi christiani beatus Petrus et eius successores ac vicarij nō debēt subditos ledere pūgere: nec vti aculeo super eos per oppressiones: et extorsiōes sed debent esse pij/mansueti et suaues in subditos: et hoc figuratum et ostensum est in beato Petro Mat.xvij. Cum eñ Petrus videret se summum futurum pō

tificem ꝗuis vellet vti mansuetudine tñ petiuit a xp̄o an liceret sibi vti aculeo in subditos vnde dixit Christo. Domine quoties peccabit in me frater me⁹: dimittam ei vsqꝫ septies: quasi vellet dicere: nunquid saltem post septimam veniam potero rigorem exercere/ aculeū habere ꝛ pūgere? Christus respōdit. Nō dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagesies septies: in quo numero omnes inclusit numerum sm̄ Aug. libro de verbis dn̄i. O vtinam rectores populi xp̄iani hodie non portarent aculeum: nō pungerēt: nō lederēt: nō excoriarēt subditos. nō credo ꝙ vnqꝫ bulla petri ipsi valuerit duos d. ꝛ tñ hodie nō dicam de bulla: sꝫ vix de multoꝝ curia pōt haberi modicum sigillū de cera nisi preuia pecunia ꝛ excoriata pau pere bursa: ꝛ quod peius est non soluꝫ multi rectores portāt aculeum in subditos: immo oēs ministri/ balliui/ iudices: aduocati: notarij: ꝛ alij assistentes: vñ magis videnẜ examē vesparum ꝗ examē apum. Non fuit talis Petrus. Immo dixit Act. iij. Argentum ꝛ aurū non est mihi qd̓ aūt habeo tibi do. Tertia ratio est ex parte vtriusqꝫ. Scribunt em̄ naturales ꝙ apes naturaliter suum regem ꝛ rectorē cognoscunt honorāt: ꝛ veneranẜ/ ꝛ in suis aluearijs ei domū specialem fabricant: ꝛ cathedrā singularē: ꝛ ibidem collocant sicut i solio regali. Ita fuit factū hodie beato Petro per eius fideles subditos Anthiochie. Nā ecclesia fabricata ei cathedrā ꝛ sacerdotale solium coaptantes eū ibidem sedere fecerunt ꝛ in cathedram papalem exaltauerunt: de quo hodie ecclesia solennizat: vt hoc figuratū sit Josue. iij. qd̓ ipsi factum fuit hodie a poplo ꝛ a xp̄o. dr̄ em̄ ibi sic. Dixit dn̄s ad Josue. Hodie incipiā exaltare te coram omni israel: vt sciant qr sicut cū Moyse fui: ita ꝛ tecum sum. Tu autem precipe sacerdotibus qui portant archam. Sicut em̄ Josue post Moysen exaltatus est sup totum populum iudaicum: ita beatus Petrus ꝛ quilibet eius successor post xp̄m exaltatus est super populum christianum: ꝛ suum est precipere ceteris sacerdotibus qui portant archam. idest ecclesiam: In cuius signum hodie est super ceteros in cathedra exaltatus. de qua exaltatione festum facimus ꝛ verbū assumptum loquitur. Exaltent eum ꝛc. In quibus verbis Petrus beat⁹ describitur a xp̄o honorem triplicem recepisse.

Fuit namqꝫ per xp̄m promotus ad

| | | | |
|---|---|---|---|
| Apostolatū | Exaltent eum | Fuit aūt honor eius | prelatus |
| Principatū | in eccl'ia pleb | | principatus |
| Doctoratū | ꝛ in cathedra | | doctoratus |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| In | societate | Tanti | Collegij | exaltent eum in |
| | sublimitate | | Pontificij | ecclesia plebis |
| | dignitate | | Solij | in cathedra |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Etem̄ beatus | aplo͛rum | Altius | Consortium | exaltent eum |
| Petrus fuit | prelatoruꝫ | | Fastigium | in ecclesia plebis |
| exaltatus ad | doctorum | | Triclinium | in cathedra |

¶ Quantū ad primū. Nota ꝙ xp̄s fecit sicut faciunt magni barones/ qui aliqñ edificant vnam magnam ecclesiam cum alto campanili ꝛ ipsam ecclesiam cuꝫ alto campanili munientes diuersis campanis factis eas examinant ꝛ meliores ponunt in altiori loco totius campanilis: ꝛ illam que altius ꝛ melius sonat ponunt in loco altiori vt amplius audiatur. Ita fecit xp̄s: non em̄ ecclesiaꝫ de mortuis lapidibus: sed de viuis lapidibus suis. s. fidelibus: ecclesiam sciꝫ militanteꝫ proprijs manibus ipse construxit que crescit in templum sanctū in domino: in cuius sementum est sanguis ꝓprius: quem pro hoc edificio fudit in passione. Campanile autem huius ecclesie est status prelationis in quo ponūtur prelati tanqꝫ campane ad populum vocandum ad deum. Christus igiẜ volens istud campanile munire fecit diuersas campanas fecit Petrū ꝛ alios apo=

stolos ad presidendum:ad predicandum. Sed anteq̄ eos in statu prelationis poneret eos examinauit/que examinatio facta fuit Mat.xvj. Quando xp̄s discipulos interrogauit:quem dicunt hoīes esse filium hominis? At illi dixerūt/ et satis bene sonuerunt. Alij Joannem baptistam/alij aūt helyā:alij vero hieremiam:aut vnū ex ꝓphetis Ecce isti nō multū sonāt alte. hic nō sonat petrus grossa cāpana. Nō eīn respōdent nec dicunt eū esse nisi hoīem. sonet ergo et pulsetur grossa cāpana petrus:videamus si altius sonabit/pulset xp̄s. Uos autē quē me esse dicitis? Oēs tacent alij:sed r̄ndens petrus dixit. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. O q̄ clarus:q̄ dulcis:q̄ altus sonus grosse campane qui non solum sup terram q̄tum ad xp̄i humanitatem audit:sed supra celos penetrans clara fidei voce eius diuinitatem apertissime confitetur. Jdeo xp̄s eius sonum altiorē et meliorem ceteris agnoscens non solum eū in campanili cū alijs campanis.i. apostolis posuit:immo sup oēs principem apostolorum oim̄ collocauit. Beatus es inquit symon bariona:q2 caro et sanguis non reuelauit tibi etc. Jō merito propter tm̄ sonum xp̄s petrū ad apostolorum collegium:immo ad eorū principatum exaltauit. Jō videt xp̄s q̄tum ad hec de beato petro dicere illud ps. Posui adiutorium sup potentē et exaltaui electum de plebe mea. Sed dices cōtra:q2 hec nō videt̄ vera.qd̄.s.beat⁹ petr⁹ ita bene sonuerit:immo videt̄ sonuz pessimū pre ceteris habuisse et ideo nō debuit exaltari. Q2 Matth.xxvj.legit̄ q̄ ad modicum tractū:ad modicū verbū vnius ancille pessime sonuit q2 xp̄m negauit:qd̄ non legitur de aliquo alioꝝ aplo̅rum. R̄n. si ad pulsationē ad verbū vnius ancille ista campana male sonuit:nō est mirū:q2 non dicam de vna ancilla sed communiter mulieres nesciunt pulsare campanas:et ideo non est mirū si ancilla pulsante petrus male sonuit/quia petruz pusare nesciuit:immo nec ad eam pertinuit. Dices forte contra fortius:quia non solum Petrus fuit pulsatus ab ancilla et a muliere:sed a viris circunstantibus/et tamen eis etiā pulsantibus et dicentibus. Tu ex illis es? nam et loquela tua te manifestum facit: Pessime sonuit:quia cepit detestari et iurare quia non nouisset hominem:ergo peiorem sonum ceteris apostolis reddidit:qui etiam ter dominum suuz negauit. Non ergo ceteris altius debuit exaltari. R̄n. q̄uis aliqua campana sit bona et bonum et optimum sonum reddat/tamen ne bene:sed male sonet pōt dupliciter contingere/vno mō quando ab exteriori impeditur vt fit in hyeme et frigore qn̄ nix cadit super campanas faciunt raucum sonum donec sit nix liquefacta et in aquam resoluta. Alio modo qn̄ ab interiori impletur:vt si campana impleret̄ aqua vel esset intra aquam:et tunc pulsaretur nō redderet bonū sonū vel nō totaliter clarū donec esset ab aqua extracta. Jtē duobus modis fuit beatus petr⁹ campana bona bis a sono bono impedita. primo ab exteriori tempe passiōis quo tpe frig⁹ erat. Tūc eīn cecidit nix timoris sup eū et effect⁹ est rauc⁹ et non bene sonuit:sed dn̄m suum negauit/sed xp̄o cū respicientē oculo dilectionis tanquam igne sui amoris calefacientem:resoluta est nix timoris in aquam doloris:contritionis:et humiliationis:vnde egressus foras fleuit amare:et tūc propter humiliationem/ꝓpter niuis in aquam lachrimarum resolutionem sonum clarum recuperauit/quare meruit exaltationem. Jdeo dr̄ Eccli.xi. Sapla hūiliati exaltabit caput illi⁹ et i medio magnatoꝝ ꝯsedere illū faciet. scd̄o fuit īpedit⁹ ab interiori. Mat.xiiij. q2 cū veniret ad hierl'm ābulās sup aq̄s cū cepisset mergi clamauit. Dn̄e saluū me fac:modice fidei dubitās:sed extract⁹ ꝑ manū de aq̄ clarū sonū recupauit:et ꝓpter has duas cās rauc⁹ fuit:sz ꝯtinue a xp̄o liberat⁹:id̄ potuit nō obstātib⁹ his a xp̄o p̄ ceterꝫ exaltari q̄tū ad h̄ duo similiter in ei⁹ ꝑsona ps. visus est loq̄ cū dixit. Jmpl's⁹ euer. suz vt caderē. hoc q̄tū ad pulsationē ancille et alioꝝ q̄ astabāt tpe passiōis. Et dn̄s suscepit me dolētē plorā

tem et flentem. Fortitudo mea z laus mea. do. z fac. est mihi in salutem. Oculos
sue mie mihi dirigēdo/ dextera dñi fecit virtutē. Me mersum in fluctibus maris
erigēdo. Uñ et Greg. in collecta. De⁹ cui⁹ dextera beatū petrū ambulantē in flu
ctib⁹ ne mergeretur erexit. Dextera dñi exaltauit me/ apostolorū principem fa=
ciēdo/ dextera dñi fecit virtutē/ mihi sonum fidē z predicationē reddendo. Non
moriar sed viuā/ vlterius nō peccando. Et narrabo opa dñi/ semper bene sonan
do/ deū laudādo z predicādo. Si vis ad mores descēdere/ dic quomodo aliqui
exaltantur z eleuant in mūdo/ qz vidētur bene vel grate sonare z cantare. vt ad=
uocati vel adulatores in magnorꝫ curijs. Sed isti exaltantur in altū sicut fum⁹
qui quāto altius ascendit/ tanto citius a vento dispergitur z in modico euane=
scit. Ita tales a modico vento aduersantis fortune deijciūtur et euanescūt. Ita
exaltauit rex Assuerus hester. iij. Amā filium amadati qui paulopost suspen=
sus fuit. Ideo de talibus dicit. psal. Uidi impium superexaltatum sicut cedros
libani/ transiui z ecce non erat: quesiui eū z non est inuentus locus ei⁹ talib⁹ di
rigit illud. Esa. xiiij. Quomodo cecidisti de celo lucifer q̄ mane oriebaris/ q̄ di=
xisti in corde tuo: super astra celi exaltabo solium meum. Uerūtamen ad infer=
num detraheris. Ergo tu quicunqꝫ custodi innocentiā z vide equitatem/ quia ti
bi dicitur de xp̄o per psal. Exaltabit te vt hereditate capias terrā cū perierint
peccatores videbis. Hec de primo principali.
¶ Quantū ad scđm nota. ꝙ regnuꝫ celorum comparatur thesauro in scriptura
sacra. Mat. xiij. Simile est regnū celoruꝫ thesauro. Huius aūt ratio est/ qz quā=
do per dñm aliquis thesaurus p̄ciosus est alicui cōmittēdus/ de cuius fidelita
te plene nō cōstat/ cōsueuerūt fieri due claues quarū vnā dñs sibi retinet. Aliā
dispēsatori cōmittit. Hoc modo hoīe creato fuit ipsi tradita q̄dā clauis innocē=
tie: vt posset thesaurū. i. regnū celorꝫ intrare. Aliā clauē retinuit sibi deus. s. au=
ctoritatē potētie: vt nec cū innocētia homo posset intrare/ nec cū auctoritate diui
na/ nec potētia diuina/ rūperet sine innocētia humana. Uñ oportebit vtrāqꝫ cla=
uem cōcurrere: sꝫ qz homo lasciuiēs p paradisum manū ad fructū vetitū eleua=
uit. Ideo tūc ipsi clauis de zona cecidit/ z tūc peccādo amisit innocētiā/ z quasi
amissa claue fact⁹ est ipsi impossibilis regni celestis ingressus. Uñ Esai. xp̄o in
persona humani generis nō potētis intrare qz portas frāgi oportebat dicit. vti
nam rūperes celos sicut fit de porta clausa/ claue p̄dita: qz vero clauis innocen
tie irreparabiliter erat amissa venit filius dei z quasi faber ferrarius: imo cla=
uiger ethereus p claue innocētie coaptauit clauē penitētie: fecit ꝯtra clauē pro
pter qđ in p̄ncipio sue p̄dicatiōis p̄ducebat clauem pnīe. dicēs. Mat. iij. Agite
pnīam appropinquabit eīn regnū celorꝫ. Sꝫ fili⁹ beato petro tanqꝫ fideli dispē
satori secūdā clauē ꝯtulit/ scꝫ auctoritatē potētie/ qz clauis prima cōis erat z re
quirebat scđa clauis. s. potētie ex parte dei: vt p primā intraret cū alijs/ p secū=
dā aperiret exclusis/ dedit ergo ipsi de⁹ quo ad ip̄m clauē pnīe ad resurgēdum
post lapsum quo ad alios clauē potētie ad dimittēdum pctm̄. Et hoc habetur
Mat. xviij. vbi xp̄s dicit petro. Et ego dico tibi qz tu es petr⁹ et sup hāc petram
edificabo ecclesiā meā z porte inferi. i. pctā nō p̄ualebunt aduersus eā. s. p̄pter
clauē pnīe quo ad primū. Et quodcūqꝫ solueris zc. p̄pter clauē potētie quo ad
scđm. Et tibi dabo claues regni celorꝫ quo ad vtrūqꝫ. p̄pter hoc ergo beatus pe
trus habuit in ecclīa principatū/ qz ei z ei⁹ successorib⁹ z nulli alij nisi ꝑtū per
eos cōmittit auctoritas ista. clauis hec est a xp̄o collata. Si vis vltra moraliter
p̄cedere dic ꝙ prima clauis q̄ est cōis fuit beato petro/ et est cuilibet pctōri ne=
cessaria. s. pnīa/ qz sicut puer paruus pōt per se cadere: sed non resurgere/ sic ho=
mo p se pōt peccare: sꝫ nō a pctō resurgere. vñ Osee. xiij. Perditio tua isrl̄ tantū
modo ex me auxiliū tuū. Istā clauē videt recepisse/ qñ Lu. xxij. Post pctm̄ abne=

gatiōis egressus fleuit amare. Et tūc etiā quilibet nostrū recipit quando contritus ꝛ dolēs suū pctm̄ amare gemit. Est aūt sciendū/ ꝙ ad hoc ꝙ clauis penitētie post peccatū regnū celoꝝ aperiat sunt in ea tria puncta necessaria/ Uulgariter/ Trois mortoises. scʒ/ primo cōplectio amarioris doloris. Cuius ratio est: qꝛ cū maximus dolor causet ex diuisiōe ꝛ separatione duoꝝ cōiunctoꝝ summe conuenientiū. Cū dei ꝛ anime cōiunctio sit summe cōueniēs ꝛ delectabilis eoꝝ separatio dʒ esse summe dolorosa. Tre. j. Idcirco ego plorās ploraui et oculus meꝰ deducēs lachrymā qꝛ longe factus est a me ꝯsolator cōuertēs animā meā. Sed sicut membrū aridū nō sentit separationē a corpore sic peccator non dolet de tali separatione. Non fuit talis petrus sed ecōtra. tunc hoc punctū habuit cū egressus foras amare fleuit. Secūdo affectio feruētioris amoris/ sicut em̄ virga violenter flexa ad vnā partē cū dimittitur plus accedit ad oppositā. Sic aīa que a deo fuit per culpā separata debet deo ꝑ amorem ardētius inherere. De ista dilectione beatus Petrus examinatus fuit per xp̄m. Johā. vlti. Symon Joannis diligis me plus his. q. d. pre alijs debes diligere qꝛ pre alijs tibi peperci. Feruor aūt istius dilectionis apparuit. Jo. xx. Quia Petro ꝛ Joanne venientibꝰ ad monumentum/ petrus prius intrauit ꝙ̄ Joānes qui tamē Joannes prius venerat. frequenter enim qui vltimo veniunt post culpam sunt feruētiores ꝙ̄ innocētes. Tertio acceptio grauioris laboris. sicut enim infirmus propter sanitatem consequendā libenter bibit potionē amarā quam sanus nō biberet. Sic ex quo homo peccauit debet gratis opera laboriosa subire. Job. vj. Que prius nolebat tangere anima mea nunc pre dolore cibi mei sunt. Hoc autem apparuit in Petro qui priusꝙ̄ peccaret timuit ambulare ꝑ mare. Mat. xvj. Sed postꝙ̄ peccauerat vt audiuit Jesum esse in littore/ tunica succinxit se ꝛ misit se in mare. Joan. vltimo. Per mare aūt penitētia intelligit. ergo beatus petrus bene fuit per xp̄m in eccl'ia exaltatus: ꝛ per collationē clauis penitētie quā post lapsum habuit et clauis potētie quā super cunctū populum pre omnibus obtinuit. Et de hoc pōt intelligi illud Eccle. xv. Exaltabis illū apud proximos suos. Et in ecclesia aperuit os eius/ ꝛ impleuit illum spiritu sapientie et intellectus et stola glorie induit eum. Jocūditatem ꝛ exultationem thesaurizauit super eum. Et hec omnia recognoscit beatus Petrus per verba Psal. Non auertit faciem suam a me/ supple cum eum negarem ꝛ cū clamarem ad eū exaudiuit me scʒ cū in maris fluctibus ambularem. Et apud te laus mea/ cum de te dei filius confessus sum dixisti beatus es symon ꝛc. In ecclesia magna supple vtrāꝙ̄ clauem sum assecutus et penitentie ꝛ potētie. Uota mea reddam in conspectu timentium eū omniū mihi scilicet subditorum. Hec de secundo principali.

¶ Quantum ad tertium nota. ꝙ hec est differentia inter diuinā scientiam et humanam/ inter ius diuinū et humanum/ inter theologiam ꝛ humanas scientias/ ꝙ in alijs scientijs a diuina scholares ꝛ bachalarij ascendunt cathedrā doctorum et legunt in ea: sed in scientia et schola diuina ꝛ theologia nullus ascendit cathedram sui magistri donec sit doctoratus ꝛ magistratus: nec legit in ea. Beatus Petrus non didicerat cū christo humanas sciētias sed diuinam: immo qꝛ anteꝙ̄ ad christum venisset sapiebat ea que hominum ꝛ mundi christus eū doctorare noluit: nec incathedrare: sed repulit. Matth. xvj. dicens. Uade retro sathana/ quia non sapis ea que dei sunt: sed que hominum. Sed postꝙ̄ in diuinis instructus licentiatus et doctoratus fuit et christus sibi. Matth. xvj. testimonium perhibuit. Beatus es symon bariona ꝛc. ei suā scholam suos discipulos suam ecclesiā in sua cathedra erudiendam/ regendā ꝛ docendam commisit. Jo. vlti. Pasce agnos meos: pasce oues meas. Ideo hodie in huius signum in cathedra eum sedere fecerūt/ propter qđ potest dicere. illud Ezech. xxviij. In ca

thedra dei sedi. Quod autem beatus Petrus fuerit bonus doctor/ bonus magister in theologia. apparet in bona eruditione scholarium multiplici et efficaci aggregatione ipsorum / quia manifestum signum est ꝙ doctor sit sufficiens et excellens quando multi doctorem sequuntur et bene proficiunt. Ita fuit in beato Petro: qui ut legitur Actuum. v. Ad eius doctrinam augebatur credentium multitudo virorum ac mulierum: ita ut in plateis eijcerent infirmos et ponerẽt in lectulis ut veniente petro saltem umbra illius obumbraret quemꝗ ipsorum et liberarentur. Currebat autem multitudo vicinarum ciuitatum afferẽs egros et curabantur. Causa autem efficacie eius doctrine fuit hec. Bonus doctor docens alta ⁊ subtilia facit discipulos ꝓficere quando altas subtilitates eis ostẽdit grossis similitudinibus et exemplis. Ita fecit Petrus quia subtilia et difficilia que verbis docebat: sua bona vita et suis operibus bonis subditis ostendebat credenda et agenda. Iste erat bonus doctor in bona cathedea. non de illis de quibus dicitur. Matth. xxiij. Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei/ que dixerint vobis facite. Sm vero opera eorum nolite facere. dicũt em̃ et non faciunt. Hec est cathedra pestilentie/ quam beatus Petrus fugit/ sicut in Psalm̃. scriptum est. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorũ/ et in via peccatorum non stetit et in cathedra pesti. non sedit. Sed in lege domini voluntas eius. Ad hanc beatitudinem ⁊c.

¶ Collatio. lxxviij. De festo conceptionis vel natiuitatis beate Marie virginis. ex Psal. cviij.



U domine fecisti eam. In psalm̃. cviij. Scriptura sacra deum patrem vocat auem: ut turturem. Canticorum. ij. Uox turturis audita est in terra nostra. Ratio autem est duplex. una est quoniam sicut certo tẽpore anni in terra vox turturis auditur et turtur etiam abscondita in voce cognoscitur: ita dei filius qui dicitur verbum et vox patris certo tempore a patre diffinito quando ante erat apud patrem in celo auditus est in terra qui deum patrem absconditum nobis predicauit ⁊ cognoscere fecit. Ad Galat. iiij. Ubi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factũ ex muliere/ factum sub lege. Sequitur In corda vestra clamantem/ Abba pater. Secũda ratio est. quia turtur volens prolem propriam educare domum construit nidum facit: ubi reponat pullum suum/ que quidem domꝰ et si sit de terra lignis et paleis/ tamen semper intus ponit aliquid delicatum et pulchrum ne pullus ledatur/ pungatur/ anxietur vel maculetur. Ita fecit deus pater cum non haberet nisi unicum filium volens ipsum in hunc mundũ mittere ⁊ in nostra humanitate paruulum incarnatum nutrire et educare domum specialem: nidum singularẽ/ prius ipsi construxit qui nidus ⁊ que domus fuit virgo beatissima quã nouem mensibus corporaliter christus inhabitauit. Et licet hec domus iste nidus fuerit de terra et palleis: id est de carne et ossibus de nostra humanitate sicut una mulier alia: tamen in ea fecit deus singulare ꝙ ne dei filius modo aliquo posset anxiari/ pungi/ vel ledi: quia hoc non posset esse nisi per peccatũ aliquid pulchrum mundum delicatum contra peccatum intra nidum posuit gratiam scʒ suam copiosam statim ab instanti conceptionis que non solum maculam culpe originalis quam ut quelibet mulier alia contraxit ab ea purgauit immo ab omni culpa actuali/ deinceps immunẽ conseruauit. B. Ego puto ꝙ copiosior sanctificationis benedictio ꝗ in alijs sanctis in ea descẽderit/ que nõ solum illius ortũ sanctificaret: sed ⁊ vitã ab omni peccato deinceps immunẽ conseruaret. quod alteri nemini natis mulierũ creditur esse donatum. Hoc autẽ fecit solus ipse deus cuius et non alterius est gratiam suam conferre. hoc predixe

rat Psalm̃.Et enim passer inuenit sibi domum/et turtur niduz vbi reponat pul=
los suos.Et ne quis dubitet domũ hanc debere intelligi de beata virgine:spiri=
tualiter subiungit.Beati qui habitant in domo tua dñe.Hoc autem satis figu=
ratum est.iij.Reg.iij.Cum Salomon vellet habere solium in quo sederet ad re
gendum populum/dicitur ibi:ꝙ fecit Salomon thronũ de ebore grandem ⁊ ve
stiuit eum auro fuluo nimis. Quis est iste salomon nisi dei filius pacificus/ de
quo ipsemet ait?Ecce plusꝙ̃ salomõ hic / quis est autem thronus nisi virgo bea
ta:in qua dei filiꝰ sedit nouẽ mensibus? Quid est autem iste thronus eburneus
nisi quia puritate et virginitate candidissimus? Sed vestiuit eum auro fuluo
nimis quia virginem gratia sanctificante cũ omnibus virtutibus statim a prin
cipio sue conceptionis plenissime induit et vestiuit.Ideo dicit Psal.Sanctifica
uit tabernaculum suum altissimus.scilicet per gratie et virtutum infusionem:
deus in medio scilicet christus/non cõmouebitur propter peccati originalis ex=
pulsionem ⁊ actualis preseruationem.Adiuuabit eam deus mane diluculo/qr
hoc fuit factum statim ab eius conceptionis principio.Sequitur dominus vir=
tutum nobiscum quia per eam venit ad regendum populum suum.Ideo Psal.
videns virginem beatam domum dei sanctam habitaculum sancti spũs pre
paratam a solo deo sua gratia sanctificatam/ꝙ ipse fuerit eius artifex ex cau=
sa mirabili artificio.Ideo in verbis propositis recognoscit.Tu domine ⁊c. vbi
tria summa describit/quia summum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Operariũ | tu domi= | Descri | — | Operariũ excedentis potestatis. |
| Operatoriũ | ne fecisti | bitur | | Opatoriũ pficiẽtis integritatis. |
| Sãctuariũ | eam. | autem | | Sctũariũ excellẽtis dignitatis. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Habemus ergo | — | Operario potestatem precipuam. | Tu domi= |
| in huius domꝰ | | Operatorio integritatẽ continuã. | ne fecisti |
| dei. | | Sanctuario dignitatem deifluam | eam. |

¶Quantum ad primum notandum/ꝙ in his que communiter accidũt non est
necessarium excedens et singularis potestas : sed in his que raro vel nunꝙ̃ ac=
cidunt et quasi videntur impossibilia:vt de nouo fiant requiritur actor singu=
laris virtutis et potestatis.verbigratia.ad hoc ꝙ planta que est rosarium pro=
ducat rosam non requirit:vt plantator rosarij sit singularis potestatis: sed ad
hoc ꝙ rosarium produceret cedrum vel palmam requiritur ꝙ plantator rosa=
rij esset singularis virtutis et potestatis.Ita in proposito ad hoc ꝙ vnum rosa
rium vna persona producat aliam rosam:id est quamcunꝙ̃ personam commu=
nem non est necessaria virtus nisi communis.Sed ad hoc ꝙ vna mulier produ=
cat rosam et palmam id est hominem et deum quod videbatur/et est secundum
naturam impossibile requirebatur operarius infinite virtutis.Et ideo quia vir
go beata fuit illud rosarium/ quod produxit palmam et cedrum dei filium et
hominem:et deum necessaria fuit diuina virtus excellens ad eam plasmandam
et faciendam.Ideo dicit Psalm̃.Tu domine fecisti eam ⁊c.Alibi in Psal. A do
mino factum est istud.et est mirabile in oculis nostris. Vtiꝙ̃ duplex mirabile/
quia in conceptione virginis supra naturam sterilis fecundatur. Nota quomo
do parentes erant steriles et in ea fecundati fuerunt. vide hystoriam in floribus
sanctorum.Nox media vt dies illuminatur:quia existens ipsa in medio noctis
silentio:id est in matris vtero et ipsa in vmbra originalis peccati concepta sta=
tim per sanctificantem gratiam illuminata fuit.A domino factum est istud mi
rabile et non ab alio.Ideo Psalmista.Cantate domino canticum nouum:quia
mirabilia fecit.Et hec de primo.¶Quantum ad secundũ nota. ꝙ Mercator sa=
piens veniens ad nundinas suas merces volens explicare et vendere. Primum
quod facit cogitat de bono opatorio ⁊ illud cũ diligentia ordinat ⁊ disponit:vt

in eo possit se et sua ponere defendere/custodire/ostendere/et vendere. Ita spiritualiter dei filius venit in hunc mundum sicut mercator. Ut Augustinus dicit. Habens venale regnum celorum vtiqꝫ/in quo sunt multa iocalia preciosa/multe preciose merces. Ut igitur hic mercator possit omnia bona sua omnes virtutes explicare disposuit vnum operatorium/fecit pulcherrimam domum/ suam matrem virginem gloriosam in qua posuit omnem perfectionem et gratiā/pingendo diuersas perfectiones et diuersa signa diuersarum virtutum/ sicut pinguntur in operatorijs diuersa scuta. et ibi primum/ quod explicauit. Fuerunt tres lapides preciosissimi: scilicet tres persone trinitatis/ et vnus lapis/ scilicet vna persona. scilicet filij fuit in illo operatorio in auro in castrata:id est in virginis vtero incarnata/et ante istud operatorium nullum aliud potuerat ad hoc idoneum inueniri. Ibi deus explicauit merces omnipotentie/ quia fecit fecundam sterilitatem matrem virginem deum hominem/verbum carnem quis vnqꝫ in alio operatorio istam inuenit permutationem/ibi explicat merces pietatis et misericordie. Exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens: vt seruos redimeret et fratres faceret etc. filios naturaliter sclauos etc. Hic de mirabilibus mercibus:vt placuerit quas ibi mirabiliter explicauit. Et ideo istud operatorium non alius nisi ipse fecit et perfecit. Esaie duodecimo. Cantate domino quoniam magnifice fecit:annunciate hoc in vniuersa terra. Exulta et lauda habitatio syon/qꝛ magnus in medio tui sanctus israel. Ueniant obsecro ad nundinas istas omnes sancti et sancte dei:dicant mihi in cuius operatorio sunt hec magnalia sanctus israel in medio infinitus in ventris cētro paruulo. sol in stella celum/in terra/mare in fonte pater in filia nusqꝫ alibi nisi in isto beato operatorio possent hec reperiri. Ideo. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. In psalmo. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertiū nota. ꝙ beata virgo Christo soli comparata per scripturam. Luna vocatur. Psalmist. Thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta. Quia vt dicunt doctores/luna habet triplicem conditionem/in respectu ad solem. Nam ipsa primo in principio sue creationis statim a sole fuit illuminata. Ipsa vlterius secundo est collatrix luminis recepti inter omnia corpora celestia modo largiori. Quis igitur venus sit receptrix et collatrix solaris luminis :tamen luna quia modo largiori hoc habet singulare. Tertio ꝙ in nullo et a nullo celesti:corpore sol eclypsatur nisi a luna. Quando enim luna se ponit inter nos et celum ex opposito solis et sol intrat oppositionem ad lunam:tūc sol licet non in se tamen quo ad nos eclypsatur. Ita spiritualiter Beata virgo immediate a sua creatione lucem a sole dei filio sanctificationis recepit. Secundo ipsa super oēs creaturas fuit receptrix persone filij dei et largiori modo: qꝛ non solum per gratie receptionē:sed persone incarnationem. Et ideo modo ampliori et perfectiori dei est nobis collatrix et allatrix qꝛ genitrix veri solis. Ideo tertio in nullo alio corpore diuinitas persone filij dei est eclypsata. id est occultata et incarnata nisi in hac sola luna:in qua tanqꝫ media inter nos et Deum se ponens dei filius diuitias sue claritatis occultauit. et ideo ipsa nobis solem verum eclypsans deum nobis protulit et hominem quia inquantum humanatuꝫ intantum eclypsatum. Ideo ipsam dixi sanctuarium deifluum vel deiflue dignitatis. De hac Apocalipsis vigesimo primo. Claritas dei illuminabit eam et lucerna eius est agnus:et ambulabunt gentes in lumine eius/et reges terre afferēt gloriam. Ad eius gloriam etc.

¶ Collatio. lxxix. de festo purificationis beate Marie virginis. Ex psal. cix.


Ominus a dextris tuis. In psal. cix. In nostro vulgari prouerbio dicitur sic. Qui pmet z poînt natent: ses parolles en vain despent. Hoc est recte illud prouerbiorum. xxv. Nubes z ventus z pluuie nō sequens vir gloriosus z promissa nō complens. Hoc pro tanto dico q multum distat z permagna est differentia inter dei z diuinas z mundi z mundanas promissiones: q2 mundi z mundanorum promissio: est mentiri fallere et deceptio. In psalm. Diminute sunt veritates a filijs hominum/ dei vero z diuina promissio est fieri facere z executio. Ipse dixit z facta sunt. In. ps. Mūdus nāq z mundani in suis promissionibus de vento in verbis seruiunt/ z in facto deficiunt. Iuxta illud vulgare prouerbium. De grandes parolles z petit faict. pre mittunt enim z promittunt mirabilia z sequitur in facto: deficit. Nota de illo q amico suo multa pro eo z pecuniam/ z alia traditurum frequenter promiserat: z cum fuisset per amicum super promissis requisitus vt traderet respōdit se nullo modo facere posse. Tunc ille: quare ergo mihi promisisti tam frequenter? Et alius. O domine. Souffres que on vous honnore. Sustineas q verbo honoreris hoc redarguebat. ps. Amico. sc3 in promissis mentiri z vento vano pascere/ Filij hominum vsq3 quo graui corde vt quid diligitis vanitatem z queritis mendacium. Ideo mihi sic videtur esse de promissoribus mendacibus sicut de sue seu porca. Scribunt philosophi/ q ita dicunt experti q porca pregnans quando est gracilis z multum tenuis multos parit porcellos: quādo vero est multum grossa ventrosa z lata/ videtur q debeat plurimos porcel'os parere/ tunc habet solum vnum vel duos aut nullos z q̄to inflatior tanto sterilior. Ita de multis q̄to sunt inflatiores/ abundantiores verbis tanto defectuosiores in factis. Ut dicit ille versificator de talibus mendosis. Sepe minus faciunt homines qui multa loquuntur. q2 igitur inter verbum z factum debet esse statera z compensatio recta inter dicere z facere/ promittere z complere/ z in multis. Hoc non est dixit. ps. Mendaces filij hominum in stateris: vt decipiāt ipsa de vanitate in idipsu3. Hoc habemus nō solū in figura: imo in re gesta. ij. Macha. Nā. xj. cap. legitur q8 Antiochus rex post multa bella cum iudeis promisit inducias et securitatem. Unde scripsit sic. Damus dextras securitatis vt iudei vtantur cibis et legibus suis z nemo illorum molestiam patiatur de his que per ignorantiā gesta sunt. Non sic autem compleuit/ quia vt immediate. xij. capitulo legitur. Joppite de parte regis rogauerunt iudeos ascendere scaphas. id est naues. Et illis acquiescentibus pacisq3 causa nihil suspectum habentibus cum in altu3 processissent submerserunt non minus q̄ ducentos. Ita facit mundus. Applica. Sic factum est etiam in Christo. Cum enim Christi passio immineret Petrus promisit cum ceteris apostolis Christo mirabilia. Math. xxvj. Si oportuerit me mori tecum/ non te negabo. Similiter z omnes discipuli dixerunt. cum aūt venerūt ad opus quilibet venit z defecit. Unde omnes relicto eo fugerunt: imo q8 fuit peius Petrus ter ipsum negauit: propter q8 Christus dicebat illud. ps. Considerabam ad dexteram z videbam z non erat qui cognosceret me. Ideo. ps. Iratus z vidēs q non solum ad imperfectos imo ad perfectos ad Christi discipulos se 'extēdit vana promissio mendacium z deceptio: in ira ita conclusit. Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax. Non sic autem est de deo z diuina promissione z hoc habetur pulchre Numerorum. xxiij. Cum enim rex Balac a propheta Balaam peteret quid locutus est dominus. Respondit. Non est deus quasi homo vt mētiatur nec vt filius hominis vt mutetur. Ad propositum Symeon deum orans vt posset videre Christum domini promissum z responsum accepit a spiritu sancto non visurum se mortem nisi videret Christum. Luce. ij. Igitur hodie Christo oblato in templum venit et Symeon z inuenit Christu3: in vlnas suas accepit

cuius in sua dextera gestauit ipsum. ps. igitur prophetico preuidens spiritu diuinum promissum Symeoni impletum Christuz in brachijs et dextera Symeonis collocatū per verba assumpta Symeonē sic alloquitur. Dn̄s a dextris tuis. vbi nota q̄ q̄ntum innuant verba. ps. Istud promissum diuinum erat per

Fidē cognoscibile } in vi { creatoris — Is sctūs Symeon sm̄ ista
Spem eligibile } in vi { directoris — hodie Christo exsoluit
Charitatē diligibile } in vi { saluatoris — triplex debitū q̄r debitū
cognitionis — dn̄s a — exsoluit aūt { cognitionis } modo
electionis — dextris — mōvaldevti { electionis } modo
dilectionis — tuis — li q̄r debitū { dilectionis } modo
Timorato — dn̄s a — fuit aūt sm̄ { fidē creatoris timorata cognitio
Regulato — dextris — verba p̄missa { spē directionis regulata electio
Premiato — tuis — in facto isto p { charitatē saluato. p̄miata dilectio
Sed { enigmata / practica / saluifica } et { specularis / exēplaris / singularis } Dn̄s a dextris tuis

¶ Quantum ad primum nota q̄ sicut facilior et magis debitus modus veniendi ad dominum est per portam ciuitatis et domus. Ita veniendi ad Christum per fidē que est porta et aditus veniendi ad ipsum. Queramus igit̄ ante Christi aduentum ab isto sancto quomodo ipse ad Christum venit: quomodo Christū quem desiderat dominum suum quem expectat videbit? Respondet q̄ per fidē. dicens illud ps. Credo videre bona domini in terra viuentium. hoc sancte Symeon si credis si tenes pedem in porta fidei. Expecta dominū viriliter age et confor. cor tuum et sustine dominum. Uerum ait expectaui et sustinui quia responsum accepi non visurum me mortem nisi viderem Christum domini. Et ideo dico cum. ps. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit aīa mea in domino. Et tantum sustinui et iuxta verbum suum expectaui q̄ hodie inueni vidi et tenui: q̄r dominus meus iuxta suum promissum intendit mihi: vnde dico cum. ps. Expectans expectaui dominum et intendit mihi. Est autem sciendum q̄ cognitionem Symeonis habitam per fidem de Christo hodierna die vocaui diuidēdo timoratam et enigmaticā: et ideo dicitur hic dominus. In hoc enim nomine dominus includitur potestas que debet timeri et diuinitas que desideratur videri: et ideo dicitur hic dominus et non deus. Primo quidem quia ex quo creditur dominus quis existens seruus suum dominum non timebit: et potissime sciens voluntatem domini quam non implebit. vt dicitur Luce. xij. Seruus faciens voluntatē domini sui et non sciens vapulabit plagis multis. Unde Symeon dominū suū et agnouit et timoratus timuit. sed de nobis non sic qui hodie venimus ad templum, et cum luminibus venimus ad ipsum: et tamen lumen habentes in manibus nec videmus nec cognoscimus nec timemus nec diligimus: vnde cōqueritur ipse qui hodierna die se venturum promiserat Malach. iij. dicens. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis. Et dicit per eūdem Malach. capitulo primo. Si ergo pater ego sum vbi honor meus: et si dominus ego sum vbi est timor meus. Ad istam autem conquestionem respondet. ps. dicens sic q̄ maleficus videns gladium in vagina iudicis stare iacere et non moueri nec euaginari: nec iudicem nec gladium eius timet. Sed quando videt gladium euaginatum in manu iudicis contra maleficum vibratum ad mortem ad decapitationem approximatum tūc reus formidat et timet: immo tunc iram et sententiam iudicis per mortem gladij experitur. Sic spiritualiter in hoc mundo in presenti vita deus tenet gladium sue sententie in vagina. non enim ostēdit

non exercet non datur semper executioni: sed deus dissimulat expectans penitentiam peccatorum ⁊ non vult eum ferire percutere ⁊ decapitare. Nolo ait mortem peccatoris sed vt cõuertatur ⁊ viuat. Sed in morte in iudicio tam particulari cuiuslibet ꝗ̃ omnium vniuersali deus gladium sententie extrahit ⁊ euaginat tũc ferit ⁊ percutit ⁊ impenitentem peccatorem sententiat mucrone iustitie atq̄ dãnat. Et hec est causa quare peccatores non timent dominum in hac vita: cum tamen ex hoc plus timeri deberet. Hec omnia describit. ps. ⁊ quoad bonos timẽtes ⁊ quoad malos presumentes dicens. Iustum adiutorium meum qui saluos facis rectos corde. quantum ad timentes. Sequitur. Nisi cõuersi fueritis gladiuz suum vibrauit: arcum suum tetendit ⁊ parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis. hoc quantum ad negligentes ⁊ presumentes hoc est recte illud predictuz per eum. Deut. xxxij. Loquens peccatoribus non timentibus dicẽs. Uidit dominus ⁊ ad iracũdiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui ⁊ filie. Sequit. Si acuero vt fulgur gladium meum ⁊ arripuerit iudicium manus mea reddaz vltionem hostibus meis: ⁊ his qui oderũt me retribuã. ergo debet dominus iste agnitus timore formidari non obstante ꝙ hac in vita gladium inuaginatũ teneat / ⁊ non teneat euaginatum nec vibret. Ideo dixit. ps. Timete dominum omnes sancti eius: beati oẽs eũ qui timent dominum ⁊c. Secundo vlterius vocaui hanc cognitionem Symeonis enigmaticam ⁊ specularem: quia in hac vita per fidem tam ⁊ ipse ꝗ̃ nos videmus nunc per speculum ⁊ in enigmate: sed tandem facie ad faciem: ⁊ ideo dicitur hic dominus / per hanc enim dictionem dominus patet in Christo humanitas ⁊ latet diuinitas. Humanitas quidem patuit Symeoni oculo corporali exteriori ⁊ diuinitas oculo intellectuali interiori: et ideo clare non dicitur deus sed velate: ⁊ ideo dicitur dominus. Sicut enim granum latet in spica ⁊ palea ⁊ intra spicam ⁊ paleam ad tactum granum cognoscitur. Ita Christi diuinitas sicut granuz frumenti latebat in humanitate sicut in palea ⁊ in spica: sed ad tactum fidei cognoscebatur. Ita legimus Johan. xx. Quia Thomas dicentibus alijs Apostolis / vidimus dominum / ipse clausit portam ⁊ noluit intrare per fidem sed solam spicam credebat dicens / Non credam. Sed Christo veniente ⁊ dicente ꝙ palparet spicam ⁊ granum inueniret. Infer digitũ tuum huc ⁊c. statim spicam ⁊ granum agnouit. Unde exclamauit spicam ⁊ granum / dominus meus ⁊ deus meus. Ita vtrũq̄ cognouit sanctus Symeon: ideo dicitur hic dominus: ergo ne sancte Symeon vidisti Christum domini? Uidisti iuxta promissum spiritussancti. Intrasti ne per portam fidei ⁊ ciuitatẽ dei? Certe ait cum. ps. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutum: in ciuitate dei nostri: quia vidi dominũ ⁊ deum. Hec omnia q̄d scilicet sanctus Symeon habuerit de Christo cognitionem timoratam specularem ⁊ enigmaticam / pulchre ad hoc propositum ostendit Luce. ij. ⁊ recitatur in euangelio hodierno. Unde dicit q̄d Symeon erat iustus et timoratus. In cuius signum se seruum vocauit: et Christum dominum: et de timendo gladio predicauit. Nunc (inquit) Dimittis Domine seruum tuum in pace. Et sequitur. Et ecce positus est hic in ruinam / et in resurrectionem multorum. Et iterum. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. In quibus omnibus in recognitione serui domini ⁊ gladij habemus manifeste cognitionem timoratam: q̄d autem habuit specularem ⁊ enigmaticam ostendit: quia penetrauit per humanitatez ad diuinitatem. Unde ait. Uiderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: ⁊ gloriã plebis tue israel. Ergo potest dicere sanctus Symeon illud Genes. xxxij. Uidi dominum facie ad faciem: et salua facta est anima mea. Hec cognitio timorata: quo ad primum: specularis ⁊ enigmatica: quo ad secunduz: de Christo hodie debet

esse in nobis: in isto enim puero est diuinitas latens/ et est humanitas patens/ et est potestas excellens: que tria significantur per candelā quam portamus: qr ibi est filum latens per quod diuinitas/ ibi cera patens per quod humanitas: ibi ignis ardens per quē excellens potestas designatur. Ex quibus datur intelligi ꝙ christo debemus timorē ratione potentis potestatis: et fidē ratione latentis diuinitatis. hec simul exsoluebat. ps. Dn̄s illuminatio mea et sa.me. ecce fides/ quem timebo. ecce timor: ergo timeat dn̄m oīs terra: quia btūs vir qui timet dn̄m. Hec de primo principali.

¶ Quantū ad secundū sciendū ꝙ dextera a dando dicta est. Nam vt dicit Isidorus. Dextra pignus pacis datur. vnde ad Gal.ij. Dextras dederunt mihi ꝛ barnabe societatis. Sinistra autem a sinendo et sustinendo dicta est ex eo ꝙ rē sustineat et per dexterā sibi sinat. Hec est aūt natura brachij dextri et sinistri: ꝙ illa que cor diligit brachia diligāt et in amplexū eorū voluntarie se extendant et quod a corde amplius diligi sentiunt plus cordi applicant intim̄ vt totū dilectum toti amāti cordi imprimerēt si valerent: verū est ꝙ differenter: qr brachiū sinistrū rē amplexatā sustinet et sustentat. dextrū applicat cōstringit et approximat. Ita fuit in sancto symeone et corporaliter et spūaliter ipse summe dei filium diligēs quem summe desiderauerat eo habito statim in amplexus hodie ruens more nutricū puerū in vlnas accepit sinistra sustinendo ꝛ dextera amplexando: et ad se quē summe diligebat summe stringendo. et hoc quidē corporaliter: sed insuper etiā spiritualiter quia sinistra in qua est cor significat ad deū charitatē et amicitiā: dextra in qua est operatio significat ad proximū equitatē et iustitiā: et istis duobus brachijs sinistra charitatis ad deū et dextra eq̄tatis ad ꝓximū amplexabaꝫ xp̄ꝫ. vn̄ dictū est. Canti.ij. Leua eius sub capite meo ꝛ dextera illi⁹ amplexabiꝫ me. ita debem⁹ hodie xp̄m āplexari charitate ꝛ amicitia quo ad ipsum: iustitia et eq̄tate quo ad ꝓximū. sed sic est de christo sicut de puero: puer eīn inter amplexus summe timet puncturā vel acus vel alterius rei pungentis existētis in pectore amplexantis: et in pūctura stare nō potest. ita de christo/ christus eīn summe horret puncturā pectoris. i. cōscientie ꝑ peccatum mortale qd̄libet remordentis: et q̄uis oēm puncturā peccati horreat singulariter tn̄ iniustitie que fit ad pauperē ꝓximū in cuius persona ipsemet pungiꝫ: vt qn̄ fit iniustitia et oppssio ꝓximo/ odio/ rancore/ inuidia/ ira/ vindicta/ ꝑcio precē susceptis muneribus vel tollendo ꝓpriū vel nō reddendo debitū: quia ista pungunt christū et ipse punctus finaliter in iudicio pungit eos: vnde dixit ps. Ne ꝑdas cum impijs deus animā meā: et cum viris sanguinū vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Hec est pungens et lacerans dextera non astringens nec amplexans. de qua ps. Dextera eorum iniquitatis. Isti in iudicio non ponentur ad dexteram sed ad sinistrā nihilominus a dei dextera percutienꝫ: cum enim cōtra iustitie dexterā peccent ꝑ dexteram iustitie punientur. de eo autē loquitur ps. Iustitia plena est dextera tua. Et ideo dextera tua inueniat oēs qui te oderūt. Pones eos vt clibanū ignis ꝛc. In huius signū sanctus symeon in euangelio hodierno iustus describiꝫ qui christū in dextera sua suscepit. Luc.ij. Hō iustus et timoratus. Iō quātū ad ipꝫ tunc per corporalem presentiam quoad nos: nunc per deuotionem et gratiam ꝙ eum sustinentes debeamus esse iusti per dexterā ad proximos predixit Esa. xlviij. Suscipiet te dextera iusti mei. Faciamus ergo vt. ps. qui dixit. Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi. Hec de secundo principali.

¶ Quantū ad tertiū nota ꝙ christus diligentes se diligit: et sicut curialis dn̄s suos dilectores premiat et remunerat. Et quia sanctus symeon christum non so

lum presentē et habitū: sed absentē et futurū summe diligens ardenter desideraverat. vnde dicebat: putas videbo? putas hic me inueniet? &c. Idcirco christus cum summe dilexit eū summe remunerauit: qr viā vite ad paradisum que ante christū nunq̄ aperta fuerat ei per se aperiendā ostendit sui p̄sentia quod alijs prophetis et patriarchis nō fecerat: eū letificauit sua p̄sona p̄pria p̄ suam diuinitatē ipsum tandē beatificandū et suis delectationibus coronandū: & ad suā tandē dexterā sicut ipse in sua eū dextera portauerat collocandū ostendit. Ideo hec tria ipse sanctus symeon per p̄s. christo confitet. Notas fecisti mihi vias vite: adimplebis me letitia cū vultu tuo delectationes in dextera tua vsq̄ in finem. Nota autem q̄ sic est de peccatore christū amplexante sicut de homine in periculo existente. Sepe enim contingit q̄ homo existens in periculo submersionis suo proprio conatu suis brachijs de gurgite exire nō potest: sed quādo inuenit alium ad quē recurrat quē amplectat qui sua dextera eū alleuet et extrahat tunc illius virtute saluat. Ita spiritualiter peccator in culpa est in periculo submersionis: p̄prijs aūt viribus aquā et gurgitē peccati exire non pōt sed qñ ad christū recurrit et ipsum brachio amicitie quo ad deū: et brachio iustitie quoad proximū amplectit per christū a submersionis periculo liberatur. Ita dicit p̄s. Brachiū eorū non saluauit eos: sed dextera tua et brachiū tuū et illuminatio vultus tui qñ cōplacuisti in eis. Hoc fuit figuratum. Mat. xiiij. Petrus enim in aqua existens et proprijs viribus exire non valente cum cepisset mergi clamauit: dicens. Dñe saluū me fac. et statim christus extendens ei manū liberauit eum. Unde Grego. in collecta. Deus cuius dextera beatū petrum ambulantē in fluc. ne mergeret erexit &c. Ita facit christus hodie peccatoribus ad eū clamantibus et per penitentiā recurrētibus / et tentationes demonū fugientibus. Applica. Ideo dixit p̄s. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me et super irā inimicorū meorū extendisti manū tuā et saluū me fecit dextera tua. Hoc idem p̄s. expertus quia de aquis peccatorū a deo per suū clamorem liberatus qui dixerat: Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aque vsq̄ ad animā meā. Tandē per penitentiā exauditus et manū diuinā liberatus dixit: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem. Non moriar sed viuam. Sequitur. Confitebor tibi dñe quoniā exaudisti me et factus es mihi in salutem. Ad quam &c.

¶ Collatio. lxxx. De festo Euch aristie: vel de cena domini. ex Psalmo. cx.

Memoriā fecit mirabiliū suorū misericors et miserator dñs: escam dedit timētibus se. In p̄o. cx. Prouidus paterfamilias suis domesticis consueuit de alimento et esca tanq̄ de principaliter necessarijs sollicite prouidere. Ita tempore famis fecit patriarcha Jacob. Gen. xlij. vbi dicit / Consumptis cibarijs que detulerant de Egypto dixit filijs suis: reuertimini et emite paruillū escarū: nec sufficit habere escas nisi s̄m diuersitatem et cōditionē domesticorū: habeat diuersitas cibariorū: qr vt dicitur Mat. xv. Non est bonū sumere panē filiorū et mittere canibus. Id eo sapiēs pr̄familias prouidet de alimentis iuxta conditionē sue gentis vnicuiq̄ s̄m p̄priā conditionē. Ita fecit Noe / habens enim diuersa in archa animalia iuxta omniū conditionem de dei precepto posuit diuersa cibaria. Genesis. vj. Tolles ex omnibus escis que mandi possunt / vt sa. tam tibi q̄ illis in cibum. Ita videmus in operibus nature: quia mater lacte nutrit paruulos: pane cibat adultos. et hac forma idem faciebat ille paterfamilias Paulus: quia lacte nutriebat paruulos: pane pascebat adultos. Unde dicebat. j. Cor. iij. Tanq̄ paruulis in Christo lac potum dedi non escam. Hec ideo dixerim quia dei filius ille paterfa-

milias qui habet multos domesticos/operarios/missos in vineam suam ipse habet duplicem domum: vna est magna domus in qua habet domesticam familiam omnem corporalē creaturā. Hec domus est iste mundus sensibilis quē inhabitamus: q᷑ ergo omnis creatura viuens in hac domo indigebat nutrimē to dixit ps. Oia a te expectant: vt des illis escā in tpe. Et hanc dedit deus a mū di principio. Unde Gen. j. loquitur deus Ade. Ecce dedi vobis omnē herbam et vniuersa ligna que habent in semetipsis sementū vt sint vobis in escā ꝛ cūctis animantibus terre: vt habeant ad vescendū. Alia est domus singularis eius camera. s. militans non dico catholica: sed gn̄aliter omnium hominum ecclesia in qua specialiter sunt certa et singularia animalia/singularis cibi quia non solū sunt ibi animalia ad onera portanda: immo sunt ibi aues ad cantandū. Sicut cōiter cōsueuerunt tenere magni dn̄i in cameris suis oportuit ꝙ deus tā alalibus ꝙ̄ auibus de pabulo prouideret: per animalia et iumenta onera peccatorū portantia intelligo Judeos et infideles. per aues cantantes intelligo Christianos et cunctos fideles Christo deo suo cantantes. Istis ergo deus prouidit spiritualiter. sicut auibus animalibus inuenio prius sum corporaliter et naturaliter. Deus enim ita prouidit ꝙ animalibus et iumentis de feno et herba terrestri prouidit. Sed specialibus auibus et singularibus de rore celesti vt pullis coruorū: de quibus scribūt doctores ꝙ cū in principio sunt in pluma alba parētes nigri eos degeneres reputantes dimittere volunt: et tunc deus eos pascit rore celesti. Ita dei filius prouidit oībus iudeis paganis et oībus infidelibus de pane corporali tanꝙ̄ iumentis de herba et feno corporali. Sed christianis fidelibus tanꝙ̄ pullis albis p innocētiā ꝛ baptismalē gratiā: relictis a iudeis ꝛ paganis a quibus orti sumus: prouidit de rore celesti. s. eucharistie sacramento. Ita dixit ps. Produxit montibus fenū et herbā seruituti hominū. et consequenter distinguit in speciali. Qui dat iumentis escā ipsorū quātum ad iudeos et sarracenos. et pullis coruorū inuocantibus eum/quantū ad fideles et christianos. Et hoc figuratum est. Exo. xvj. Qm̄ ceteris populis infideliū a deo pastis pane corporali et terrestri: solus populus israeliticus deū in deserto inuocans pastus est manna et rore celesti. Ita et nunc ceteris populis infidelibus pastis pane corporali: solus christianus populus deum suū Christū dn̄m in deserto huius mundi inuocans pascitur pane celesti. Ideo dixit ps. Oculi hominū in te sperant: et tu das escam illis in tempore oportuno. sequitur. Prope est dn̄s timentibus eū: nec mirū: quia est in hac esca in corpore. Sicut igitur deus a principio omnibus creaturis prouidit generaliter mō mirabili de esca omnibus et postea singulariter singulis. Ita in fine nouis pullis nouiter in nido fidei sue positis eum inuocantibus de noua esca mirabili modo prouidit quando hoc sacramentum et se in eo sumendum instituit: et hoc dicunt verba proposita memoriam fecit ꝛc. In quibus verbis. Psalm̄. describit huius sacramenti.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Figuram<br>Naturam<br>Culturam | memoriā fecit<br>escam dedit<br>timentibus se | posuit enim dei<br>filius huius<br>sacramenti | figuram<br>naturam<br>culturam |
| In | prodigijs p̄cedentibus<br>mysterijs existentibus<br>idoneis sumentibus | Ideo dicit | memoriā fecit<br>escam dedit<br>timentibus se — ergo ꝛc̄. |
| Figura precedentiū prodigiorum<br>Natura succedētiū mysteriorū<br>Cultura sumentiū idoneorum | est | admirationis on̄se<br>opationis imense<br>trepidatiōis intēse | mēoriā ꝛc.<br>escā dedit<br>timētib⁹ se. |

¶ Quantum ad primum sciendū ꝙ inter omnia mirabilia nostre fidei sunt illa

que de hoc sacramento predicamus et credimus q scilicet in hostia consecrata sit Christus realiter homo et deus q sumendo ipsam christum sumamus et huiusmodi. vt ergo deus ad credendum omnia que sunt in hoc sacramento veraciter facilius nos induceret quantumcunq sint mirabilia premisit diu ante alia mirabilia his similia/ vt reliquis mirabilibus fidem preberent facta mirabilia. Ideo dicit Memoriam fecit mirabilium suorum rc. Mirabilia autem in hoc sacramento que videntur difficilia ad credendum possunt reduci ad sex: que inueniuntur precessisse ordinationem huius sacramenti in rerum natura et in scriptura et ordinando illud sacramentum et deus fecit memoriam mirabilium suorum. et hec per ordinem discurrimus. ¶ Primum mirabile est de panis conuersione et transubstantiatione ponit enim fides catholica q in hoc sacramento conuertitur substantia panis et vini in corpus et sanguinem Christi. Est ergo mirabile quomodo hoc posset fieri: et ad hoc dicendum q faciliter diuina virtute: Et q hoc posset fieri ostendit deus per aliud mirabile quod precessit in natura et scriptura. In natura quidem/ quia videmus quod granum seminatum in terra attrahit terram ad se et conuertitur in herbam: deinde in spicam/ et vltimo in granum. Ita facit vitis quia trahit a terra humorem aqueum et conuertit in vuam: deinde conuertit in vinum. Multo ergo fortius potest hoc facere virtus dei in Christo panem et vinum conuertendo in ipsum. Ad hoc certum est quod virtus celestis vapores eleuatos a terra conuertit in naturam aliam quia aliquando in pluuiam aliquando in pruinam: aliquando in niuem: aliquando in grandinem: aliquando in lapidem: aliquando in ignem/ vt in fulgure: et etiam aliquando in animalia viuentia/ vt in ranas. Et recitat etiam Albertus quod aliquando in pluuia cecidit vitulus: ergo si hanc conuersionem potest facere virtus celestis corporalis: multo fortius in Christo spiritualis: illa non mirantur homines: quia frequentia: que tamen sunt mirabilia hec mirantur homines: quia noua. Quando igitur Christus conuersionem panis et vini in suum corpus et sanguinem instituit: r suorum mirabilium/que erant in natura. Memoriam fecit mirabi. In scriptura etiam hoc mirabile legimus: quia Exodi septimo capitulo. legitur quod in manu Moysi virga in colubrum: et coluber in virgam alternatis vicibus sunt conuersa. Si ergo in manu sacerdotis veteris legis hec mirabilis conuersio facta fuit: quare hec conuersio fieri non poterit in manibus sacerdotis noue legis. Ad hoc legitur. Exodi. septimo capitulo. quod Moyses sacerdos veteris legis omnia flumina Egypti conuertit in sanguinem. Unde psalmista. psalm. lxxvij. Et conuertit in sanguinem flumina eorum et imbres eorum ne biberent Ergo multo fortius potest hoc facere Christus et sacerdos alius noue legis/ quod conuertat panem in corpus/ et vinum in sanguinem. Dices forte: frater tunc ille sacerdos non faciebat hoc virtute verborum sicut modo. Respondeo et dico quod immo. legimus enim Numeri vigesimo capitulo. quod deficiente aqua dicit dominus ad sacerdotes Moysem et Aaron. Loquimini ad petram: et illa dabit aquas. Et ad verbum eorum secundum psalm. Conuertit petram in stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum. Facilius autem videtur panem in corpus/ et vinum in sanguinem/ quam petram in aquam/conuertere. Christus etiam Johannis secundo capitulo. Solo verbo conuertit aquam in vinum. Quod ergo mirabile fecit in illo conuiuio simile facit quotidie in hoc sacramento: Ergo in institutione huius sacramenti et eius confectione deus. fecit memoriam mirabilium suorum: que similia precesserant in operibus nature et in verbis scripture. Ideo psalmista.

Quis deus magnus sicut deus noster: tu es deus qui facis mirabilia: notam fe-
cisti in populis virtutem tuam.

¶ Secu͂dum mirabile est de corporis xp̄i sumptione: q2 sumit̃ et nõ consumit̃. Si
enĩ esset mõs olymp9 deberet esse voratus et consumpt9 xp̄s totiens: et a tot mã-
ducat̃. Certe hoc est mirabile: sed diuina virtute possibile: et nihilominus pre-
cessit in natura et scriptura aliquid simile vbi intelligendũ ꝙ filius dei in scri-
ptura vocatur scientia et sapientia patris: Eccle. xxiiij. Ego sapientia in excel-
sis habitaui etc. Fons eccle. primo. Fons sapientie verbum dei in excelsis. et lu-
men in Psal. Exortum est in tenebris lumen: vocatur autem sapientia et scien-
tia: quia hec sunt huiusmodi nature quod dicta non decrescunt. vnde totam
meam scientiam possem alteri dare: ea tota in me remanente. Fons etiam con-
tinue aquam tribuit et in seipso non diminuit aqua de fonte continue sumitur
et fons non consumitur. Ita etiam videmus de mari quod semper fontes et flu-
mina egrediuntur a mari quia mare est fons omnium fontiũ fluuiorũ et aqua-
rum: et tamen mare non consumitur: nec diminuitur. Ita in proposito filius dei
sapientia et ars patris: lumen de lumine: deus verus de deo natus: fons totius
entitatis: et mare infinite bonitatis existens veraciter in hoc sacramento quo-
tienscunqꝫ et a quocunqꝫ sumpt9: nunqꝫ tamen consumitur. Unde cantam9. su-
mit vnus sumunt mille tantum isti q̄tum ille nec sumptus consumitur. Hoc
mirabile legimus in scriptura: quia tertiĳ Regum decimoseptimo legit̃ ꝙ He-
lyas et mulier vidua comedebant de farina hydrie: et de oleo quod erat in lechi-
to: et tamen hydria farine non defecit: et lechitus olei non est diminutus / iuxta
verbum domini: per farinam hydrie corpus xp̄i in pane: ꝑ lechitũ olei sacramẽ-
tum in consecratione vini intelligo: que sicut tunc sumpta non consumebãtur
in illorum conuiuio: ita nec nunc corpus et sanguis Christi in isto sacramento
hoc idem fuit factum per Christum: quia de quinqꝫ panibus et duobus pisci-
bus satiauit quinqꝫ milia hoim. Mat. xiiij. Et tñ illa sumpta nõ fuerũt cõsum-
pta: immo collegerũt duodecim cophinos fragmẽtorũ q̄ superauerãt his qui
manducauerant: ergo sicut tunc in illo cõuiuio xp̄s fecit: ita facit nunc ĩ hoc sa-
cramẽto. Jõ dicebat Job. v. Ad deũ ponam eloquiũ meũ qui facit magna et mi-
rabilia absqꝫ numero.

¶ Tertiũ mirabile est ꝙ xp̄us dr̃ esse in celo et nihilomin9 in hoc sacro dr̃ esse in
vno altari et in alio: et gñaliter in oĩbus locis in quibus hostia cõsecrat̃. quõ cor-
pus xp̄i põt esse in tot locis. Rñdet̃ ꝙ est mirabile: et tñ diuina virtute possibile
et huius rei precessit exemplũ in natura et in scriptura. In natura quidẽ: q2 vide-
mus ꝙ idem verbum manet in mente et in ore dicentis: et in aure et mente cuiusli-
bet audientis in diuersis locis: ita dei filius q̄ dr̃ verbuꝫ patris põt esse: in scri-
ptura: q2 habet̃ Apoc. vlt. ꝙ Joannes vidit fluuium aque viue splendidũ tan-
qꝫ cristallũ procedentem de sede dei: et ex vtraqꝫ parte fluminis lignum vite af-
ferens fructus duodecim. ergo Joannes vidit vnam rem. s. lignum vite in duo-
bus locis: q2 ex vtraqꝫ parte fluminis alias non esset idem lignum in vtraqꝫ pte
vt ait Hiero. sup verbo illo pš. j. Erit tãqꝫ lignũ etc. vbi est hec snĩa: nõ dixisset
lignũ afferens sed ligna afferentia. Iste fluuius est largitas diuinorũ donorũ
glorie et gratie. In vna ripa huius fluuĳ est paradisus qui irrigat̃ ripa glorie
Alia ripa est presens mund9 qui irrigatur ripa gratie. Lignum vite est xp̄s / q̄
est in vtraqꝫ parte: q2 in dextera patris in paradiso: et in hostia consecrata / per
sacramentum in hoc mundo. ergo fieri potest vt corpus Christi sit in locis plu-
ribus in celo et in terra: in locis pluribus vt in sacrificĳs diuersis et plurib9 al-
taribus. Uerba autem hieronymi loco predicto sed interpolatim sunt ista. Le-
gimus in Apocalypsi. Uidi thronum positum et arborem sm̃ flumen et ex vtra

ex parte ripe ipsam arborem de assumptione corporis dicitur saluatoris: et de medio throno fons egreditur gratiarum: nisi enim crediderimus incarnationem xpi non accipimus istas gratias. Et arbor inquit vna: non dixit arbores: sed arbor vna: si arbor vna est quomodo ex illa et ex ista parte ripe est? Si enim dixisset vidi arbores, fieri poterat vt alie essent in alia parte: et alie ex alia. Nunc tota ex vtraque parte esse dicitur: vnus fluuius egreditur: hoc est gratia spiritussancti: tamen fluuius iste duas ripas habet: et in vtraque parte arbor plantata xps afferens fructus duodecim apostolorum peruenimus ad fructum eius. Ad hoc idem, propositum est illud. i. Reg. xviij. Qz illa mulier suscitauit Samuelem et apparuit in hoc mundo: et tamen realiter erat in limbo. Diuerso ergo modo essendi fuit Samuel hic et ibi. Consimiliter xps est in celo localiter et in hostia sacrata modo essendi diuerso. Idem legimus Act. ix. qz Paulus erat in hoc mundo: et tamen fuit nesciens an in corpore: an extra: super? in tertio celo in illo triduo quo ieiunauit vnde ipse confitetur se fuisse raptum vsque ad tertium celum: Si igitur Saulus fuit in terra simul et in celo: quare xps non potest esse in celo et in sacramento? Idem legimus de beato Ambrosio licet non sit in canone scripture quod fuit simul mediolani vbi celebrabat: et Turonis vbi beatum Martinum sepeliebat. Ideo dicebat ps. Quoniam magnus es tu: et faciens mirabilia: tu es deus solus.

¶ Quartum mirabile est quomodo corpus xpi potest in tam parua hostia contineri: et non solum in tota hostia: sed in qualibet parte eius minima ab alijs diuisa. Responsio est. Licet sit mirabile: tamen deo possibile: et huius inuenimus simile in natura: quia videmus quod sol qui est maior tota terra recipitur et videtur in paruo speculo: et qualibet eius parte si diuidatur: vidimus etiam aliquando quod fulgur: recitaturque a doctoribus: calcaria posuit in amphora rem maiorem transire per rem minorem scilicet per collum amphore faciens. Uidi etiam oculis meis humano artificio cabiam ligneam cum viua auicula intra vitrea amphore existentem que fuerant (vt videbatur) impossibilia talia per collum amphore intrasse, et mihi missa fuerunt in monte pessulano. Uidi etiam omnino grossius collo amphore, quod per humanum artificium fuit in ventrem amphore introductum. Ergo si ista potest facere virtus creata inferior: nunquid multum maiora potest facere virtus increata superior? Sicut igitur diuinitas tota fuit in virginis vtero, ita totum corpus est in hoc sacramento. Huius habetur figura Apocalypsis primo. vbi Joannes vidit in medio septem candelabrorum similem filio hominis habentem in dextera sua septem stellas: septem candelabra sunt septem ecclesie sacramenta: in quorum medio est Christus filius hominis, quia positis in vna parte sacramentis, baptismi, confirmationis et penitentie, et ab alia ordinis matrimonij et vnctionis extreme: remanet in medio Christus in eucharistie sacramento. Sicut ergo in illa visione Christus magnus est in hoc sacramento in pane paruo. Quod autem tunc Christus maior esset illo in quo erat candelabro: Patet: quia ipse habebat in dextera septem stellas: quarum quelibet erat maior omnibus septem candelabris: Ergo tunc vidit Joannes rem maiorem in minori filium hominis magnum, in paruo medio candelabro: quem et nunc videmus fide magnum in paruo eucharistie sacramento. Quid est autem quod in dextera habebat septem stellas, nisi quod sicut Christus habet septem stellas. idest septem articulos fidei ex parte sinistre humanitatis: ita habet alias septem stellas. idest septem articulos fidei ex parte dextre diuinitatis. Uisio ergo filij hominis magni in medio paruo candelabro fuit visio xpi magni in paruo eucharistie sacramento. Ideo dicebat ps. A dño factum est istud et est mirabile in oculis nostris.

¶ Quintum mirabile est quod hostia in hoc sacramento frangitur, diuiditur, de

tibus teritur: et tamen corpus Christi non leditur: non frangitur: semper integrum remanet: permanet: et illesum perseuerat. Respon. est, licet sit mirabile: tamen deo possibile. Exemplum est simile in natura: imagine quippe in speculo existente: si frangitur speculum non frangitur imago: et in quot partes speculum frangitur in tot sine lesione remanet et resultat imago. Ita in hostia potest fieri de xpi corpore virtute diuina. huius figura habetur Exo. iij. Vidit ei moyses visionem hanc magnam. s. quod rubus arderet: et non combureret: videbatur ignis in rubo ardere ac si deberet rubum frangere, comminuere, et incinerare: et tamen ab igne nõ ledebatur, non frangebatur, non vorabatur, non minuebatur nec incinerabatur: Sic nec Christi corpus in comedẽtis ore a dente leditur, frãgitur: nec vorando comminuitur: sed sicut rubus in igne: ita corpus xpi illesum et integrum remanet in ore sumentis: in ventre et dente. Ideo dicebat ps. Cantate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit.

¶ Sextum mirabile est quomodo quilibet sumens et communicans totum corpus christi sumit et ita sumens partem minimam sicut totam sumens hostiã Rñsio est: quia sicut totum verbum loquentis est in vna aure et in qualibet tam parua quam magna equaliter. Ita illud sacramentum continet totum xpm et communicans sumit ipm totum equaliter, et hoc figuratum est Exo. xvj. vbi legitur quod quilibet de manna habebat equaliter. vnde plus colligens non plus habebat in mane: sed putrescebat. Ita in hoc sacramento quilibet sumit corpus christi equaliter, et qui plus in maiori quantitate crederet inuenire nõ esset nisi putredo incredulitatis et infidelitatis. Ideo eccle. xj. Mirabilia opera altissimi solius et gloriosa et absconsa et inuisa opera illius. Id est sic non videtur ad sensum licet visa sint in scriptura, et natura secundum intellectum: ergo xps instituendo hoc mirabile sacramentum fecit memoriam suorum mirabilium: tamen precesserunt in scriptura, et natura credibilium. Jõ dixit ps. Mirabilis in altis dñs: credibilia tua testimonia facta sunt nimis: hec de primo principali.

¶ Quantum ad scdm. nota quod dei filius fecit vt vir magnificus: vidi aliquando quod isti viri magnifici: vt ostendant amicis et inuitatis singularem amicitiã dãt eis ferculum speciale et vidi quod dabant pastilla in quibus erant intrinsecus carnes viue: vt columbe et alie aues que pastilla aperta aues ostendebant et cito auolabant. Ista fecit dei filius nobis inuitatis ad suam cenam fecit pastillum in quo posuit auem viuam seipsum, quod pastillum eucharistie sacramentum nobis clausum remanet in hac vita, sed cum post hanc vitam nobis aperietur in patria tunc videbimus auem viuam dei filium xpm verum cum ala diuinitatis et cũ ala humanitatis. hec est natura hui⁹ sacramẽti sicut illius pastilli qui comeditur panis apparentia et remanet auis integra que apparet finaliter luce de extra. hoc figuratum fuit in manna: quia manna durauit per desertum filijs israel: et tunc non comedebant carnem viuam vt videbant: sed in sapore interius in mente eis manna carnem sapiebat. Sed postquam intrauerunt terrã promissionis defecit manna et comederunt carnes viuas: et de terre fructibus: vt dr Josue. v. Ita quamdiu sumus in deserto et via huius mundi durat eucharistia habens interius saporem xpi in mente non extra sentitur in ore: sed in celesti patria cessabit hostia et videbitur caro xpi viua que nos totaliter humanitate et diuinitate satiabit. hoc fecit ergo dei filius vir magnificus suis fidelibus in cena panem et carnes dando: pastillum de carnibus intra panẽ que carnes viue postea apparebunt. Ideo Sapien. xvj. Bene disposuisti populum tuum quib⁹ dedisti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporem escam eis parans ortigometram. i. auem coturnicem viuam: quia cum illa dedit manna: sicut nunc dat cum pane sui corporis carnem veram: Sequitur infra. Pro quib⁹ an-

gelorum esca nutristi populum tuum: et paratum de celo panem dedisti eis. Hoc idest figuratum est Exo. xvi. quia simul cum manna: cum pane celesti dedit deus suo populo carnes aues viuas. Unde dicitur ibi. Dabit vobis dominus vespere carnes edere: et mane panes in saturitate. Carnes quippe Christi vere sunt in sacramento realiter et panis apparenter. Sed carnes dantur vespere: quia post mortem videbimus carnem viuam: panis autem mane: quia in hac vita solum videmus hostiam. idest panis apparentiam. Hoc idem fuit figuratum Exo. duodecimo. Quia carnes agni comedebant cum panibus. Edent carnes et azimos panes. Ista duo psal. coniungit. Panem angelorum manducauit homo etc. Pluit super eos sicut puluerem et adhuc esce eorum erant in ore ipsorum. Sed nota quod dicitur. Escam dedit. quam .s. se. vnde e subiungitur. timentibus se: quod non est referendum solum ad timentes: immo ad dantem: quia in hoc sacramento dans escam dedit non quamcunque escam sed se. O christi clementia/ quia primo dedit sua omnia. Rom. viij. Quomodo cum illo non omnia nobis donauit. Secundo dedit suos: quia ad Gall. iiij. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos etc. Tertio dedit se. sed quomodo? vtique multis modis qui describuntur pariter in hoc versu. Arra cibus medicina comes/ par/ hostia/ christus. Dedit se in arram nostre hereditatis ne exhere daremur patria. Ideo psal. Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum domine. Cibum nostre satietatis ne deficeremus in via Psal. Dedit eis petitionem ipsorum et mi. sa. in animas eorum. Medicina nostre infirmitatis vt sanaremur a culpa. In Psalmo. Qui das salutem regibus: qui redemisti dauid seruum tuum de gladio maligno eri. me etc. Conuiuem nostre societatis ne desolaremur mestitia. Unde Joan. iij. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret vt omnis qui credit in ipsum non pereat: sed habeat vitam eternam. Hostiam nostre iniquitatis: Ad Gala. primo. Gratia vobis et pax a deo patre et domino iesu Christo qui dedit semet ipsum pro peccatis nostris/ vt eriperet nos de presenti seculo nequam. Pacem nostre felicitatis. quia ipse posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti satiat te. in Psal. Ideo dicebat ipse Joannis duodecimo. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. pacem daturum se ingeminat: quia in presenti dat pacem per gratiam et in futuro per gloriam. Et ideo dixit alibi ps. Gratiam et gloriam dabit dominus: de his cantamus in hymno se nascens dedit socium/ conuescens in edulium: se moriens in precium: se regnans dat in premium. De his omnibus scripsit ps. Beatus cuius deus Jacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius. Ecce arra nostre hereditatis. Facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. ecce cibus nostre satietatis. Dominus soluit compeditos: ecce medicina nostre infirmitatis. Dominus illuminat cecos. Ecce comes nostre societatis. Dominus erigit elisos. Ecce hostia nostre iniquitatis. Dominus diligit iustos. ecce pax nostre felicitatis. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium Sciendum quod non est cibus in mundo ita sapidus nec delicatus qui non sit sapidior: si cum debita salsa sumatur: et in salsam debitam intingatur: maxime in salsam cum acuitate. Iste cibus est multum sapidus et delicatus: sed est sapidior quando comeditur cum salsa debita: et ei proportionata. hec est salsa viridis trita in qua debet esse gingiber calefaciens et acetum acuens. hec salsa viridis trita est cogitatio eius passionis: quia sumens debet hunc cibum intingere in cogitatione illa quomodo fuit pisatus et tritus propter nos in cruce. In hac salsa debet esse gingiber amoris calefaciens et confortans: et acetum timoris acuens et prouocans: et quando fuerit iste cibus cum hac salsa hec tria continente. s. meditationem passionis cum admixtione amoris et timoris: tunc est cibus sapidissimus. et hoc fuit figu. Exo. xij. In agno paschali: qua

debebat fm ꝑceptũ dei totũ a capite vsq ad intestina vorari. Ita debet vniuersaliter tota xpi passio meditari. Debebat etiã assari ⁊ hoc significat amorẽ calefacientẽ ⁊ cũ lactucis agrestib⁹ manducari ⁊ hoc significat timorẽ acuentem. Sic sumptus iste cibus est suauis dulcis ⁊ sapidus. hanc dulcedinem sentiunt solum timentes eũ ⁊ non presumentes. hanc admirabatur psal. ꝙ magna multitudo dulcedinis tue dñe: quã abscõdisti timentib⁹ te. hec ergo est debita cultura huius sacramenti vt conficiẽtes ⁊ recipiẽtes sint timentes/ et ideo dr hic ꝙ hãc escã dedit timẽtib⁹. Est aũt sciendũ. ꝙ salsa diuini timoris in hoc sacramẽto sumentib⁹ ⁊ cõficientib⁹ quatuor bona facit. Est enim omnium bonorũ desideriorũ efficax completiua. qꝛ quicquid homo desiderat cũ dei timore in hoc sacramento spiritualiter inuenitur. vnde depauperati gratiis et virtutibus hic ditantur. Famelici bonis spiritualibus hic satiantur/ et breuiter optata donantur. Et hoc figuratum est in mãna. de quo dicit hiero. ꝙ fm voluntatẽ vniuscuiusq sic sapiebat in ore. Et Sapien. xvi. Panem de celo paratum dedisti eis omne delectamentum in se habentem/ ⁊ omnis saporis suauitatẽ. Ideo psal. Gustate ⁊ videte quoniã suauis est dominus. beatus vir qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius / quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt ⁊ esurierunt: inquirentes autem dominum non minuẽtur omni bono. Omnium petitionum et orationum efficax exauditiua/ quia hoc sacramentum cum timore sumptum vel oblatum valet ad orationes exaudiendas/ tam ꝓ viuis ꝙ pro defunctis. et ideo in commissa fit oratio pro vtrisq. Et hoc figuratum est in immolatione agni paschalis. Exod. xij. Per cuius sumptionẽ liberati sunt filii israel de egypto/ propter quod dicit Psalm. Uoluntatem timẽtium se faciet et deprecationem eorum exaudiet et saluos faciet eos. Omnium nociuorum et inimicorum efficax repulsiua. Cum timore enim dei sumptum istud sacramentum repellit demones hominibus insidiantes: quia in hoc sacro mysterio scdm August. assistunt sancte excubie angelorum/ demones repellentes. Quando autem timore dei postposito aliquis presumens accedit/ illum diabolus inuadit. et hoc ostensum est in iuda qui sine timore dei cõmunicauit/ et statim post buccellam introiuit in eum diabolus. Jo. xiii. Sed cum timore accedentibus assistunt angeli sancti a demonibus protegentes. quod figuratũ est Exod. xij. Quãdo sanguis agni paschalis proterit filios israel deum timentes in egypto vt in nullo lederentur/ a deuastante angelo primogenitis egyptiorũ non timentium sed presumentium ab angelo interfectis. Ideo dixit Psalm. Immittet angelos domini in circuitu timentiũ eum/ ⁊ eripiet eos: scꝫ omnium deuotoꝝ ⁊ deuote suscipientiũ. Cũ deo efficax coniunctiua: quia sicut cibus coniungitur cibato per duo. scilicet amorẽ conseruationis vite/ et timorem mortis future. Ita christus per hec duo nobis in hoc sacramento debet coniungi ⁊ amorem vite spiritualis conseruande/ et timorem mortis spiritualis euadende. et sic nobis coniunctus dat hic gratiam/ et post in alia vita gloriam. De hoc Psalm. Uerũtamen prope timentes eum salutare ipsius vt inhabitet gloria in terra nostra. Ergo timeat dominum omnis terra/ quia beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis eius. Labores manuum tuarum: quia manducabis beatus es ⁊ bene tibi erit. Ad illam benedictionem ⁊c.

¶ Collatio. lxxxi. De beato Laurẽtio martyre. ex psal. cxi.

Dispersit dedit pauperibus. In psal. cxi. In nostro vulgari prouincia lico dicitur tale prouerbium. Qui ne donne ce quil ayme/ ne recoit ce quil desire. hoc est dictu/ qui non dat ꝙ amat nõ recipit quod optat. Unde versus. Non capit optatum qui non largitur amatum. Et iterum. Qui non dat quod amat recipit non ille quod optat. Et vt tua

chara tibi: sic mea chara mihi. In dādo autem rem amatam ad habendū opta
tam est necessaria magna prudentia: oīa ita et taliter quis posset dare rē ama
tam quam possidet habitam propter illam quam desiderat habendā. ꝙ vtraqꝫ
careret habita: scilicet et habenda. et ideo oportet circa hoc cautius negociari
ne perdatur vtraqꝫ. Hanc autem sapientiam super danda re habita pro haben=
da quidam descripsit pulchris versibus quos in aula cancellarij cuiusdā prin
cipis ita legi. Tu nihil es nisi des. ergo tibi consulo si des. Respicito cui des/
est quia rara fides. Certe in hoc est necessaria maxima prudentia. scilicet bene
respicere cui homo rem dilectam habitam propter desideratam habendam lar
giatur. Uerum est ꝙ in hoc se habent differenter sapientia dei et mundi et mo=
do contrario. Rationem autem apostolus assignat. prime Corinthiorum.iij. di
cens. Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Sapientia siquidē hu=
mana sic se habet qđ non reputat se habiturum quicunqꝫ mundanus sapiens
rem quam optat per rem quam amat eam dispergēdo in populum: sed magis
congregando in thesaurum: illi vero emittendo. prouerbio.x. Qui congregat in
messe filius sapiens est: immo mundani reprehendunt et verberant hominē lar
gum/ sicut rusticus verberabat asinum quando adherendo ligno fregerat sac=
cum et sparserat bladum dicendo. Adhesisti arbori fregisti saccum/ sparsisti tri
ticum/ stultissime. Ita mundani verberant et derident nō congregātes: sed sper
gentes. Ita habetur de Thobia. cap̄.i. quem irridebant parentes. vbi est spes
tua/ pro qua elemosynas et sepulturas faciebas? Et vxor similiter/ vana facta
est spes tua/ et elemosyne tue modo apparuerunt/ non donando in proximum:
sed magis fenerando in lucrum. Ideo ille mundanus sapiens refertur a chri=
sto. Luc.xix. Fuisse serui ociosi reprehensor. quare non dedisti pecuniam meam
ad mensam/ et ego vtiqꝫ cum vsuris exegissem illam/ non ministrando in subsi=
dium pauperum: sed cumulando in obsequium diuitum: diuites enim consue=
uerunt remunerare: non pauperes: et talia dilexit populus meus. Ideo dicitur
prouerbiorū.xviij. ꝙ donum dī... viam eius: et ante principes spatium ei fa
cit. Immo plus habet mundana sapientia/ non offerre pauperibus seu afferre.
quia Ecclesia.xiij. Uenatio leonis onager in eremo. Sic pascua diuitum sunt
pauperes. Habet ergo mundana sapientia ista ad habendam rem optatam: ꝙ
non vtatur re amata possessa et dilecta pro acquirenda re non habita: eam di=
spergendo in populum: sed congregando in thesaurum: non donando in proxi=
mum: sed fenerando in lucrum: non ministrando pauperibus sed cumulādo di
uitibus. Sed Reuera mentita est iniquitas sibi. quia dicentes se esse sapien=
tes stulti facti sunt. Rom.i. Etenim hec mundi sapientia stultitia est apud deū.
Unde vt scribit Apostolus.i. Corinthiorum.i. Perdidit deus sapientiā sapientiū:
et stultitiam fecit deus sapientiam huius mundi. Ratio est in proposito. quan
tum ad hanc materiā. Nonne esset maxima stultitia igne supposito paleas cō=
gregare: et super ignem accensum continue congregando apponere: vtiqꝫ: quia
finaliter combureret congregationem et pallearum aggregationem. Ita spiri=
tualiter palee dicuntur diuitie quas modicus ventus dispergit: nec habent sta
bilitatem: ignis est ardor auaritie: ergo congrega: et non dispergas vsurpes et
non dones largire diuitibus non pauperibus vt congreges et plus habeas. Pro
vero paleas diuitiarum igni auaritie accumulans: vt totum cōbureret. Matth.
iij. Paleas autem comburet igni inextinguibili. ergo quia sapientia huius mū
di: stultitia est apud deum: que stulta sunt huius mundi elegit deus.i. Cor.i.
Ipse enī dat peramata que sunt optata mundo contrario modo: qr peramata
dat desiderata: non si quis congreget in thesaurum: sed magis si dispergat in
populum. Cuius figura habetur. per christi parabolam. Luc.xij. Qr ille diues

qui volebat cōgregare ꝛ nō spargere/dānatus est per vocem sibi dicentē. Stulte ac insipiēs hac nocte repetēt alam tuā a te:q̄ aūt cōgregasti cuius erūt? Ideo cō cludit cōsequenter xp̄s ibidem sic. Qui sibi thesaurizat/ꝛ nō est in deum dives. Ideo ipse Thob.j. dicebat deū daturum vitā eternā spargentibus elemosynas. Unde irridentib⁹ eū ꝛ dicentib⁹. vbi est spes tua pro qua elemosynas faciebas? Respon. Nolite ita loqui qui vitā illam expectamus quā deus daturus est his qui vitā suā nunq̄ mutant ab eo/nō si quis vsuret in lucrū: sed magis si donet in proximū. Cuius figura habetur. Tho.j. Qui dabat elemosynas spirituales in proximum qꝛ monita salutis dabat eis et tēporales: qꝛ gabelo egenti dedit decē talēta argenti. ꝛ ex hoc a deo habuit facultatū restitutionē. vt ibi dr. cap̄.j. Et oculorū illuminationē. vt dicitur. cap̄.xj. et filij a demonibus liberationem. vt dicitur. cap̄.viij. Ideo dixit christus. Luce.vij. Mutuū date nihil inde sperantes ꝛ erit merces vestra multa. Nō si quis donet in obsequium diuitum: sed magis si donet in subsidium pauperum. Cuius figura habetur. Luce.xv. de diuite epulone qui faciebat cōuiuia splendida diuitibus ꝛ suis fratribus non pauperibus/quia mendicus lazarus erat ad ianuam/micas desiderans: et nemo illi dabat/ideo dānatus est/quia sepultus est in inferno ꝛ depauperatus: qꝛ nō potuit habere aque guttam de lazari digito. Ideo Eccli.xxix. Conclude elemosynam in sinu pauperis ꝛ hec exorabit pro te. Hec omnia xp̄s docuit. Nō solū sub figura: sed sub docta scriptura. Mat.xix. qn̄ dixit. iuueni petenti. Quid faciēdo vitam eternam possidebo? Si vis perfectus esse/ vade et vende omnia q̄ habes et da pauperib⁹/et habebis thesauros in celis. Certe bona thesauraria vbi nec erugo nec tinea demolitur/ nec fures effodiunt nec furantur. vt in proposito loquamur. Beatus Laurentius martyr egregius possidebat amata: quia corpus proprium dilectum spiritum. Thesaurum ecclesie magnum. Sed non habebat optata/ scilicet regna celestia: vt ergo illa haberet optata dedit omnia que habebat amata: sed ſm dei non mundi sapientiam/quia non congregando in thesaurum: sed spargendo in populum/non vsurando in lucrum: sed donando in proximū/nō ministrādo in obsequiū diuitū: sed in subsidium pauperū. Et hoc est qd̄ in verbis assumptis de eo sic scripsit. psalm̄. Dispersit de. pau. Ubi describit Beatū Laurentiū martyrem gloriosum/tanq̄.

largum effusorem }
gratum donatorē } —— { Dispersit } Id est { diuersis sparsit.
discretū puisorē. } { dedit pauperibus. } { nō ad vsurā prestitit. { nō vt mūdani diuitibus.

Ergo habemus istum sanctū } —— { Largum effusorē { gratum donatorē { discretū puisorē. qꝛ ipse distribuit.

Cōmuniter. } et { feruide }
Utiliter } { placide } —— { Dispersit.
Sagaciter. } { lucide. } { dedit pauperibus.

¶ Siquidem Beatus Laurentius martyr egregius fuit.

Effusor feruidus }
Donator placid⁹ } qꝛ ꝯferebat { Cōiter } —— { Et sine personali.
Prouisor lucid⁹. } { Utiliter. } { largiter. }

dimissione. }
remuneratione. } —— { Dispersit { dedit pauperibus.
acceptione. }

¶ Quātū ad primū sciēdū. q ſm Philosophū p̄mo ethi. omne bonū quāto communi⁹ tāto diuinius. ꝛ ideo bonoꝝ largitor ꝛ elemosynarū distributor tāto facit bonū maius quāto diuidit in plures ꝛ cōmunius. Et hoc ostēdit natura tri=

pliciter. Primo in supremis: videm⁹ eñ φ talis est lucis in supremis natura φ
nō solū illuminat partē orietalē: sȝ et occidētalē/ nō solū spargit lux ad meridiē
sȝ etiā ad aqlonē ꝛ finalr oīa illuminat ꝛ illustrat. p lucis largitionē intelligo
elemosynarū spūaliū collationē q̄ nō solū dn̄t spargi ad oriētē quātū ad attinē
tes sȝ ēt ad occidētē q̄tū ad nō attinētes nō solū ad meridiē q̄tū ad amicos ꝛc.
Ita fecit btūs laurēti⁹. Nā suas elemosynas spūales oīb⁹ cōiter diuidebat. vñ
legit in vita ei⁹ φ quādā mulierē a dolore capitis diutino manuū impositiōe
curauit duos cecos et post plures alios signo crucis illuminauit. hippolyto/ et
multis aliis p̄dicās eos baptizauit. Sic iste lucē suarū spūaliū elemosynarū in
ptes diuidit ꝛ sparsit/ vide i legēda. ꝓpter qd̄ q̄stiōi facte. Job. xxxviij. Indica
si nosti p quā viā spargit lux. Ibiq₃ renascēs girat p meridiē ꝛ flectit ad aqlonē
lustrās vniuersa. Applica. Scd̄o in mediis videm⁹ eñ φ nubes in aeris medio
spargūt lucē ꝛ pluuiā vtrūq₃ simul nō plus in vnū agrū q̄ in aliū: ita super vnū
granū sicut sup aliud. Ita sup vnā ciuitatē sicut sup aliā sup quālibet indiffe=
rēter: ita debet fieri de elemosynis partim corporalib⁹ ꝛ partim spūalib⁹/ qꝛ cōi=
ter tā bonis q̄ malis/ tā iustis q̄ iniustis dn̄t distribui exēplo dei. Qui pluit su
per vnā ciuitatē ꝛ sup aliā ꝛ solē suū facit oriri sup iustos ꝛ iniustos: vt dr̄ Mat.
v. Et ita fecit laurēti⁹ i cui⁹ signū dr̄ de eo/ φ olim pauperū pedes lauās oīb⁹ ele
mosynas dedit. Sic dr̄ Job. xxxvij. Frumētū desiderat nubes ꝛ nubes spargunt
lumē. Tertio i infimis: arbor ēi humorē terre attrahēs nō ꝓducit nec spargit fru
ctū i vno solo ramo: sȝ in plib⁹ nec i ramis solū partis dextre: sȝ ꝛ i ramis partis
sinistre: nec solū añ sȝ ēt retro ꝛ i circulū. Ita spūalr elemosyne tꝑales de bonis
tꝑalib⁹ q̄ hō acq̄rit dn̄t diuidi circulariter vt hō det bona sua ad partē dextram
respectu amicoꝝ/ ꝛ ad sinistrā respectu inimicoꝝ. Añ respectu viuoꝝ et retro re=
spectu mortuoꝝ: ita dr̄. Dañ. iiij. in hoꝝ figura de arbore i qua erat esca vniuer=
soꝝ. Excutite folia ei⁹ ꝛ spargite fruct⁹ ei⁹. Sȝ lugendū qꝛ hodie hoīes circa hoc
dupliciter deficiūt. Primo q̄dā qꝛ nō spargūt sȝ ꝯgregāt ꝛ rapiūt. Isti sunt vsu=
rarii ꝛ raptores falsi mercatores simpliciū deceptores ꝛ barataores. Istis xp̄s
dirigit. illud Mat. xxv. Scio φ hō durus es: metis vbi nō seminasti ꝛ cōgregas
vbi nō sparsisti. Isti sunt siles vespis aculeatis ꝛ venenatis. de q̄b⁹ scribūt phi=
losophi/ φ q̄n pn̄t itrare aluearium apū mel qd̄ nō collegerūt deuorāt ꝛ apes ne=
cāt. Ita vsurarii intrāt domū pauperū ꝛ paucū mel φ paupes collegerūt cū la=
borib⁹. s. tꝑalē substātiā de q̄ viuūt/ totaliter sugūt. nō remanet granū/ vinū/ ve=
stis/ pecunia: ꝛ sic paupes interficiūt. Scd̄o circa hāc dispositionē peccāt hoīes/
qꝛ nō equalr sȝ particulariter spargūt ꝛ diuidūt: tā bona spūalia/ q̄ tꝑalia. q̄=
dā eñ solū illumināt partē orietalē sicut sol in hyeme promouētes parētes car
nales ꝛ nō alios. Aliq̄ meridionalē ꝛ nō aq̄lonarē sicut sol in estate ꝓmouētes
solū amicos ꝛ asseclas bn̄ficos. Isti nō spargūt lumē. alii diuidūt male fructus
acq̄sitos i elemosynis qꝛ nō nisi ad partē dextrā ad filios ꝛ amicos nō nisi ante
et nō retro qꝛ solū ad viuos ꝛ nō ad mortuos. Istos de⁹ disperget/ ꝛ de sede diui
tiarū sue potētie deponet. ps̄. Disperge illos i virtute tua ꝛ depone eos ꝓtector
me⁹ dn̄e. Nō fuit talis ꝯgregator btūs laurēti⁹ sȝ sparsor ꝛ eq̄lis/ nō partialis/
nō dur⁹: sȝ pius ꝛ misericors/ diuisor ꝛ dispēsator. ꝛ ideo qꝛ fuit misericors cum
deo miām iuenit/ qꝛ nō fuit ꝯgregator sȝ sparsor/ de⁹ eū nō dispersit qꝛ non par=
tialis/ sȝ equalis/ ei de⁹ nō nocuit sȝ eū iuuit. ps̄. Miām aūt meā nō dispergam
ab eo neq₃ nocebo in veritate mea. Ita etiā facit q̄libet vir iustus/ qꝛ iuxta. ps̄
Nebulā. i. tꝑalē substantiā sicut cinerē spargit. Hec de primo principali.

¶ Quātū ad scd̄m not. φ dr̄ia magna ē iter aquā fontalē ꝛ lacualē qꝛ aqua fon=
talis est clara ꝯtinue fluēs est sana pura ꝛ mūda/ aqua lacualis permanēs tur=
bida/ putrida/ mortifera ꝛ inmūda. Rō est/ qꝛ manet eadē in vno loco; sed aqua

fontalis cōtinue venit & ꝯtinue fluit: & ideo est vivificativa & purgativa. Sic spiritualiter aque sunt divitie qꝛ fluūt sicut aque. Unde ps. Divitie si affluāt nolite cor apponere. Iste aque in quibusdā sunt lacuales/ qꝛ semper stāt in bursa vel in archa nunq̄ currūt ad pauperē/ & iste sunt pessime/ putride/ fetide/ & mortifere divitibꝰ finaliter. De hac Jaco. in ca. sua. v. Agite nūc divites/ plorate vlulātes in miseriis vestris q̄ advenient vobis. divitie vestre putrefacte sunt & vestimenta vestra a tineis comesta sunt/ aurū & argentū vestrū eruginavit & erugo eorū in testimoniū vobis erit & māducabit carnes vestras sicut ignis: thesaurizatis vobis irā in novissimis diebus. Ab istis petit Christꝰ/ hāc aquā elemosyne de illo puteo lacuali sub figura mulieris samaritane. Joh. iiij. Da mihi bibere. Hoc petit in quolibet indigente paupere. Alie sunt fontes cōtinue fluētes ad pauperes et iste sunt sane mūdificative/ qꝛ mūdāt peccata vivificative: & dantiū & recipientiū. Ita dixit Raphael angelus Thob. xij. Bona est oratio cū ieiunio: & elemosynas magis q̄ thesauros auri cōdere: qm̄ elemosyna a morte liberat. Ipsa est que purgat peccata & facit invenire vitā eternā. In hac quātū fluit tantū venit. imo plus/ qꝛ centuplū accipietis/ & vitā eternā possidebitis. Ergo lacus nō recipit plus de aqua nec sibi vltra dat qꝛ non dat. Sic deus avaro nō plus dat/ nec de gratia nec de gloria: qꝛ nō dat de sibi data substātia: sed fonti bono hol elemosynario aquā datā. i. elemosynā danti. deus dat & influit cōtinue: qꝛ hic temporalem substantiā & suā etiā gratiā/ & in futuro gloriā. Psal. dicente. Gratiam & gloriam dabit dominus non privabit bonis eos. bonis scilicet temporalibus. Ideo dixit Christus. Luce. vj. Date & dabitur vobis mensuram bonam & cōfertam & coagitatam dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mēsi fueritis remetietur vobis. Nota date & dabitur vobis: aliter non: Mihi videtur/ ꝙ aliqui sunt sicut illa olla quam habent vetule que vocatur denariola/ vel olla ceca: quia habet vnum foramen sicut oculum/ & tamen non videt/ hec est talis conditionis ꝙ bene pecuniaȝ recipit: sed nunq̄ reddit: quia postq̄ adintravit nihil potest exire. Ita multi sunt olla hec ceca quia habent vnum oculum soluȝ ad mundum/ ad tēporalia/ pro vero cecum quia non vident quid faciunt/ nō cōsiderant futura/ nihil de deo isti recipiunt/ acquirunt: congregant: imbursant: reponunt/ sed postea nihil potest exire/ nihil potest extrahi: satis excutiant predicatores/ satis cōmoveant pauperes/ agitent tribulationes/ totum est clausum & manus & domus & bursa & archa. Istorum teneret porta oleum/ archa vinū/ manus milium. O denariola. O olla ceca: quid facies de possessa pecunia? Per deū oportet te reddere/ quia si non dabis eo ꝙ amiens & gratis/ dabis invitus malis gratibus tuis: faciet enim deus de hac olla sicut facit vetula/ quia cū omnino vult recuperare pecuniam gravi ictu percutit de olla in terram & tunc frangitur & malo suo rehabetur pecunia sua. Ita facit deus de avaro videns ꝙ nulla concussione predicantium pauperum petentium & huiusmodi: avarus vult aliquid dare: deus iratus de peccatore percutit gravi ictu infirmitatis in terram & frangit ollam & vna pars vadit ad infernum & alia ad sepulchrum/ tunc malo suo rehabetur pecunia. Hoc figuratum est. Nume. xx. Quia dixit Deus Moysi. Loquimini ad petram & illa dabit aquas. i. ad avarū dominū/ & ille dabit elemosynas & cum petra. i. peccator non daret ad verbum predicatorum percussit virga mortis bis silicem durū peccatorem/ qꝛ in corpore & in anima & tūc egresse sunt aque. id est elemosyne vel divitie largissime. Sed qua obsecro virga? vtique illa de qua. ps. Reges eos in virga ferrea: & tanq̄ vas figuli confringes eos. De hoc. ps. Simul insipiens & stultus peribunt & relinquent alienis divitias. Unde Job. xx. Divitias quas devoravit evomet nec inde habebit grates nec grates. Ideo date & dabitur vobis. aliter frangemini. Ita petebat. ps. Da illis sm

opera illorum et secundum nequitiam adinuentionum ipsorum: secundum opera manuum eorum tribue illis. etc. quoniam non intellexerunt opera domini destruet illos. Ergo auari sicut lacus non dant quare male habebunt. Largi sicut fons dant et ideo bene habebunt. Et hoc totum Christus. Math. xxv. Non solum in figura: sed in vera scriptura de diuino iudicio ita predixit quia auaris. qui a sinistris erunt dicet. Ite maledicti in ignem eternum/ esuriui et non dedistis mihi manducare: sitiui et non dedistis mihi bibere. Largis autem elemosynariis qui a dextris eius erunt dicet. Uenite benedicti etc. possidete etc. quia esuriui et dedistis mihi manducare/ sitiui et dedistis mihi bibere/ tunc soluetur difformiter capitulum/ quia ibunt hi in supplicium eternum. Iusti autem in vitam eternam. Beatus Laurentius non fuit olla ceca et auarus: sed donator et gratus largus et placidus. Dedit enim omnia que habuit: nihil sibi penitus retinendo: quia primo dedit pellem suam flammis et ignibus. Legitur enim in vita eius quod Decius quia nolebat Christum negare et idolis immolare laminas ardentes ad eius latera fecit apponi: postea nudum super cratem ferream prunis suppositis fecit extendi et furcis ferreis vsque ad pendentia viscera super prunas accensas comprimi. Tunc dixit Decio. Ecce miser assasti vnam partem gira aliam et manduca. Hoc est quod videtur Job de eo dixisse cap. ii. Pellem pro pelle et quicquid habet homo dabit pro anima sua pellem scilicet assatam, pro pelle assanda et giranda. Secundo dedit carnem totam itormentis et carnificibus. Decius fecit eum primo fustibus: secundo plumbatis et tertio scorpionibus: per carnifices cedi: deinde in durum carcerem poni: et demum cum furcis ferreis per carnifices in igne assari: que omnia pro Christo sponte dedit sustinuit et sustinendum corpus carnificibus grate dedit: ideo loquitur ipse illud Esa. l. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus faciem meam non auerti ab increpantibus et conspuentibus dominus deus auxiliator meus. Ideo audita est vox de celo dum pateretur. Adhuc multa certamina tibi debentur. Tertio dedit animam deo et angelicis spiritibus et in vita et in morte per opera bona: vnde existens in craticula quasi iam per Angelum eius anima esset in paradisum qui ipsi videbatur apertus introducta dixit ad Christum. Gratias tibi ago domine: quia ianuas tuas ingredi merui. Et hec dicens tradidit spiritum: ianue autem principales paradisi per quas intrauit sunt elemosyna et martyrium. Ideo potest dicere illud Hieremi. xii. Reliqui domum meam: quia secundum veritatem de Hispania venit Romam: dimisi hereditatem meam: quia illam dedit in elemosynis. Dedi dilectam animam meam. scilicet deo tanquam gratam hostiam. Quarto dedit corporalem substantiam miseris et indigentibus. Hic nota quomodo acceptum thesaurum a beato Sixto diuisit pauperibus. Uide in legenda: ipse acceperat illud dictum Ecclesiasti. xiiii. Ante mortem bene fac amico tuo: et secundum vires tuas exporrigens da pauperibus. Ergo Beatus Laurentius fuit bene liberalis pro Christo dans pellem suam flammis et ignibus carnem totam suppliciis et carbonibus: animam deo et supremis spiritibus. Temporalem substantiam miseris et indigentibus. Et pro vero conuenienter: ipse enim leuita fuit et dyaconus: imo Romane ecclesie archidyaconus: cuius est portare dalmaticam et ipse eam portauit in rei veritate et secundum spiritualem significantiam in liberalitate. Dalmatica enim vestis Dyaconi habet istas conditiones. scilicet quia ipsa est diuisa in lateribus. Ita fuit beatus Laurentius per adustionem flamme. Aperta superius/ ita fuit beatus Laurentius per traditionem spiritus et anime. extensa in crucem alterinsecus. Ita ille sanctus per extensionem super ferream craticule. Lata in manicis ad manus. Ita iste sanctus per largitionem elemosyne: in signum vero quod erat verus archidyaconus portans vere dalmaticam vestem dyaconi: habuit istam quadruplicem largitatem: ideo ecclesiam talem deplorans

archidyaconus nunq̃ postea posuit successores alium: ⁊ certe bene potest plangere ⁊ plorare. O videat quilibet si habet ⁊ portat tales vestes in modus crucis corpus dando non ad supplicia flāme ⁊ craticule: sed saltes ad asperitatem penitentie. Certe credo plures exponūt lasciuijs ⁊ vitijs q̃ penitentie ⁊ supplicijs. O domine que lauatis caput cirrus ⁊ crines ⁊ balneatis corpus ⁊ pellem ne dicam q̄ pingatis vestrum vultus ⁊ facies: est ne ista flāma quas Laurentius sustinebat in pelle sua? O qui ⁊ que lasciuitis in lintheaminibus ⁊ culcitra: est ne istud tormentus quod Laurentius sustinebat in craticula? O peccatores fetidi luxuriosi ⁊ immundi est ne illa penitentia quas Laurentius sustinebat in flamma? Ideo quia Laurentio pro supplicijs ⁊ penitentia est data gloria in celo: tibi O peccator pro tuis vitijs delitijs ⁊ immunditijs dabitur gehenna in inferno. Apocalip. xviij. Quantum se glorificauit ⁊ in delitijs fuit tantum date illi tormentū ⁊ luctum. Uide etiam si portas O tu auare manicas latas ad manus per misericordiam ⁊ elemosynam: vtinas per auaritiam dalmaticam non feceris cotardiam que habet manicas strictas ⁊ sutas ita q̄ nihil possit exire. Uxor attulit acum ⁊ filij filum ad suendū manicas nolens dare elemosynas timore vxoris ⁊ filiorum. O miser dissue ⁊ disnoda manicas: q̄ nisi tu velis dare pauperibus ad manducandum elemosynā deus te dabit ⁊ iam te ordinauit demonibus deuorandū in escam. In. ps. Dedisti eū. s. auarum escam populis ethiopum. id est demonū. Ideo contra ista laudatur Laurentius per psal. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum / sequendo delitias sed penitentias ⁊ flāmas / ⁊ in via peccatorum non stetit / sequendo diuitias ⁊ auaritiam. sed dādo elemosynam. Sequitur. Et tanq̃ lignus supple in igne positum qd̄ plantatum est secus decursus aquarum. i. tribulationum. vel aliter diuinarū consolationum: qd̄ fructum suū dabit in tempore suo. Nota dicit non solum dedit sed dabit: q̄ dedit pauperibus existens in mundo: nūc dat deuotis suis seruitoribus existens in paradiso. Hic legenda dicit mirabilia de vita eius de prolongatione trabis de inuentione ⁊ multiplicatione panis: de reparatione calicis de salute iudicis ⁊ imperatoris ⁊c. Ergo iuxta. ps. Reuela ei viam tuam ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Hec de secundo principali.

¶ Quantū ad tertium nota / q̄ homines dona largientes faciunt sicut viatores qui iaciunt lapillos in aceruo vbi sunt alij lapides: sicut mercatores qui deponunt denarios in saccū vbi sunt alij plures sicut seruitores qui proijciunt aquā in lutum vbi sunt alie feces ita cōmuniter mundus non dat pauperibus nihil habētibus imo ab eis aufert: sed diuitibus plus habentibus: ⁊ hoc est mare irrigare / sagimen vngere / oleum impinguare. Marci. iiij. Qui habet dabitur illi: ⁊ qui nō habet etiam qd̄ habet auferetur ab eo: in hoc errant laici ⁊ viri ecclesiastici. Unde Pe. Rauennas in quodam sermone sic dicit: imperiti et omnino inutiles elegantioribus beneficijs ⁊ officijs amplianttur diuitie accumulantur diuitibus. ⁊ non est qui respiciat pauperem ⁊ mendicum: Helizeus vasa vacua implebat ⁊ vasis deficientibus dedit. Hodie vero contēnuntur vasa vacua ⁊ plena superimpleng ligna in syluas ⁊ aque in maria deferuntur. arenti terre aqua subtrahitur: ⁊ terre que non indigent irrigantur: hic est abusus mundanorum. Isti non habent retributionem a deo: sed qui dant pauperibus. Unde Prouer. xix. Feneratur domino qui miseretur pauperis ⁊ vicissitudinem suam reddit ei: hanc sagacitatem habuit beatus Laurentius ⁊ prudentiam: fecit sicut prudentes mercatores: isti habentes ire ad longas nundinas non valentes secum portare pecuniam vel ratione ponderis vel ratione timoris perdendi cadendo vel auferendo vel spe maioris lucri recipiendi in termino: tradunt pecuniam suam ad mensam ⁊ cum litera recipiunt in termino: vadunt tunc liberi ab onere: expe

diti in itinere tuti ab inimico ꝛ securi de lucro: ita fecit, beatus Laurētius ꝛ de
bet facere quilibet vir iustus. iturus enim ad nundinas paradisi pecuniā suaꝫ
elemosynam dedit in mensa cāpsorūꝫ. id est pauperū apud quos est cābium de
humana misericordia pro dei gloria dicente. ps. Jocūdus homo qui miseretur
ꝛ cōmodat: qꝛ gloria ꝛ diuitie in domo eius. Ex hoc beatus Laurentius martyr
egregius fuit liberatus ab onere: expeditus in itinere/ tutus ab inimico securus
de premio. Pro primo multi deprimuntur in infernū. Pro secūdo quo multi vin=
ciuntur in peccatum. Pro tertio quo multi spoliātur per mundum. Pro quarto
multi sancti ducuntur in paradisum: sic ponentes in pauperes suam pecuniam
ad mensam cambij ipsorum habent literam illam certissimam. Math. v. Beati
misericordes quoniam misericordiā consequentur. Et illam Prouer. xiiij. Qui
miseretur pauperis beatus erit: ergo non ad mensam diuitum sed ad mensam
pauperum depone tuum thesaurum. In prima est fraus ꝛ perditio. In secunda
est lucruꝫ ꝛ retributio. Chrisostomus super Mat. Melius seruatur pecunia que
i dextera pauperis collocat: hāc calūniator nō extorqt: inuid⁹ nō criminat/ latro
nō aufert/ fur nocturnus nō decipiet/ seruus fugā meditās nō inuadet/ sed semp
erit tuta semper integra semper salua. Ideo beat⁹ Laurētius nō posuit in ma=
nu diuitū: nō dicā offerēdo sicut multi fatui: imo nec requirēdo sꝫ in man⁹ pau=
perū. Vñ Decio imperatori thesauros ecclie reqrēti ꝛ eos hr̄e volēti rndit/ The
sauros ecclie quos reqris in celestes thesauros man⁹ pauperū deportauerunt.
Et ōndit ei paupes apud quos deposuerat. Nota in legēda ad hoc ꝓ btō Lau=
rentio ꝛ ꝓ nobis directe videt fuisse locut⁹. ps. cuꝫ dixit. Btūs q̄ intelligit super
egenū ꝛ pauperē in die mala liberabit eū dñs. Dñs cōseruet eū ꝛ viuificet euꝫ ꝛ
beatū faciat eū in ter. ꝛ nō tra. in animā inimicoꝝ eius. Hanc beatitudinē.

¶ Collatio. lxxxij. de festo circūcisionis dñi. Ex Psal. cxij.



Laudate nomen dñi. In Psal. cxij. Nomē alicuius principis reddit ce
lebre famosum ꝛ laudabile qꝛ princeps est vel magnificus vel bñfic⁹
vel vtrūqꝫ. magnificus faciēs magna facta/ bñficus largiēs magna do
na. Ex istoꝝ em̄ altero vel eoꝝ vtroqꝫ mūdus ꝯsueuit hoīes laudare ꝛ
nomē taliū honorare. Ita legim⁹. j. Reg. xviij. Cū em̄ vt in eodē libro
xvij. legit. Dauid fecisset factū maximū qꝛ puerulus existēs interfecit Philisteū
gigantē exprobrātē deo celi ꝛ agminib⁹ israel ꝛ dedisset beneficiū grāde popu=
lo israelitico ꝛ Sauli qꝛ dedit eis victoriā ꝛ salutē de suis hostib⁹ philisteis. Et
ex his duob⁹ laudatus est ꝛ sibi nomē celebre acquisiuit. Vñ vt dicit. xviij. ca p̄.
Cū reuerteret Dauid percusso philisteo egresse sunt mulieres de vniuersis vrbi
bus israel cantātes chorosqꝫ ducentes ꝛ dicentes: percussit Saul mille ꝛ Dauid
decē milia: ideo cōcludit in fine capituli: ꝛ sic celebre factū est nomē eius nimis
ꝛ ergo ex magnificis ꝛ bñficis actib⁹ hominū nomē reddit famosum ꝛ laudabi
le. Ideo dixit. ps. Cōfitebor tibi cū benefecris ei. Ita videmus in auib⁹ ꝙ excitā
tur ad cantū vel qꝛ vidēt magna ꝛ insolita vt in vere flores in arbore vel qꝛ ha=
bent delectabilia vt cibū vel alia in vētre. Spūaliter dei filius venit in hunc mū
dum non aliter q̄ꝫ princeps magnificus ꝛ faciens magnalia: imo mirabilia: qđ
enim maius mirabile ꝛ magis magnum q̄ꝫ ꝙ terra fiat celū/ q̄ꝫ ꝙ celum intret ꝛ
exeat imperceptibiliter terre centrū hoc factū est in aduentu filij dei quādo ver=
bum caro factum est deus homo ꝛ homo deus: quādo dei filius intrauit virgi=
nis vterum ꝛ exiuit in mundum hec sunt facta incātatorum. Certe maius ma=
ter virgo ꝛ virgo mater intrauit ꝛ exiuit celum terre centrū sine fractura sine le=
sura qꝛ virgo cōcepit: vgo peperit: virgo post partū permāsit: ꝛ ideo celū terre cē
trū imperceptibiliter exiuit: hec sunt facta maiora quā fecerat Dauid: ideo di=
cebat virgo beata. Luce. j. Magnificat anima ꝛc. Qꝛ fecit mihi magna ꝛc. Sꝫ n.

nihilominus venit ad prostrandũ philisteũ.i. diabolũ velut alter dauid quẽ i die passionis cruce tanq̃ pastorali baculo prostrauit:iõ oia ista.ps. in hoc puero cõsiderans tã magnifica dixit.Oẽs gẽtes quascũq̃ fecisti veniẽt ⁊ adorabũt corã te dñe et glorificabũt nomẽ tuũ:qm̃ magnus es tu et faciẽs mirabilia tu es deꝰ solus venit etiã dei filius in hũc mundũ non aliter q̃ bñficus et largiẽs magna bñficia.Quis em̃ princeps magis bñficus q̃ ille qui secretiorẽ p̃ciosiorẽ ⁊ magis necessariũ thesaurũ vult pro suis expẽdere et nõ solũ modicũ immo totum: nec solũ in fine et in morte immo in principio ⁊ a pueritia et etate tenella: Talis fuit dei filius quia ipse in mundũ veniens thesaurũ preciosissimũ nõ aurum et argentũ sed sanguinẽ suũ p̃ciosissimũ pro suis fidelibus est largitus. j. Pet.j. Non corruptibilibus auro et argẽto redẽpti estis:sed p̃cioso sanguine agni immaculati christi.Iste thesaurus erat christo valde necessarius q2 sine eo nõ poterat viuere.Est em̃ sanguis sedes aie:et ita erat ei necessarius q̃ statim vt fuit expensus in passione ipse fuit mortuus.sed ad ostendẽdũ charitatiuã suã magnificentiã de hoc thesauro in magis secreto loco posito hodie cepit elemosynã facere de bursa videlicet que secrete portat̃ ad lũbare:vnde in die circũcisionis de secretissimo loco thesauri sui sanguinẽ suũ fudit:nec istũ thesaurũ voluit expendendũ et largiendũ seruare in morte quo homo vltra nõ indiget:sicut auari faciũt/qui bona tpalia pauperibus in morte dimittunt et nihil viuentes volunt dare:sed qñ portare non possunt: sed in pueritia die. viij. sue natiuitatis istũ thesaurũ voluit aperire:quia qui cito dat bis dat.vnde ipse dedit bis ⁊ in principio et in fine:nec solũ dedit de isto thesauro modicũ:immo in fine in morte dedit totũ in cuius signũ q̃ nihil remanebat exiuit in fine sanguis et aqua: ergo quis princeps vnq̃ magis magnificus et bñficus? Alij dãt viliora/iste preciosiora:alij superfluũ/ iste necessariũ:alij modicũ/iste totũ:alij patens/iste latẽs alij dãt in morte/iste in morte ⁊ in natiuitate.alij aurũ et argentũ/iste sanguinem propriũ.Quare ergo eius nomẽ non sit magnificũ laudabile celebre ⁊ magnũ:vtiq̃ Dauid in saluãdo populũ fugãdo inimicũ non fudit sanguinẽ suum sed alienũ:sed iste in saluãdo genus humanũ ⁊ fugãdo diabolũ non alienum sed sanguinẽ fudit propriũ.Ideo zacharias cãtauit Luce.j.Bñdictus dñs deꝰ israel qi visitauit ⁊ fecit redemptionẽ plebis sue.Salutẽ ex inimicis nostris. propter hoc.ps.anteq̃ veniret iste bñficus:iste esset thesaurus apertus:esset prostratus inimicus clamabat.Usq̃quo dñe obliuisceris in finẽ vsq̃quo exaltabit̃ inimicus meus super me.Sed habito isto bñfico largitore ⁊ liberatore statim clamauit/Exultauit cor meũ in salutari tuo/ cãtabo dño qui bona tribuit mihi et psallã nomini dñi altissimi.ideo idẽ ps.solerti cõsideratione cognoscẽs q̃ puer natus octaua die ita circuncisus est magnificus faciens magnalia:⁊ bñficꝰ largiẽs multa:et magna munera vt collaudemus honoremus celebremus predicemus eius nomẽ sollicite nos inuitat dicens/Laud nomẽ dñi.in qbꝰ verbis ps humanã mentem in christum.

Excitat / Regulat / Terminat — Laudate / nomen / domini — dic ergo ps. — Excitat / Regulat / Terminat

Nostre — Deuotionis affectum / Intentionis aspectum / Operationis profectum — Laudate / nomen / domini — Ergo hic

Excitatur / Rugulatur / Terminatur — nostre — deuotionis affectus / intentionis aspectus / operationis profectus

Ad {recognitionem / elucidationem / limitationem} tanti {beneficij / ministerij / premij} Laudate nomen domini

¶Quantū ad primū sciendū q vulgariter dicunt Cathalani tale pverbium. celuy loner nous deuons/ de quile pain nous mēgeōs. hoc est dictu: illū laudemus cuius panē comedim⁹: vult dicere q illū debem⁹ laudare a quo bñficia recipimus/ vel qz recipimur ad ei⁹ domū/ pascimur de ei⁹ cibo induimur de ei⁹ indumēto ptegimur de ei⁹ auxilio/ diuites efficimur de ei⁹ bñficio. Sic videm⁹ i mūdo q hoīes laudāt suos dños qñ eos in hospitiū suū cū familiarib⁹ recipiūt et domesticis qñ eos vestiunt de eisdē tunicis: qñ ministrāt de pprijs cibarijs qñ pseruant de piculis qñ puidēt de magnis bñficijs et hac rōne dei fili⁹ et eius nomē dz laudari a fidelibus xpianis qz oēs eos facit de domo sua ecclesia cū suis domesticis: et hoc facit per sacramentū baptismi. illud enī sacramentū est porta ecclesie et est sacramētū intrantiū: ipse etiā fecit eos de eisdē tunicis quoad corpus z animā qz ipse nō de tunica allata de opatorio paradisi: sed de tunica cōi gñis hūani voluit indui: i cui⁹ signū hodie i circūcisiōe tradidit de mōstra modicū de carne sua: in qua verificatū est illud qđ i bonis pānis q plus valēt p drap q p la lisiere. i. valēt plus i substātia q̄ i apparētia vt patesceret eū nō pciosiori veste indutū: sed cōi olim hoīm et tradidit etiā easdē pelles et foderaturas qz infusas virtutes et diuinā gratiā q fulciūt aīam ipse etiā suos fideles facit suos cōmēsales et de eisdē cibarijs: qz de sacramēto sui corpis eos pascit pseruat eos et iuuat in piculis qz xpi nomē inuocatū valet ad euasionē periculorū z mortis infirmitatis. vñ Act. iij. de pan. claudo. In noīe iesu christi nazareni surge z ambula. Et ptinus consolidate sunt bases eius et plante zc. Ditat largis donis et beneficijs: qz septē. ss. donis. hec oīa vidēs ps. pdixit. Lauda hierusalē dñz: lauda deū tuū. s. Qm cōfortauit se. po. tu. Ecce de receptiōe ad domū: bñdixit filijs tuis i te. Ecce de receptiōe ad indumētū. posu. fi. tu. pa. z adi. fru. sa. te. Ecce de receptiōe ad cibū. velociter currit sermo ei⁹. Ecce de liberatiōe quātū ad pctm. Nō fecit taliter oi natiōi. ecce de liberatione q̄tum ad periculum. Non fecit taliter nationi. ecce de ditatione ad beneficium. ergo quare a suis domesticis iste dominus et nomen eius non laudet cui⁹ recipimus familiares i domo/ induimur/ simili vestimēto/ pascimur eodē cibo/ pseruamur a periculis auxilio/ ditamur multiplici bñficio. Nō sic possunt et isti laudari dñi tpales. Ideo ps. Beati q habitant in domo tua dñe: in secula seculorū laudabūt te. ideo elegi abiect⁹ eē in domo dei mei magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Alibi idem ps. zelus domus tue comedit me. postea subiūxit. Laudabo nomē dei cū cātico et magnificabo eum in laude. Idcirco propter predicta dicit papa Clementē qñ tū dedisse decē dies de indulgētia laudātibus et bñdicentibus nomen dei: quia ipse ad inuocationē et bñdictionē nois dei in die sue coronationis papalis fuit a ruina parietis sup eū cadētis multis pstratis alijs liberatus dicēs illud ps. Sit nomē dñi bñdictū: quā decē dierū indulgentiā dedit singulis deuote dicentibus bñdictionē pdictā cū additione expssionis nois xpi dicēdo sic: bñdictū sit nomē dñi nostri iesu christi in eternū et vltra. Et hec de primo principali.

¶Quantū ad secūdū nota q debite regulamur in hac laude q cū laudam⁹ debemus nō quecunq aut qualiacūq laudare sed nomē dñi. z certo nūero ppter tria nomen enī christi est quantū ad hoīem famosum in factis. quātū ad demones virtuosum in bellis: quantū ad celestes ciues copiosum in dño. propter hec tria dixit ps. Confiteamur noī tuo mag. q̄tū a d hoīes qñ terribile: q̄tū ad demones et sanctū est: q̄tū ad celestes ciues pcedendo de istorū quolibet intelligēdū quo ad primū q nomen christi est famosum in factis: quo ad hoīes/ nomē

aũt alicui⁹ principis est famosum apud hoīes' rōne primo magne punitiōis: reges eñi in principio regni sui consueuerũt aliquas singulares iustitias exercere vt ceteros terreãt et sibi nomē acq̄rant: ita videmus frequēter in francia: ita etiã fecit Salomon in principio regni sui. ij. Regũ. ij. Specialiter aũt hec iustitia consueuit fieri de proditoribus regis vel regni: ita fecit dei filius in principio enim regni sui statim in puncto natiuitatis sue fecit terribiliē iustitiã de proditoribus regni de inimicis reipublice: pctōres eñi cōtra naturã subito omnes ꝛ vbiq̄ extinxit in hora sue natiuitatis p totum mundũ: isti sunt ceci qui odiebant animã dauid: ꝛ impediebant ne dauid ingrederetur arcē syon: quia fm Aug. Uidens deus in natura humana peccatũ contra naturã fieri fere dimisit incarnari: Istos abstulit de terra christ⁹ sicut Dauid. ij. Reg. vi. Quãtũ ad hãc punitionē imposuit sibi nomē iust⁹. Hiere. xxvi. Regnabit rex ꝛ sapiēs erit ꝛ faciet iudiciũ ꝛ iustitiã: ꝛ hoc est nomen qđ vocabũt eũ iustus dñs noster. Secundo ratione magne remissionis: qñ enim rex remittit omnes penas liberat incarceratos: soluit vinculatos redimit captiuatos: consueuit nomen famosum habere. hoc fecit christus quia remisit penas peccatoꝝ ꝛ venit relaxare ꝛ a seruitute ꝛ potestate demonis ꝛ inferni viculis liberare. Unde ipse est alter Cyrus rex Persarum qui restituit ꝛ liberauit captiuos de babilonia ꝛ misit in hierusalē. i. Esdre. ij. Hec ipse confitetur per Esa. lxi. Spiritus domini super me ad annunciandum mansuetis misit me vt mederer contritis corde ꝛ predicarem captiuis indulgentiã de hoc Pe. act. ix. Huic oēs prophete testimoniũ perhibent remissionē peccatoꝝ accipere p nomē eius oēs qui credũt in eũ. Et quantũ ad hoc imposuit sibi nomen angelus Matt. ij. Uocabit nomen eius iesum. ipse enim saluũ faciet populum suum a peccatis eorum. ꝛ de hoc. ps. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis: ꝛ nomen dñi inuocabo. Tertio ratione magne inuitationis ipse enim fecit quatuor maxima conuiuia. Primũ in deserto. secundũ in cenaculo. tertiũ in toto mundo. quartũ in paradiso. primum fuit mirabile ꝛ particulare ꝛ fuit suorũ deuotorũ. Matt. xiiij. Et in hoc conuiuio satiauit de quinq̄ panibus ꝛ duobus piscibus. q̄nquaginta milia hominũ. Secundũ fuit mirabilius ꝛ magis gñale: fuit omnium christianoꝝ ꝛ hoc fuit in cena qñ sacramentũ sui corporis ꝛ sanguinis instituit: ibi primo dedit panes ꝛ pisces hic dat panem ꝛ carnes: ibi cibi cōsumpti ꝛ multiplicati fuerunt: hic cibus sumitur ꝛ nō cōsumit intactus remanet ꝛ nō multiplicatus ibi panis nō viuens ꝛ pisces mortui hic panis viuus ꝛ carnes viue. Tertium cōuiuiũ fuit mirabilissimũ ꝛ est generale omniũ viuentiũ creatorum. In isto conuiuio dat pisces panem carnes herbas fructus: ꝛ ceteras iuxta creaturarum conditiones proprias escas: ꝛ ibi facit deus mirabilium maximum quando de paruis granis de paruis seminibus creat segetes ꝛ escas magnas ab isto conuiuio nulla expellitur creatura in hoc sensibili mundo viuens. Quartum conuiuiũ ꝛ vltimũ est ceteris maius nobilius ꝛ mirabilius in quo sunt maiora mirabilia: ꝛ est solum omnium beatorum in cena glorie. In isto enim cōuiuio sunt oēs eundē cibũ comedentes. qui nunq̄ deficit: ꝛ quilibet comedens sine fame concupiscit. Ibi cibus comeditur videndo ꝛ nō ore nec dente terendo: ibi q̄cquid desiderat inuenit: ibi sumit ꝛ non cōsumitur: ibi q̄ comedit nũq̄ esurit/ nũq̄ fastidit. hoc est illud cōuiuium Hester. i. ab assuero/ rege. i. christo septē dieb⁹ huius vite mortalis preparatũ hoc faciet filius dei tertio anno regni sui: qũo l anno nature nec l anno gratie sed in anno glorie q̄ est annus tertius regni sui qđ cōuiuiũ faciet principibus ꝛ pueris regni sui vt ostenderet diuitias regni sui. In hoc cōuiuio faciet deus maiora mirabilia q̄ in aliquo alioꝝ ꝛ hoc exprimitur in ipso iste ergo est ille hō de quo Luce. xiiij. Hō quidã fecit cenã magnã ꝛ vocauit multos quãtũ

ad magnificentiã huius inuitationis imposuit sibi nomẽ pharao in figura su per ioseph q̃ per escarũ ꝓuisionem saluauit mundũ. vnde dicitur Geñ.xlj. Uer= titq nomen eius ⁊ vocauit eum lingua egyptiaca saluatorẽ mũdi: propter hec tria dicit deus pater isti puero illud.ij.Reg.vij. Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorũ qui sunt in terra. Secũdo nomen christi quantum ad demo= nes est virtuosum in bellis: quod patet ex tribus: nomen enim dei defendit ꝓ = pria: est enim sicut turris que defendit habitantes in ea ideo prouerbio.xviij. Turris fortissima nomen dñi ad ipsam currit iustus ⁊ saluabitur. hoc figura tũ est Judicũ.ix. quando Abimelech.i. diabolus oppugnauit terrã: ⁊ mulier.i. virgo beata emisit fragmentũ mole.i. filiũ: ⁊ illisit capiti ei⁹ ⁊ q̃tũ ad hoc im= posuit sibi nomẽ ciuitatis. Ezec.xlviij. Nomen ciuitatis dñs ibidẽ. inuadit mu nita diabolus eũ capto peccatore ipm munit septẽ muris seu fossatis.i. septẽ mortalib⁹ pctis ne possit capi a deo: sed in noĩe dñi ruũt muri ita murauerat magdalena s3 i dei noĩe ruerũt muri. vñ ⁊ xps de Magdalena eiecit septẽ pctã. ⁊ hoc figuratũ est in Josue.vj. quãdo Josue veniẽte muri hierico corruerunt: et quantũ ad hoc imposuit sibi nomẽ. Esa.ix. Uocabitur nomẽ eius admirabilis deus fortis. Recuperat predicta: quia sicut auis que auolauit vocata et voce domini audita redit ad manum: ita in christi nomine peccatores qui de manu dei ad manũ diaboli volauerunt: ad deũ iterum reuocantur. ita recuperauit pe trum perditũ. ⁊ hoc figuratũ est in Dauid qui recuperauit predã quã tulerant amalechite.j.Reg.xxx. Et quantum ad hoc imposuit sibi nomẽ aliud. Esa.viij. Uoca nomen eius accelera/ spolia/ detrahe: festina predicari: ergo christi nomẽ est virtuosum contra demones. Unde Marci vltimo. Demonia ejicient ⁊ pro= pter demones bellantes. Unde propter hoc. Exo.xv. Omnipotens nomen eius currus pharaonis ⁊ exercitum eius proiecit mare. Tertio nomen eius est glorio sum apud celestes ciues in priuilegijs ⁊ in donis quibus nullus sanct⁹ ei equi paratur: ipse enim habet immunitatem oĩs culpe: q2 peccatũ nõ fecit nec inuẽ= tus est dolus in ore eius: vnde hoc fuit in eo nouum ⁊ singulare q nec actuale commisit nec originale ꝯtraxit: ideo q̃tũ ad hoc imposuit sibi nomen nouum. Esa.lij. Uocabitur tibi nomẽ nouũ quod os dñi nominauit. habet scdo vniuer sitatẽ ⁊ plenitudinẽ oĩs gratie. Jo.j. Plenũ grẽ ⁊ veritatis. De cuius plenitudi ne nos oẽs accepimus gratiã pro gratia: quantũ ad hoc vocat̃ oliua ⁊ oleum. oliua. Hiere.xj. Oliuã vberẽ pulchrã fructiferã vocauit dñs nomen tuũ. Oleũ. Cãti.j. oleũ effusum nomẽ tuũ. habet tertio sublimitatẽ ⁊ dignitatẽ deitatis si bi cõiuncte. Et quantũ ad hoc habuit nomen emanuel.i. nobiscũ deus Esa.vij. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊ vocabit̃ nomẽ eius emanuel. hoc figuratum est in lamina aurea summi sacerdotis in qua erat nomẽ dñi scĩm tetragrãma= ton. Ergo quia nomen xpi est famosum inter homies ꝟtuosum cõtra demones gloriosum super celestes ciues. dixit quo ad hec tria Apl's ad Phil.ij. Deus ex altauit illum ⁊ dedit illi nomen quod est supra omne nomen: vt in nomine iesu omne genu flectatur celestium quoad celestes ciues/ terrestrium quoad homi= nes/ ⁊ infernorum quoad demones: ergo non restat nisi vt dicamus illud Hier. xiiij. Tu nobis es dñe ⁊ nomẽ sanctũ tuũ inuocatũ est sup nos ne derelinq̃s nos. ¶ Quantum ad tertium nota q non omne nomen est laudabile et laudãdum sed nomen domini. Ratio est. ille dominus ⁊ eius nomen laudatur ⁊ benedicit̃ in hoc mundo qui omnes passus et malas vias reparat vel facit suo nomine reparari per totum regnum vt libere possit homo venire ad ipsum ⁊ potissime passus periculosos in quibus priores male receperunt ⁊ mortiferos in quibus omnes precedentes perierunt. Ita est de christo/ mundus iste habebat ante ei⁹ aduentum ita malũ iter ⁊ viam ita malã: tot malos passus periculosos ⁊ mor=

tiferos eundo ad deū q homo nullus vnq̄ peruenire ad ipsum vnus mal⁹ pas
sus erat auaritie/alius superbie/alius inuidie: ꝛ sic de alijs vnus tñ generalis
passus erat non solum periculosus: sed mortifer. s. passus originalis culpe. Et
ita mortifer ꝛ pessimus q̄ quis aliqui sancti viatores alios passus cum diffi=
cultate transirent: passum tamen originalis culpe nullus vnq̄ transire potuit/
quin frangeret sibi collum ꝛ omnes descendebāt in passu illo in fossatū: quia
per mortem in infernū Sed xp̄s voluit iter totum reparare: ꝛ primo voluit pe
iorem passum. s. originalis culpe aptare ꝛ vt perfecte pararet eadem arte vsus
est qua docti per deum fuerant sancti patres antiqui suscepit em̄ in carne circū
cisionem lege decretam que contra originalis culpe casum ordinabat. Sed vi=
dens q sanguinis effusio non reparabat totaliter: fluuium aque baptismalis
postea in die epyphanie adiunxit: vt per sanguinē agni immaculati ꝛ p aquā
baptismi liberaremur ꝛ exirem⁹ de morte ꝛ inferno sicut filij israel de pharao=
ne ꝛ egypto: ꝛ sic passum illum totaliter reparauit. Oēs etiā passus peccatorū
per virtutes oppositas reparauit: q3 auaritiam per liberalitatem: immundi=
ciam per castitatem: inuidia3 per charitatem: ꝛ sic de alijs intantū q nunc per
viam reparatam possumus ire de virtute in virtutem donec videamus deū deo
rum in syon. Jō dicit ps̄. Benedict⁹ dn̄s die quotidie ꝓsperum iter faciet nobis
deus salutarium nostrorum de⁹ noster: de⁹ saluos faciendi ꝛ dn̄i dn̄i exit⁹ mor=
tis: ergo laudem⁹ nomē dn̄i omnes q̄ vadim⁹ ad eū ad illā ciuitatē in quam a
gnus dn̄s/iuxta p s. doc. Juuenes ꝛ virgines senes cū iu. lau. no. dn̄i q3 exal. est
no. eius solius. Magn⁹ eñ dn̄s ꝛ laudabi. nimis in ciuitate dei nostri. Ad quā
ciuitatem ꝛc.

¶ Colla. lxxxiij. De conuersione beati Pauli apostoli.
Ex psalmo. cxiij.

Conuertit petra3 in stagna aquarum. Jn. ps̄. cxiij. Deus in suis ope
ribus mirabilis: nam ea que sunt quasi incredibilia deus tamen fe=
cit mirabilia. vñ ps̄. Tu es deus qui facis mirabilia. Quis enī3 cre=
deret quod lupus posset conuerti in agnum: tempus grandinās fi=
at ros fecundans: saxum durum ꝛ forte fiat flexibile ꝛ molle? Certe
multum est mirabile: ꝛ tamen hoc factum est quando de saulo factus est paul⁹
persecutor factus est predicator/lupus agnus: tempestas christianos lapidās
Ros ecclesias fecundans. Jdeo deus sicut alia mirabilia ita ꝛ ista vt credam⁹
videamus ꝛ intelligamus. premisit in operibus nature ꝛ in gestis scripture.
Jnter cetera autem mirabilia hoc deus posuit in natura: quia est vnus lapis
preciosus Sidonius appellatus huius nature quod quamuis sit dure nature
tamen conuertitur in aquam vt perpetuis distillet lachrymis ꝛ semper ab illo
lapide aqua fluat. hoc mirabile nature est exemplū operis gratie in Paulo: q3
quamuis ipse fuerit lapis durissimus contra christum ꝛ suos: tamen christus
hanc petram conuertit in aquam doctrine sapientie salutaris. vnde perpetuis
distillat lachrymis/verbis/sermonibus ꝛ doctrinis: que continue per totū mū
dum in ecclesia predicantur. A domino ergo factum est istud ꝛ est mirabile in
oculis nostris. in Psalmo. Jstud mirabile premisit deus in gestis scripture per
modum figure. Numer. xx. vbi narratur quod deficiente aqua populo israeleti
co ꝛ sitienti deus dedit ipsi aquam: moyses percussit virga bis silicē ꝛ egresse
sunt aque largissime. ita vt populus biberet ꝛ iumenta. Silex durissimus con=
tra christum fuit Paulus quem nullus sermo: nulla predicatio: nulla compas=
sio ad Christu3 ad discipulos poterat emollire: immo contra eos fuerat furijs
inuectus: ꝛ propter eius persecutionem vix aliquis predicare dei verbum aude
bat. Jam enim Stephanum lapidauerat pro alijs predicatoribus capiendis:

literas acceperat: et ideo iam populus verbum sitiebat. vnde et Ananias dixit. Domine audiui de viro hoc quanta mala fecerit sanctis tuis. Ideo deus volens potum aque verbi dei: non solum illis sed futuris abundanter largiri istum silicem durum persecutorem percussit bis virga: qz duplici percussione: qz vna in corpore: et altera in mente. Unde prostratus est in via tam fortiter percussus et tunc conuertit petram in aquas multas/ quia in epistolas doctrinas et predicationes multas: Unde potest satis bibere populus clericorum et literatorum et iumenta laicorum et illiteratorum. Et hoc opus mirabile dei in verbis assumptis psalmista recitat dicens. Conuertit petram in stagna aquarum: vbi descri bit ipse Pauli

| | | | |
|---|---|---|---|
| Duritiam obstinationis | | petram conuertit | |
| Clementiam reuocationis | Qz | in stagna | |
| Efficaciam operationis | | aquarum etc. | |
| Fuit namque magna | | | |
| obstinationis duritia | In persecutore | petram conuertit | |
| reuocationis clementia | In saluatore | in stagna | |
| operationis efficatia | In predicatore | aquarum etc. | |
| Quippe habuit ipse | Saulus | Mirabilem | Crudelitatem |
| | xps | supmirabilem | Benignitatem |
| | populus | multiplicem | Utilitatem |
| In presequendo | | petram conuertit | |
| In miserendo | | in stagna | |
| In audiendo | | aquarum etc. | |

¶ Quantum ad primum. Sciendum quod paulus et quilibet existens in peccato ante conuersionem petre a scriptura sacra propter rationes et conditiones lapidis quatuor comparatur que conueniunt paulo et cuilibet peccatori. Primo habet petra sterilitatem in fructu. Ratio est: quia a oculo videmus quod semen proiectum supra petram: aut non nascitur nec pullulat: quia non habet humorem. aut si nascitur et pullulat: tamen nunquam fructum facit nec granum aliquod portat. sic de peccatore. Semen enim est verbum dei. Luce. viij. Hoc ergo semen proiectum in lapidem/ in petram/ cor durum obstinatum/ multorum peccatorum perditur: etiam non pullulat nullum signum meliorationis apparet: predicamus contra immundos et luxuriosos: proijcimus: verbum de seruanda virginitate/ puritate/ castitate/ et vere nihil proficimus heu male et turpiter egerunt hodie: peius et turpius agent cras: predicamus de liberalitate contra auaros / vt male non acquirant et ablata restituant/ elemosinas faciant/ et vere nihil proficimus: omni die sunt homines auariores. magis turpes et tenaces: tantum posset pauper reportare a petra/ sicut ab auarorum bursa. Si tamen aliquando verbum seminatum quoad aliquid pullulet et nascatur/ incipiunt aliquando bene agere et bene facere: statim arescit: statim cessant et dimittunt: hoc est verbum Christi Luce. viij. Aliud cecidit supra petram: et natum aruit: quia non habebat humorem. Nota quod semen seminatum in petra quantuncunque pullulet tamen arescit et non fructificat quoniam non habet humorem. Ita quando verbum predicatoris seminatur in corde lapideo peccatoris: et si pullulet et opus bonum faciat: tamen non fructificat: id est non fert fructum glorie meritorum sine humore charitatis et gratie. Ideo dicit quod illud quod cecidit supra petram natum aruit: quia non habebat humorem. Est autem mirabile de quibusdam peccatoribus: quia duriores et peiores sunt petra. Ratio est quia cum petra sit durissima tamen non solum duris ictibus martellorum cauatur: immo re molli/ qz aque gutta cauat lapidem: non sic est de quorundam peccatorum cordibus: qz ma

nec guttis plurimis ⁊ ictibus verboꝝ iteratorum cauantur in sermonibus vul
gariter: rien ne peult lhomme emolier. immo nec duris ictibus malleorū a deo
immissorum: vt sunt persecutiones: tribulationes: paupertates: mortes: propt
quorum infirmitates proprie ⁊c. possunt conuerti: possunt ad deum trahi. Jō
dicitur Hieremie. v. Percussisti eos ⁊ non doluerunt: hoc est signum hoīs mor=
tui: attriuisti eos ⁊ renuerunt accipere disciplinam: hoc est iumenti signum: si
cut asini indurauerunt facies suas supra petram ⁊ noluerunt reuerti. Isti sunt
peiores paulo quoniam ⁊ si paulus existens in peccato non portauit fructum
meritorum vite eterne. Item si ad guttas predicationum ⁊ sermonum. stephāi
⁊ aliorum apostoloꝝ cauari ⁊ conuerti non potuit: tamen veniente grandi mal
leo de celo ipso xp̄o: ⁊ eum percutiente ⁊ prostrante statim conuersus fuit vnde
xp̄o eum malleante ⁊ ad terrā prosternente ac dicente / saule / saule quid me p=
sequeris? Ridens clamauit: dn̄e q̄d me vis facere? Act. ix. Heu dn̄e de⁹ / quot
ictus / quot martelli: quot mallei dei percutiunt de celo aliquos: ⁊ tn̄ indurauerunt facies suas supra petrā: ⁊ noluerunt ꝯuerti. Dilata contra vitia vt volue=
ris Hiere. xiij. Uerba mea quasi ignis ardens: dicit dn̄s: ⁊ quasi malle⁹ cōterēs
petras. Caueant sibi peccatores qr iste malleus fm pd. Cōtriuit portas ereas:
⁊ vectes ferreos confregit: hoc facit in morte cuiuslibet. Secundo lapis seu pe=
tra h3 igneitatē i sinu qd ptz / qm̄ si lapis cum ferro lapide ⁊ alia re dura collu=
datur statim emittit scintillas ignis. vnde equis petram offendentibus cū fer
ratis pedibus statim videmus petram ignem ⁊ scintillas emittere. Ita est de
peccatoribus ⁊ multis hominibus quoniam non in manifesto sed in occulto i
corde gestant ignem inuidie / rancoris ⁊ immundicie: intantū vt non possint tā
gi ab aliquo verbo facto motu vel signo: qui statim euomant ignem maledi=
ctionum: detractionum / iracundie: dissensionis / ⁊ bilge totam vnam patriam
inflammabunt totam vnam ciuitatem / totam vnam domum: vel careriam im=
bligabunt: Talis erat Paulus ante conuersionē q: nō poterat tangi per pre
dicationem euangelij quin statim ignē spiraret minaꝝ ⁊ flagelloꝝ in discipu=
los dn̄i. Jō cōtra eū ⁊ ei siles dr Naum. i. Ante faciem indignationis eius quis
stabit? Indignatio eius effusa est vt ignis ⁊ petre dissolute sunt. Est autē scien
dum ꝙ paulus conuertit ignem iniquitatis in ignem charitatis / vbi sciendu3
quod ignis a lapide extractus per ferrum est maior igne extracto per lapidem
alium ⁊ melior: lapides alij. i. apostoli collidentes predicatione paulum extra
hebant a paulo ignem iniquitatis ⁊ rancoris / ⁊ persecutionis: sed Christus in
conuersione percussit paulum ferris. idest lancea sue passionis / ⁊ sua predica=
tione iussit. Ideo dicitur Judicum. vj. Ascēdit ignis de petra. Iste ignis i deū
inflammauit. Ro. Heb. Thessa. Coꝝ. Gala. Colossen. Quibus direxit flammā
ignitam suarum epistolarū: ⁊ nō solum illos sed plures alios. vnde ipse totus
ignitus dicebat quis infirmatur: ⁊ ego non infirmor ⁊c. ij. Coꝝ. xj. ergo iste fuit
petra continens ignem in sinu. Tertio petra habet grauitatem in ictu. vnde ⁊
petris malefici lapidantur ⁊ necantur ⁊ plus ledit aliquando ictus lapidis q̄3
ensis. Talis petra est persecutor: lapidator suorum vitiorum ⁊ proximorum ⁊
procurans eis vel inferens damna dicens / opprobria: detrahens / ⁊ imponens
crimina. Isti sunt lapidatores ⁊ necatores proximorum suorum talis petra la
pidans verbo ⁊ facto fuit Saulus contra apostolos ⁊ Christi discipulos vnde
⁊ ipse manu sua ⁊ omnium quorum vestes custodiuit Stephanum lapidauit
Unde tales lapidatores sunt illa petra. i. Petri. ij. Lapis offensionis / ⁊ petra
scandalli: his qui offendunt verbo nec credunt. Nota ꝙ aliqui offendunt verbo
recto. sicut tunc sanctus Stephanus ⁊ illi lapidantur: quia predicabant veri=
tatem. Ita hodie multi lapidantur si predicent veritatem. Alij verbo per oblo

entiones. Alij facto per persecutiões: sed sicut tunc non omittebant predicare/ non latrare: nō predicare contra malos. Ita nō dʒ fieri hodie qđ est cōtra quosdā qui non predicarent qñ scirēt sibi imminere tribulationem vel damnū. Unde vr̄ mihi hodie sic esse de predicatoribus sicut de canibus: canes in terra vbi non sunt lapides: quibus impugnenẽ contra omnem holem latrāt vix transit aliquis qui nō habeat morsum vel latratum: sed qñ sunt ⁊ transeunt ad terrā plenam lapidibus non auderent latrare vel mordere. Non dicam viatores immo suos vel pastores vel ouium persecutores ⁊ percussores: immo aliquando simulant se dormire: ⁊ faciunt aurem surdam ictus lapidum timentes vt fit de quibusdam predicatoribus: qⁱ in locis vbi sciunt ꝙ nullus eis male faceret vel diceret nō bene recūbūt: personas etiā qme nō auderent mutire vt sunt paupe res: oblatrant. In talibus ⁊ contra tales personas predicant: vix transit aliqs sine morsu reprehensionis: sed in terris illis vbi sunt lapides persecutionis vel contra illas personas a quibus timerent lapidari: tribulari: maledici: quamuis aliquando esset plus necesse non audent latrare: predicare: sicut sunt maiores aut sunt diuites vsurarij/mercatores/nobiles ⁊c. Immo etiā si in ipsos predicantes vel in oues Christi mala faciunt simulant se dormire/faciunt aurem surdam. Isti offendunt verbo: canes muti non valentes latrare. Non fuit talis paulus post conuersionem: quia non solum predicabat vbi diligebatur: immo vbi verberabatur: vnde ipsemet dicit. secunde ad corin. xij. Ter virgis cesus sū semel lapidatus sum. vnde ipse fuit de numero apostolorum lapidatorū ⁊ persecutorum: qui de persecutionum ⁊ lapidum medio dabant vocem predicationis: dicente ps. De medio petrarum dabunt voces. Quarto habet petra velocitatem in motu: Quis eñ petra habeat difficultatem: immo impossibilitatē versus celum ad motum sursum ⁊ ad alium: tamē habet velocitatem in motu ad deorsum ad centrum. vnde videmus lapidis naturam esse talem ꝙ quātūcꝫ eleuetur in altum ponatur super altum edificium: super altam columnam si subtrahatur edificium vel columna stat in impetu ⁊ velocitate magna descendit ⁊ tanto fortius quanto fuerit eleuata altius petra est peccatrix anima: peccatum in anima est summe grauitatis ⁊ tante quod fecit angelos cadere de celo nec potuerunt celi malos angelos retinere: ergo hec petra peccatrix anima ē aliquando super alta edificia diuitiarum: ⁊ super alta columna scilicet corporis: sed quandocꝫ ruit edificium quia cessant diuitie saltem in morte: ⁊ tūc ruit inferius ad centrum ad infernum misera petra peccatrix anima. Psalmista. vidi impium superexaltatum ⁊c. Transiui ⁊ ecce non erat. Et tanto cadit profundius quanto eleuatus altius. Exemplum in diuite epulone qui in inferno est sepultus. Luce decimosexto. Hec etiam petra quandiu homo viuit stat sup columna corporis eleuata: Sed finaliter subtrahitur columna: idest corpus in morte: ⁊ tunc cadit anima velociter subito quasi in instanti ad infernum. Exo. decimoquarto. Abyssi operuerunt eos/descenderunt in profundum quasi lapis. Et quando fuerunt in statu altiori ⁊ vixerunt vita longiori: tanto durius euellit deus petrā a columna ⁊ in infernum proĳcit comburendam profundius. Here. li. Extendam manum meam super te: ⁊ euoluam te de petris ⁊ ponam te in montem combustionis: ⁊ non tollent de te lapidem in angulum ⁊ lapidē in fundamento: sed perditus eris in eternum: ait dominus. Talis petra in infernum descensura erat paulus ante conuersionem ꝓpter suaꝫ incredulitatem et malitiā: sed deus eum ab illo casu preseruauit hoc modo quāuis petra naturaliter habeat descēdere: tñ per violentiam versus celū ascēdit: vt si magno ictu proĳciatur ad terram resiliit in altum: vulgariter ascendit du redond. Sic fecit deus: qⁱ de hac petra pcussit tāto ictu in terrā ipsum in via pstrādo qñ ibat

furiis inuectus cū ep̄lis q̄ fecit eum resilire vsq; ad altū ad tertium celū vsq; ad montem syon: id est vsq; ad montem speculationis diuinitatis qd̄ fuit in raptu. Rom̄.ix. Hoc ipse dei nomine ⁊ persona sic predicat dicēs. Ecce pono in syon lapidem offensionis ⁊ petram scādali. Nota. Paulus fuit lapis offensionis xp̄ianis ante conuersionem / ⁊ petra scandali post cōuersionem. Hic narra historiam cōuersionis si vis. et hec de primo principali.

¶ Quantum ad scd̄m nota. q̄ mirabilis esset pastoris benignitas / si lupū deuorantem / occidentem et mordentem se et suas oues non lederet: sed potius ad se traheret cibaret et custodem sui et ouium suarum faceret. Talis pastor fuit christus qui de se loquitur. bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Joā. x. Oues fidelis populus: sed lupus saulus. Ratio est. lupus post famem rabiē incurrit / et tunc non solum in animalia bruta: sed in homines seuit eos mordendo: vulnerando: et occidendo / ⁊ pueros rapiendo. Et tales lupi hominum comestores consueuerunt temporibus malis. vt imminentibus niuibus ⁊ magnis frigoribus apparere et vulgariter vocantur / loups mengeans lhomme. Talis lupus fuit. Paulus quia enim ipse cibum christi fidem et gratiam nondum gustauerat et in insaniam versus fuit. vnde ibat saulus furiis inuectus diruniq; toto corpore virus efflabat et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat et in tantam insaniam versus fuit q̄ oues christi discipulos et fideles christo homines apostolos suos morderet verbo et vulneraret facto et deuoraret occidendo et raperet incarcerando. vnde iste lupus erat comestor hominis: quia homines rapiebat. vnde et ad hoc epistolas acceperat in damascum ad synagogas vt si aliquos inueniret vinctos perduceret hierusalē. Et non solum seuiebat in oues immo in christum pastorem. vnde dixit ei. Saule saule: quid me persequeris? Sed ecce mirabilis pastoris pietas istum lupum persecutorem deuoratorem seuum et rabidum ab insania curauit conuertit et ad se traxit suo cibo. scilicet fide gratia et gloria pauit / quia in triduo ille raptus fuit et custodem ac defensorem pastorem et principem suarum ouium fecit vtriq; opus mirabile: quia lupum conuertit in canem / vrsum in agnum / leonem in ouem: persecutorem in predicatorem. hoc Psalm̄. predixit. cum ait. Dixit dominus ex basan conuertam cōuertam: in profundum maris: vt intingatur pes tuus in sanguinem: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Est autem sciendum q̄ custodiuit oues christi non solum viuus sed custodiuit mortuus. Custodiuit siquidem tunc et nunc sono doctrine et sue predicationis. vbi nota. q̄ Aristoteles docet / quod si de intestinis lupi fiant chorde i cythara si immisceretur chorda extranea de intestinis aliorum animalium eam corroderet / et finaliter corrodendo deuorando et consumendo consumerent ipsam. Ita de beato Paulo. Facta est enim vna cythara / vna doctrina maxime harmonie in ecclesia dulcissime predicationis ex chordis id est verbis et auctoritatibus sanctis intestinis huius lupi: id est viscerosis et chordiosis verbis scripturarum suarum / et iste chorde pulsate: id est verba ei9 / tacta percussa et exposita in sermonibus delectant mirabiliter audientes. Sed si quis poneret in cythara chordā alterius animalis alicuius heretici mali doctoris statim veritas scripture pauli deuoraret quācunq; doctrinam cuiuscūq; heretici et annihilaret / propter hoc dixit ille sanctus Patriarcha Jacob de eo prophetizās. Gene$\overline{s}$. vltimo. Beniamin lupus rapax semper: bēiamin quia ad litteram Paulus fuit de tribu beniamin / lupus rapax semper: quia fuit rapax ante conuersionem ouium et christianorum: sed post cōuersionem fuit rapax in fidelium et hereticorum. et ideo semper rapax / ideo ecclesia de eo cātat leta christo considerato duplici statu: scilicet persecutoris et defensoris illud Psal. Cōuertisti planctum meum in gau. con. sac. ⁊c. Sed quare quia ipse dicit alibi / in

conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur a facie tua: alij scz iudei pagani et heretici. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium nota. q doctrina Pauli vocatur stagnum aquarum multarum/hac ratione natura aque stagnalis est ista. q de mari immediate intrat aqua in stagnum. Merces autem et iocala q sunt in mari per stagna ad terram apportantur/quia inter terram et mare communiter sunt stagna: ita videmus q apportantur merces et mercatores nobiles per stagnum magalone ad mōtem pessulanum. Ita in proposito. Deus est mare altissimum et profundissimum et infinitum omni bonitate: stagnum aquarum doctrine et sapiētie salutaris fuit Paulus: sicut autem aquam mare stagno infundit et aquā solum haurit a mari et non aliunde. Ita deus ipsemet scientiam diuinorum Paulo immediate infudit/et non ab homine accepit: sed a deo immediate: per istam autem aquam. per sciētiam ipsi infusam apportata sunt ad terrā ecclesie nobilissima iocalia paradisi/merces z diuitie/ paradisi: omnia secreta celestia que ipsi fuerunt in raptu de terra ad tertium celum reuelata que ad ecclesiā per eum ipo inter deū et ecclesiam medio posito et eo mediāte applicarunt quando per eum euangelizata fuerunt. hec duo simul ipse confitetur. Ad Gala.j. Notum facio euangeliū quod euangelizatum est a me quia non est sm hominem/ecce merces celestium diuitiarū/neqz enim ab homine/ego accepi illud neqz didici: sed per reuelationem iesu christi. Ecce a mari influxum aquarum/hoc forte voluit dicere Psalmi. cum dixit. Uox domini super aquas deus maiestatis intonuit dominus super aquas multas. In istis aquis piscantur omnes predicatores et hauriunt verba doctrine et predicationis. In istis aquis resplendentibus videntur diuina opera diuina iudicia/videtur diuina voluntas in agendis et omittendis. Ideo dixit idem Psal. de predicationibus facientes operationem in aquis multis/ipsi viderunt opera domini et mirabilia eius in profunda. bibamus ergo de aqua doctrine ipsius quia vt dicitur Jo.iiij. Qui biberit ex aqua hac fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Ad quam zc.

¶ Collatio.lxxxiiij. De mortuis. ex Psal.cxiiij.

Circundederunt me dolores mortis. In Psalmi. cxiiij. In nostro vulgari prouinciatico/Dicitur tale prouerbium. mieulx valēt amys en besoing: que deniers en son poing. hoc est dictu. Melior est amicus in casu graui q thesaurus sub claue. Unde versus. Plus valet in vico fidelis amicus amico. Quam nummis plena vel quolibet ere crumena. huius ratio est/quia pecunia in multis casibus magis obest q prodest: plus officit q proficit: immo multi mala multa habent propter diuitias. Prouerbiorum.xj. Non proderunt diuitie in die vltionis. Justitia autem liberabit a morte: verus autem amicus est in periculis fortis defensor et protector. Unde Eccle. sia.vj. Amicus fidelis fortis protectio. Quāuis autem fidelis amicus sit defensor adiutor et protector et auxiliator semper et vbiqz: tamē in tribus casibus cōsueuit amicus ad amici compassionem et defensionem cōsilium et auxiliū prouocari: si ab hostibus mortalibus ab inimicis capitalibus: ipsum vndiqz videat vallari vniuersaliter/quia animaretur ad eius expeditionem: vulnerari mortaliter/quia tunc cōmoueretur ad eius defensionē: necari atrociter/quia tunc prouocaretur ad eius liberationem. Etenim quis haberet sic durum seu lapideum vel saxeum cor aut ferreum quis vidēs patrem: matrem: filium aut dilectum et charum amicum ab hostibus vndiqz vallari et non animaretur ad eius expeditionem acclamātem: vulnerari et non commoueretur ad eius defensionem prestolatam. necari et non prouocaretur ad liberationem postulatam. Non esset talis amicus: sed potius inimicus non pater sed patraster: non frater sed fratra

ster. rc. Dilata. huius habemus exemplum. Luce. xix. Quia videns ciuitatē hierusalem et preuidens quod debebat non in illo presenti: sed futuro tempore ab hostibus suis vallari vniuersaliter: vulnerari mortaliter: necari atrociter quāuis secundū homines eam habere deberet odiosam vtputa qui in ea ⁊ ab ea interfici et mori turpiter se sciebat: tamen non potuit viscera sue pietatis claudere/ quoniam compatiens lamētaretur super ea. vnde videns ciuitatem fleuit super eam dicens/ quia si cognouisses et tu: quia ecce venient dies in te / et circundabunt te inimici tui vallo. Ecce vallandam vniuersaliter. Et coangustabunt te vndiqꝫ/ ecce vulnerandam mortaliter: et ad terram prosternent te/ ecce necandā atrociter. Ergo christus super ciuitate illa non potuit in his tribus casibus sue misericordie viscera continere quin super eam de futuro gemeret et ploraret. Et quid ac quātum plorasset si de presenti vidisset? hoc idcirco dixerim quia hominibus morientibus: et tuis matri/ patri/ filio/ rc. ac cunctis amicis et parētibus tria hec grandia et horrenda mala occurrunt: quia ab hostibus mortalibꝰ vndiqꝫ vallantur vniuersaliter vulnerantur mortaliter/ necantur atrociter. Ad qḋ ostendendum assumo dictum. Ecclesiastes tertio. Unus est interitus hominis ⁊ iumentorum et equa vtriusqꝫ conditio. Sicut moritur homo sic et illa moriuntur. Ergo videndum qualis sit interitus hominis: videamus qualis sit et iumenti maxime inutilis qualis est mortuus homo: in iumēto quidem post mortem inutili / sicut est equus est ista conditio: quia sanguinem expectant canes circundantes. Carnem expectant musce et vermes circunstantes pellem expectant homines necantes ⁊ excoriantes. Ita in proposito de mortibus: quia quo ad hec tria hominum et iumentorum est mortis equa conditio. Nam hominis morientis sanguinem: id est animam miseram interiorem expectant demones vndiqꝫ assistentes: carnem fetidam exteriorem expectāt vermes/ cadauer vndiqꝫ corrodentes. Pellem: id est corporalem substantiam ditiorem expectant homines eam rapientes. Mortuum dimittentes/ bona mortui rapientes/ per crudelitatem et impietatem morientes necantes ibiqꝫ illud verbum verificantes plus valet illi peltheria ꝙ̄ fardellus ergo moriens dicas nobis in quo statu es/ quomodo est tibi? Respondet. ꝙ pessime: quia est vallatus et spoliatus a demonibus vermibus et predonibus quod plus est ꝙ̄ mors / quia mors secunda hoc in cuiuslibet mortui persona confitetur Psalmi. dicens. Circundederunt me canes multi consilium malignorum obsedit me. Ecce demones circunstantes. Foderūt manus meas et pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea. Ecce vermes deuorātes/ diuiserūt sibi vestimenta mea/ et super vestem meam miserunt sortem rc. Ecce homines spoliantes mortuum pauperem sua crudelitate necantes. ergo hec tria habent homines morientes: non apparebit quis erit fidelis amicus quia nihil eis restat nisi amicos implorare/ orare/ clamare/ cum Job. xix. Miseremini mei miseremini mei: saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Ergo si Christus videns illa mala illi ciuitati futura motus est pietate / quare tu non moueris qui vides presentia? sed ille fleuit et compassus est super ciuitatē que eum interemit. Cur tu non compatereris ei qui forte propter te interijt? Si ille flebat propter inimicos. Tu infelix non compateris patri/ matri/ et negligis parentes/ alios ⁊ amicos? Ideo ipsi dicunt tibi/ ꝙ tu ad idem venies ⁊ prophetizant ꝙ xp̄s/ et quidem in hac die que ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis/ quia venient rc. ita vt sicut nos/ sic tu valleris vniuersaliter/ vulnereris mortaliter: neceris atrociter. Qḋ tibi in omnibus cōpellimur: nobis contingit ⁊ modo apparebit. quis in hoc casu erit amicus. vnde ego in omniū persona de morte confiteor ista tria: quia circundederūt me dolores mortis. In quibus verbis circa mortuos psal. describit horrendum.

Circuitum Circundede- | habēt si q̄s | Circuitum
Exercitum rūt me dolo | dē mouētes | Exercitum
Interitum res mortis. | terribilem. | Interitum.

vndiq̄ — obsidentē. Inuadentē cōcludētē. Circūdede rūt me dolo res mortis. Quippe in morte horrenda timenda formidabili et pauidenda est.

Obsidens circuitus | Preuenientis omissione | Circunde-
Inuadēs exercitus | Absq̄ alicui⁹ Defendētis ꝓtectione. | rūt me do-
Cōcludēs interit⁹. | Fugientes euasione. | res mortis.

¶ Quantum ad primum. ex quo psalm̄. in omni persona loquitur mortuorum quatuor queramus ab ipso mortuo: quia clamat ad nos. Circundederunt me. primo quid habet quid patitur. Ad quod respondet: q̄ plurima mala pene. Circundederunt me mala quorum non est numerus comprehenderunt me iniquitates mee et non potui. hec sunt tria mala: quia est circundatus comprehensus et impotens factus. Et hoc insurgit secunda questio quare scilicet ista habet: et ista patitur et respondet: q̄ propter plurima mala culpe. Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei circundabit me: hec enim est causa pene sequentis: iniquitas culpe precedentis. Et hoc tertio vlterius quomodo et qualiter ista patitur. Et respondet sic: de more sustinentis apem per circulum aculeantem: ignem per girum inflammantem. Apis quidem est natura vt patet in examine q̄ rei alicui cum suis aculeis adherentes adherent per circuitum circūquaq̄ pungentes sursum et deorsum ante et retro: dextrorsum et sinistrorsum: interius et exterius: et ita vndiq̄ circūquaq̄. Eadem etiam est natura ignis inflammātis: vt patet in paleis vel in spinis quia totum vorat vndiq̄ et exurit. Sicut ait psalm̄. de pena defunctorum: quia non est ex aliqua parte remedium punctionum ledentiū: aculeorum pungentium: nec flammarum exurentium. vnde ait. Circundederūt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis. Ideo ait. Circundederunt me mala quorum non est numerus: sicut apes pungentes: sicut ignes vrentes et bene circunderunt: quia ab eo miser moriens et video q̄ superius: iudex iratus: inferius infernus paratus ante culpa precedens retro pena sequens intus cōsciētia mordens: exterius verecundia pungens. A dextris peccata cōmissionis: a sinistris peccata omissionis: ad pedes parata supplicia: ad manus demoniā trahentia. Ergo ne verum dixi. Circundederunt me mala: quorum non est numerus? vtiq̄ verum. Ex his restat quarta questio quis est iste qui hec habet et qualis qui ista patitur. Et respondet: quod ipse dauid potest docere de statu et conditione mortuorum inter omnes melius: quia ipse fuit iuuenculus et antiquus sanus et infirmus: seruus et domin⁹ viuus et mortuus: diues et pauper. et ideo inquit in omni persona: quod circundederunt non quemcunq̄: aut qualemcūq̄ sed me. De me inquit loquor: et si vultis scire de me circundato qualis sim: vos tria docebo. Primo qualis sum in purgatorio vbi est misera anima: queratis igitur et docebo: querimus igitur a te quinq̄ que multum scire desideramus de purgatorio de alio seculo. Et primo quomodo est nobis in loco illo: in quo est nobis prouisum. Primo de hospitio et habitatione. O ait qui consueueram esse in hoc mundo in larga ede: modo sum positus in stricto carcere. qui consueueram esse in domo luminosa nunc sum in domo tenebrosa: qui quondam in thalamo florido nunc in lacu fetido. qui quondam in solario superiori nunc in lacu inferiori. In psalmo octuagesimo septimo. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis et in vmbra mortis. Sup me et c. Secundo de consortio et associatione. O ait quondā viuens eram sociatus vxori familie et gratis filijs: nūc so-

sociatus sum demonib⁹ horridis/velut vorātibus bestijs: ꝛ quādo intraui pur gatorium sic mihi occurrerūt non ad salutandū sed ad deuorandū. In psalm. Susceperūt me sicut leo paratus ad predā. ꝛ sicut catulus leonis habitans in abditis. Tertio de solatio ꝛ cōsolatione. O ait ꝯsueui tripudiare/cātare/ꝛ gaudere. nūc cōpellor gemere ꝛ plorare. quōdā erā in solatijs ꝛ exaltatione/nunc in supplicijs ꝛ cōbustione. Olim multi veniebāt amici ad cōsolandū/nūc veniunt inimici ad cruciādū ꝛ tribulandū. In psal. Multiplicati sunt qui tribulāt me multi insurgunt aduersum me. Quarto de lecto ꝛ dormitione. O ait/olim iacebam in lecto ornato/nunc iaceo in lecto tineis ꝛ vermibus strato: olim in deaurato nūc in inflāmato. Olim delectabar in molli culcitra ꝛ linthea minibus nūc crucior per dura flagella ꝛ duris verberibus. In psal. Ego aūt in flagella paratus sum: ꝛ dolor meus in conspectu meo semper. Unde cogregata sunt super me flagella ꝛ ignoraui. Quinto de aspectu pulchro ꝛ iocūdatione: forte es tu capt⁹ in aliqua pulchra turri habēte fenestras ꝛ aspectū pulchrū delectantē ꝛ iocūdā tem. O ait qui prius delectabar in loco claro: nūc nō vidēs solē neqꝫ lunā sum in tenebris horrida densitate: qui olim delectabar in aspectu iocundoꝝ cōplacentium nūc cōtremisco in visione demonioꝝ deterrentiū. In psal. Timor ꝛ tremor venerūt super me ꝛ cōtexerūt me tenebre: hec sunt noua de purgatorio: vbi circū dederunt me hec mala ꝛ plura alia quoꝝ nō est numerus.

¶ Secūdo docebo vos/si vultis scire qualis sum in sepulchro in quo est caro fetida. O domine/obsecramus narra noua de sepulchro in quo es/ qꝛ bona noua requirimus quādoqꝫ. Primo quomodo est tibi in sepulchro de cibo ꝛ comestione. O ait olim satiabar ferculis varijs: quibus replebar in ventre: nunc impleor terra qua sum farsitus in ore. Olim bibebā bonū vinū ꝛ nectar clarū/ nunc bibo lacū de cadaueribus fetidū intantū qꝫ vt cū amare compellarcū psal. Saluū me fac deus quoniā intrauerunt aque vsqꝫ ad animā meā. Infixus sum in limo profundi. Olim comedebā delicatos panes ꝛ carnes/nunc delicatū me deuorāt vndiqꝫ vermes. Olim edebam de caponib⁹ ꝛ perdicibus/ nunc carnes meas edūtur a buffonibus ꝛ serpētibus. In psal. Appropiāt super me nocentes: vt edāt carnes meas. Secūdo quomodo est tibi de lingua ꝛ locutione. O ait. olim eram eloquens ꝛ facundus/nunc sum corpor aliter tacens ꝛ mutus. Olim dicebā ꝛ vera ꝛ mendosa pulchra ꝛ turpia ꝛ omnia mihi placita/nunc lingua mea est corto sa/lutosa fetida/ꝛ immunda ꝛ immobilis facta/tunc habebā linguā velocem ꝛ mobilem/nunc eā habeo paraliticā ꝛ immobilem faucibus adherentē. Olim petebā superflua/nunc nō possum petere necessaria. In psal. Adhesit lingua mea faucibus meis: ꝛ in puluerem mortis deduxisti me. Tertio quomodo est tibi de oculis ꝛ visione. O ait: olim habui oculos pulchros grossos ꝛ varios: nunc habeo cauatos nigros ꝛ erutos. Olim habui lotos ꝛ cōrdentes: nūc habeo lippos ꝛ horrorē cerebri dimitiēres. Olim curiose cum eis respexi homines ꝛ mulieres: nunc pupillam deuorāt bufones ꝛ vermes. Tunc erā bene videns ꝛ habēs oculos prelucentes: nūc sum cecus habens oculos exterrentes. In psal. Dereliquit me virtus mea: ꝛ lumen oculoꝝ meoꝝ ꝛ ipsum nō est mecū. Quarto quō est tibi in toto corpore de tactu ꝛ delectatione. O ait: multū fui deliciosus: modo sum vermiculosus: delectabar in tactibus ꝛ osculis: modo crucior ꝛ affligor terra: lapidibus: luto: fimo: ꝛ fartis/vtebar balneis ꝛ odoribus: modo gelu ꝛ pluuijs ꝛ fetoribus: generaliter sicut mortuus in mari operitur maris amaris gurgitibus et agitatur diuersis vndis ꝛ fluctibus ita sum vndiqꝫ respersus amaritudinibus vt ad deum clamare cōpellar ꝛ dicere. Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me. In psalm. Quinto quomodo est in te de thesauro auro ꝛ argento ꝛ nostra possessione. O ait: olim habebam pecuniā ꝛ

genteos florenos/variam supellectilem & copiosum thesaurum: modo sum omnibus priuatus depauperatus spoliatus attenuatus: & non dederunt mihi nisi solum istud de tela rudi sudarium sine manicis: sine caligis: sine capsaria: sine futura velut in sacco me posuerũt: sicut homines qui submergunt. Ideo clamo ad te dilecte frater pater mater amice chare & socie: cum sim talis q tu respicias videas audias subuenias. In psalm. Respice in me & miserere mei: q unicus & pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate sunt: de necessitatibus meis erue me. Hec noua sunt de sepulchro in quo circũdederunt me. Hec quinq mala & plura alia quorũ non est numerus. Tertio si vultis docebo vos qualis sum in hoc mundo in quo viuo adhuc in hominum memoria. O domine Dauid imploramus dicas quomodo est de mortuis apud homines viuentes quomodo cõtentantur mortui de nobis viuis. Siquidem nos aliqua cernimus sed te plura experientia docet specialiter tamẽ te interrogamus de quinq. scilicet quomodo cõmendas te primo de tuis honoratoribus. O inquit quantũ ad mundum: per omnia vertitur in luctum. Cithara & iocũ sequitur tristitia: quippe olim multos habui honorãtes: nunc omnes illi sunt me vituperantes. Olim mihi caput inclinabãt amoto caputio: nunc opprobriant caput agitantes & me conculcãtes pede proprio. In psal. Omnes vidẽtes me deriserũt me: locuti sunt labijs & mouerunt caput. De tuis commendatoribus & laudatoribus. O inquit olim erãt benedicentes: nunc sunt maledicentes: qui olim laudãtes: nunc vituperantes: qui olim adulãtes: nunc subsannãtes. ps. Qui laudabant me aduersum me iurabãt. & iterum. Tentauerunt subsannauerũt me subsannatione: frẽduerunt super me dentibus suis. De tuis domesticis & seruitoribus? Respondit. O inquit pessime: q de aliquo, q eis fecerim non sunt contenti: modo qui volebant prius seruire gratis & sine premio: modo cõquerũtur de salario: qui prius gloriabãtur si possent mihi afferre munera: modo gloriarentur si possent auferre spolia: qui prius gloriabãtur q̃to poterãt esse propinquiores: nunc glorian tur si possunt esse longiores. In psal. Qui iuxta me erãt de longe ste. & vim fa. qui quere. ani. meã. De tuis amicis & tuorum donorum receptoribus. O inquit pessime q quibus olim dedi me & mea munera multa & encenia vbi modo non mittunt vnum Aue maria. Olim dedi eis de vino multa modia de grano multa sextaria de vestibus multa paria de meo multa beneficia: nũc pro me in necessitate clamãte fame moriente: non dant de pane vnam micam ad mortem sitienti de vino imo de aqua vnã guttã: frigore algenti de vestibus vnã pellem. i. saltem vnã tunicã refutatã imo murmurãt: q non dedi plura alia. O ingratitudo permaxima q de meo eis dedi viuens: plura moriens feci legata: q non dedi plura: imo omnia: non curãt de mea anima: imo procurãt & dicunt mihi mala. & in ps. Amici mei & pro. m. ad. me ap. & ste. De vestris notis cognatis & parentibus: vxore fratre filijs/heredibus & ceteris parentibus? O inquit: pessime: quia qui prius erãt obsequentes & obedientes: modo facti sunt mei immemores & inobedientes: acceperũt bona mea: nolunt soluere legata mea: plus curãt de bursa: q̃ de anima: prius iuerũt ad arcã: q̃ ad ecclesiã: prius vxor filie & filij: & hmõi me amplerabãtur: osculabãtur: modo me timent horrent fugiũt & abominãtur. In psal. Lõge fecisti notos meos a me posuerũt me abominationẽ sibi. Hec de mortuis sunt nona per. ps. In omni persona narrata. Circũdederunt me inquit mala hec in purgatorio/sepulchro & mundo: & plura alia quorum non est numerus quippe specialiter quinq in purgatorio: vbi misera anima affligit: quinq in sepulchro: vbi caro fetida cõsumitur: quinq in mũdo: vbi mortui memoria recollitur: vt sic quinarius multiplicatus per ternariũ faciat quindecim penas gradu ales in purgã do culpã. Sicut sunt quindecim passus graduales: & ascendẽ=

dp ad gloriā.Ergo.ps. Habemus noua de mortuis:qꝛ circundederunt vos ma-
la quorū nō est numerus:quid nos vultis esse facturos instruite nos:quid age-
re debeamus:ne ⁊ nos veniamus in hūc locum tormētorū:ecce ait duo peto.Pri-
mum est pro me ⁊ est anime mee a tātis tormentis per tuā clementiā liberatio.
In ps.Tu es refugium meū a tribulatione que circūdederūt me:exultatio mea
erue me a circundātibus me.Tu inquit erue tu amice/tu pater/mater/frater/so-
ror/filij/heres.⁊c̄.Dilatauit volueris.Tu erue:sed quomodo ecce.Primo iudicē
mitigādo per deuotā orationem.Sicut enim dulce verbū multiplicat amicos:
⁊ mitigat inimicos.Item deuota ⁊ dulcis viuorū pro mortuis ad deū facta ora
tio mitigat deū iratū:⁊ penā purgatorij ex hoc relaxat.Unde sicut ante oratio-
nem circūdātur mortui pena ⁊ tristitia:ita post/gloria ⁊ letitia.ps.Audiuit do
minus ⁊ misertus est mei.sequitur.Conuertisti plāctum meū in gaudium mihi
concidisti saccū meū:⁊ circūdedisti me letitia vt cantet tibi gloria mea.Secun-
do hostem fugādo per corporis Christi oblationē.Inter cetera enim que valent
ad mortuorum suffragium ⁊ ad repulsionē demonū:est misse celebratio:illius
sacramenti oblatio.Sicut enim vno falcone fugātur grues rostro ledentes:ita
oblatione corporis Christi fugātur demones animas affligentes.Unde.ps.Nō
timebo milia populi circundātis me:exurge domine.⁊iterum.Scuto circunda
bit te veritas eius:non time.a timore nocturno ⁊c̄.Usq͂ ibi.⁊ demonio meridia
no.Tertio ignem extinguendo ⁊ exsufflādo: per elemosynarum largitionem:
scribitur enim Ecclesiastici.iij.ꝙ ignem ardentem extinguit aqua ⁊ elemosyna
resistit peccatis.Ideo de elemosynis ignem purgatorij sicut aqua extinguenti-
bus:⁊ refrigerando circundātibus scripsit.ps.Circundederunt me sicut aqua
tota die:circūdederunt me simul.Secundum qḋ peto est pro te ⁊ anime tue a tā
tis tormentis per tuā prouidentiā preseruatio:⁊ dico ꝙ Angelus Petro Actuū
xij.Circūda tibi vestimentū tuū ⁊ sequere me:hoc est recollige te:cogita de ani
ma tua:qꝛ cito venies ad me:cito circundaberis sicut ego:non diu viues:prope
est dies vt ruas:hoc autē ne decipiaris ostendo tibi ex quinq͂ aquibus de pre-
senti es circundatus.Domus enim quātumcunq͂ alta/fortis/noua/pulchra et
picta/est prope casum quando est ruinosa ex tecto:qꝛ lateres fluunt ⁊ gutte plu
uiarum defluunt:tortuosa ex muro:qꝛ parietes inclinātur:⁊ ad terrā ruunt:ca-
uosa ex fundamento:qꝛ lapides fundantes desunt ⁊ deficiunt:clamosa ex sono:
qꝛ ligna ⁊ parietes rūpuntur ⁊ strepitū faciunt:timorosa ex vicino:qꝛ domus
vicine prosternūtur ⁊ cadunt:ita est de te amice ⁊ consanguinee/frater/soror ⁊c̄.
qꝛ vere domus tua cito prostrabitur non obstante iuuentute/fortitudine/ diui-
tijs ⁊ amicis:omnia enim illa accidentia mala tuā domum circundederunt.Est
enim domus tua primo ruinosa in tecto:qꝛ tegule.i.lateres defluunt per decal-
uationem:quid enim lateres cooperientes nisi capilli ⁊ crines?Isti ruunt cum
decaluaris mutātur ⁊ delocātur dum canus effriceris:nihilominus ab eodem te
cto tue domus a tuo capite gutte ⁊ stillicidia defluūt.Uide quomodo ab oculis
lachrymosis ab auribus sonoris.A naribus sordidis.Ab ore ⁊ dētibus fetidis
pluat ⁊ defluat:ergo tua domus minatur ruinā ex tecto.Circunda ergo vestimē
tum tuum ⁊ sequere me.Secūdo tortuosa ex muro:qꝛ pariete inclinātur ad ter-
ram per incuruationem.Iam enim in te conspicias ꝙ vadis incuruus ⁊ incline-
tus ad terrā quasi vadens ⁊ in breui reuersurus ad eā/ sicut domus stare nō po
test:cuius parietes sunt valde inclinati ad terrā.Tertio cauosa ex fundamēto:
qꝛ lapides deficiunt per subtractionē.Quid enim fundamentum humane vite ⁊
totius domus tue:nisi humidum radicale?Et ecce sicut ab igne oleum in lāpa-
de:ita in naturali calore humidum radicale continue consumitur:⁊ sic funda-
mentum tibi subtrahitur.Quarto clamosa ex sono:qꝛ partes domus rumpun-

tur per doloꝝ immissionē. Quis enim sonus in domibus de trabiū fractione de parietum diruptione nisi sonus in ossibus de guttarū afflictione in neruis ⁊ car nibus: de dolore nunc capitis/ nūc ventris ⁊c. Tolerationē? Uide ergo quomō tua domus est clamosa ⁊ sonat. Quinto tremulosa ex vicino: qꝛ domus vicine ti bi ꝓsternunt per earū destructionē: iā enī videmꝰ ꝙ tui socij ⁊ coeui necnō diffor miores aut minores sed fortiores ⁊ potētiores iuxta te corruerūt: ergo quare nō cogitas ⁊ nō aduertis? Nā tua res agitur paries dū proximus ardet: ergo circū da tibi vestimen tū tuū/ plica tunicā tuā/ para te ad saltādum in purgatorium in sepulchrū ad mundū excīdū: qꝛ tu omniquaqꝫ circūdatus es: vnde potes di cere cum. ps. Proijcientes me nūc circūdederūt me. Sed obsecro quō? Utiqꝫ sicut nūcij mortis vti me prepararē ex parte mortes ad me preuenientes. In. ps. Pre uenerunt me in die afflictionis: ergo si preuenerūt mortē isti nūcij/ vt circundes tibi vestimentū tuū nulla erit excusatio. Preuenerūt me in die afflictionis. Nota quidā diues iuuenis audiuit hūc ⁊ illū hic ⁊ inde indifferēter mori extimuit cor eius: ⁊ cogitauit si pactū posset cū morte facere ne moreref: ⁊ ipse tādem vbi au diuit aliquē mori ibat illuc an mortē ibi inueniret scrutaturꝰ: ⁊ veniēs mortuū inueniebat: mortē nō videbat: finaliter lōgius ꝓcedēs vna die subito ipsi occur rit vmbra terribilis/ horridis oculis/ vultu macilēto cotio decolorato corpore ex carnato: exenterato vētre extenuato ⁊ macilēto in capite decaluato/ ore edētato/ vultu denasato/ mēto elabrato: ⁊ vniuersaliter toto corpore deformato: a qua petiuit qđ tibi nomē est: Mors ait: iuuenis dixit qđ querebam inueni. Et mors. Mirū est ꝙ tu me queras cū totus mūdus me fugiat. Et ille vt pacta tecū inirē quesiui: habe ergo patiētiā ⁊ quecūqꝫ placita peto vt ad me nūqꝫ venias: et sub hoc pacto ista oīa q̄ habeo recipias. Mors rn̄dit: Tuis nō egeo nō qđ petis dare nō voleo: qꝛ ⁊ illi dn̄o. I. xp̄o q̄ me fecit nō peperci: quō tibi parcere potero? Sed hāc tibi gratiā ꝓmitto ꝙ nūqꝫ ad te veniā quin meis nūcijs preueniā ⁊ meos nūcios premittā: ⁊ ita ꝓmittēs abijt: post aliquā aūt tēpora iuuenis infirmaꝛ: vlterius de infirmitate grauaꝛ: vt ꝯfiteri ⁊ testari debeat admoneꝛ. Ipse rn̄dit. Hoc nō est necesse qꝛ mori nō poterat. Cui iuxta pacta mortis nūcij nō venissent: grauaꝛ tā dem amplius ⁊ febris inualuit ⁊ subito mors p portā intrauit: quā vidēs extimuit: ⁊ cur veniret interrogauit: q̄ rn̄dit ꝙ ad eū interficiēdū: q̄ ait. ⁊ tu male ve neris: quare inq̄t mētita es mihi cū tu tuos ꝓmittēdos nūcios ꝓmisisses? Certe ait verū dixi ⁊ nō suꝫ mētita: qꝛ tibi nisi caluitiū caniciē sudorē capitis/ vētris ⁊ intestinoꝝ dolorē/ hūidi naturalis cōsumptionē oculoꝝ auriū ⁊ ceteroꝝ sensuū debilitationē capitis incuruationē: ⁊ totius corporis decrepitationē finaliter fe brem istā: ⁊ isti sunt nūcij mei q̄ precedūt: ideo nō moneberis amplius: ⁊ tollens eū ipsum necauit. Ergo charissime circūda tibi vestimētuꝫ tuū: dispone de te iā citatus vocatus ⁊ pūctus es a nūcijs circūdatꝰ es ab eis. Et si bene velis circū spicere iuuenes ꝙ mors nō venit ꝓditioꝛ: sꝫ palā ⁊ manifeste: nec subito sꝫ gres su tardo: ⁊ q̄uis aliq̄ subito moriviđeanꝛ: tñ īpossibile est ꝙ istoꝝ nūcioꝝ ali qui nō ꝓcedāt. Iō dixit. ps. Preuenerūt me i die afflictiōis mee: certe si bñ ꝯside ras veritas te cōfiteri faciet cū. ps. Dolores inferni circūdederūt me: preoccu. me la. mor. Hec de primo principali.

¶ Quātū ad scōm nota: sic est de pctōre sicut de quodā viatore q̄ cū venisset ad quoddā hospitiū: ⁊ dn̄a solicita eū inuitasset ad comedēdū mō de isto cibo: mō de illo: ⁊ ad bibēdū mō de albo: mō de rubeo: tā devenerūt ad rōnē ad cōputādū ⁊ tūc sicut priꝰ fuit liberalis ad offerēdū oīa: tūc fuit exactrix auara ad solutio nē repetēdā: ille vidēs tā malū foꝛ ⁊ tā amatā ⁊ grauē solutionē ꝙ sic comedis set ⁊ bibisset/ nimis doluit ⁊ dixit: bonū fuisset ꝓcedēs comedatꝫ cōedatꝫ: nisi eēt sequēs soluatis soluatis. Ita de pctōre: est eīn pctōr viator in mūdo: sunt autem

tres hospite in hoc mundo quelibet infelix/deceptrix et fallax. Prima est concupiscentia carnis que inuitat hospites suos luxuriosos ad immūditiā. O quot hospitantur apud eam? Secunda est concupiscentia oculorū: que inuitat hospites suos auaros ad auaritiā/vsurā/rapinā/tenacitatē et crudelitatē impiam. Tertia est superbia vite: que inuitat hospites suos vanos et ambitiosos ad superbiā: quelibet istarū inuitat ad comedendū: ad placita prosequendū: ad peccandū: ad deū offendendū: sed finaliter oportet in morte coputare: rationē reddere: summā facere: pro toto penā peccato debitam exacte soluere: tunc peccatoribus de omnibus non remanet nisi penitere/dolores/tristitie et merores. Apoca. iij. Quantū se glorificauit et in delitijs fuit: tm̄ date ei tormentū et luctum. Tunc peccator expensas vulgariter son escot. etiā malo suo soluens dicere cōpellitur: bonum esset peccatū et culpa pcedens: nisi esset tormentū dolor et pena sequens. ideo ps. istud scotū de peccatoribus cū tormēto in purgatorio soluentibus dicit eos esse in doloribus. Circundederūt me dolores mortis. vnde ps. narrans quomodo est eis quando in fine reddunt rationē: de omnibus peccatis et vident q de omnibus diuitijs: concupiscentijs: delitijs et immūditijs exquisitis: honoribus habitis et ambitis: non remanet nisi luctus: dolor et gemitus: immo non solū vnus dolor: sed multiplices dolores. ita ps. scripsit. Ipsi videntes sic admirati sunt cōturbati sunt cōmoti sunt: timor apprehendit eos. ibi dolores vt parturientis. Ergo malū est apud istas hospitas hospitari apd quas veniens in fine doloribus vndiq vulnerat et tormentis vndiq inuaditur circundatur: sed vide dicitur ibi. dolores vt parturientis non sine mysterio: quia i rei veritate sic est de peccatore deū offendente sicut de muliere concipiente: mulier enim concipit cum delectatione: et hec est precedens: sed finaliter parit cum magna cruciatione: que est subsequens. Unde necessario delectationem precedentē oportet sequi dolorē consequentē. ita de peccatore: est enim delectatio precedēs in culpa: sed ex hoc necessario sequitur tormentū et dolor exterius in pena. De fossore fodiēte: qn̄q enim fossor fodit lacū vel foueā: et tantū vadit circūquaq q incidit et cadit in illā: ita peccator peccando fodit foueā apud lacū: quia per culpā aperit infernū vel saltē purgatoriū: et tm̄ vadunt circa peccatū peccātes donec cadunt in ipsam et frangunt cū doloribus et cruciatibus sibi collum. De comestione famescente: qn̄q enim aliquis famescens habens cibū etiam nociuū non respicit quid comedit et delectatur in ore: sed in fine sequūtur dolores in ventre: in capite: et aliquando mors in toto corpore. Ideo dicunt medici vnum aphorismū non gaudeant malo cibo ventres: quia in fine non euadent tortiones. Ita de peccatore quandoq ex sua concupiscentia et appetitu inordinato non aduertit quid comedit quid agit: recipit sibi contraria in diuitijs delitijs &c. nihilominus vorat recipit prosequitur. sed finaliter non euadit tortiones/q sequuntur dolores in ventre conscientie: doloresq in capite in voluntate: et mors per penam totius anime: et ideo non gaudeant malis ventres: quia in fine non euadent tortiones: ideo quilibet multum debet cauere et aduertere quid comedit/quid agit/quid loquitur/quid ponit in ventre conscientie. Dicitur enim prouerbium tale. Est morsellus malus quo homo remanet suffocatus. Nota de illo ciue amiliani que fuit depauperatus vendens. c. libras in redditibus vt posset satis comedere de pellibus seu coreis truttarum: sic de peccatore. Ideo dixit ps. ibi dolores vt parturientis: hec tria alibi simul complexus est ps. de peccatore sic loquens. Ecce parturit iniustitiā: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Ecce habes de muliere concipiente. Lacum aperuit et effodit eum et incidit in foueam quam fecit. ecce habes de fossore fodiente. Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Ecce habes de co

mestione famescente: propter hoc mortui istis doloribus velut sagittis vulne
rantibus iaculati clamant ad vos pro vnguento pro remedio pro suffragio: e
quilibet amico suo loquitur per psalm̄. Miserere mei quoniam tribulor: con
turbatus est in ira oculus meus/anima mea ⁊ venter meus: quoniam defecit
in dolore vita mea ⁊ anni mei in gemitibus. Hec de secundo.
¶ Quantum ad tertium nota ꝙ scriptura sacra mortem vocat casum in psalm̄.
Uos autē sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principibus cadetis. Ratio
autem est/quia eadem videtur conditio ⁊ differentia in cadentibus ⁊ morien=
tibus. Inter cadentes autem sic est ꝙ quidam cadentium non adijciunt vt re=
surgant: quia concassantur/confringuntur proprio pondere. Alij adijciunt vt re
surgant: quia iuuantur alieno munere. Alij vltra saliūt, ne totaliter cadant: qr
preseruantur ⁊ impelluntur alterius ope. Ita inter morientes quia quidam ca
dunt ⁊ non resurgunt qr grauantur ⁊ confringuntur proprio pōdere. Cum eñ
cū graui pondere cadens ab alto in bassum confringitur ⁊ moritur: ita pecca=
tor habens onus propriarum iniquitatum que supergrediuntur caput pecca=
torum: sicut onus graue de hoc mundo alto cadens in abyssum ibi confringi=
tur ⁊ moritur illa morte de qua psalm̄. Mors peccatorum pessima. nec mirum
quia ibidem confitetur: iniquitates mee supergresse sunt caput meum: ⁊ sicut
onus graue grauate sunt super me. Isto pondere depressi mali angeli cecide=
runt de paradiso in infernum de morientibus sic. psalm̄. Non est respectus mor
ti eorum ⁊ firmamentum in plaga eorum. Rationem autem quare non est spes
nec respectus vulgariter respicit: morti ⁊ plage eorum est diuina sententia ira
⁊ indignatio docuit psalm̄. Misit in eos iram indignationis sue: indignationē
⁊ iram ⁊ tribulationē immisit per angelos malos. Sequitur. Non pepercit a
morte animarum earum: ⁊ iumenta eorū in morte conclusit. Nota mortē pecca=
torum duplicē. vnā in anima nō pepercit a morte aiarū eorum. Aliam in corpore et
carne putrida: qr iumenta. i. corpora ad modū iumentorum in stercore viuētia im
mūditiarū in morte cōclusit. Illi argumēto sic cōcludenti nō pōt aliquatenus
responderi: ideo diuidendo dixi mortem interitum concludentem sine euasiōe.
Alij cadunt ⁊ resurgunt: quia iuuantur ⁊ eriguntur alieno munere. sicut enim
quādoqꝫ aliqui cadunt in lutum fossatum vel ignem quos manu ⁊ dextra sua
alij extrahunt. ita multi in morte cadunt in lutum fossatum vel ignem purga=
torij: sed alij vt parentes ⁊ amici compatientes extendunt eis manum pietatis
in eorum suffragium eleemosynas ⁊ bona/opera facientes: ⁊ sic eos de purgato
rio extrahunt ⁊ in paradisum mittunt in suā laudem ⁊ meritum. Istis benefa=
ctoribus dicunt educte aīe de purgatorio illud. psalm̄. Exaltas/me de portis
mortis vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie syon. Dilata si
vis ad oppositum quō aliqui nō poterunt laudari ꝙ extenderūt manus suas
ad fratrē/prēm ⁊c. in ignie existentē: sed per auaritiā tenent manus inclusas in
sinu. Alij autem morientes sunt qui cadentes vltra saliunt ne totaliter cadant
quia preseruantur ⁊ impelluntur alterius ope. Sicut enim quandoqꝫ aliqui=
bus cadentibus alius occurrit et manum dextram supponit: et cadentem sustē
tat ac impellit vltraqꝫ saltare facit saltu magno ipsum fortiter impingendo.
Ita deus quando iustus moritur ne cadat supponit manum suam ne collida=
tur ⁊ in infernum vadat ⁊ frangat sibi collū: immo ne cadat in purgatorium:
sed dextra sua animam subleuans eam saltum magnum saltare facit et in pa=
radisum repellit. de hoc scribit. psalm̄. Apud dominū gressus hominis dirige=
tur: ⁊ viam eius volet cū ceciderit non collidetur: quia dominus supponit ma
num suam: ita dixit se expertum idem. psalm̄. Impulsus euersus sum vt cade
rem: ⁊ dominus suscepit me: dextra domini fecit virtutem dextra domini exalta

uit me non moriar sed viuã et narrabo opera domini. Iste est triplex gradus morientiũ quos tangit Augu. in lib. de cura agenda pro mortuis et pro oibus fiunt orationes in ecclesia: quia nõ est certum in quo gradu sint qui abeunt morientes. Quidam enim sunt valde mali: et isti sunt in inferno ꝛ orationes pro istis viuorũ consolationes sunt, sed eis non prosunt. Quidã sunt nõ valde mali nec valde boni: et isti sunt in purgatorio: et orationes pro istis mortuorũ ꝓpiciationes sunt ꝛ eis prosunt. Quidam sunt valde boni et isti sunt in paradiso et orationes pro istis gratiarũ actiones sunt istoꝝ beatorum ad beatitudinem euntium quilibet a deo preseruatus ne morte eterna moriatur: a deo ad paradisum impulsus clamat ad paradisi ianuã cũ ꝑs. Castigans castigauit me dñs ꝛ morti non tradidit me: aperite mihi portas iustitie ingressus in eas cõfi. domino hec porta dñi iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi domine quoniã exaudisti me et factus es mihi in salutem. Ad quam ꝛc.

¶ Collatio. lxxxv. de festo beati Petri ad vincula.

Ex psalmo. cxv.



Irupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. in ꝑo. cxv. Inter omnes amores viscerosos est amor patris ad filium: hoc ostendit natura: quia in brutis animalibus parentes amore filiorum morti et periculis se exponunt. Ita vidi de aquila quod cum quidã semel pullum aquile secum tulisset de nido et euaginato gladio fugeret: aquila superueniens in gladiũ se proiecit: et vulnerata pullum liberauit: q̃uis autem amor matris sit tenerior tamen amor patris est intensior: ꝛ ideo matre filium dimittente in necessitate patris viscera non possent in necessitate filij claudi quin adessent auxilio/cõpaterẽtur animo. Natura em̃ dictat, ꝛ philosophi tradunt maiorem esse amorem paternum materno: quod autem pater in necessitate filio deesse nõ possit. figuratur. Geñ. xlij. Cum em̃ filij dimisissent symeonẽ fratrẽ eorum in egypto vinculatũ cõpatiebatur Iacob filio suo incarcerato ꝛ vinculato: ꝛ deflens dicebat absq̃ liberis: me fecistis: symeon tenetur in vinculis: et tunc misit beniamin ad liberandũ eum. Moraliter Christus est pater oium christianorũ: ꝛ habuit specialiter vnũ filium quasi primogenitũ. s. beatũ Petrũ apostolũ quem fecit suum heredẽ ꝛ vicarium ipsi cõmittendo suũ patrimonium. Qđ aũt ipse sit pater patet Deuter. xxxij. Nunquid ipse est pater tuus qui possedit te ꝛ fecit et creauit te? Mater autem beati petri fuit synagoga: fuit igitur petrus beatus in necessitate positus quia per herodem incarceratus ꝛ vinculatus: nunquid autem mater synagoga fuit in necessitate beato Petro compassa? certe non: immo sicut mater crudelis de eius captione letatur. Unde dicitur actuũ. xij. Misit herodes rex manus vt affligeret quosdã de ecclesia: videns autem quia placeret iudeis apposuit apprehendere ꝛ petrum quẽ cum apprehendisset misit in carcerẽ vinctũ cathenis duabus: ergo mater synagoga non condoluit: sed nunquid christus Petro cõpatietur? Certe ita: audi quid dicat per Esa. xlix. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suũ vt nõ misereatur filio vteri sui? ꝛ si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui: vnde ipse velut alter iacob habens duodecim patriarchas filios. s. apostolos duodecim petro captiuato ꝛ vinculato dicebat: symeon tenetur in vinculis: ꝛ symeon petrus: ꝛ ille et ideo misit ipsi velut beniamin angelum suum qui liberaret eũ de vinculis ꝛ de carcere vt verificaret de eo illđ qđ. ꝑs. ꝓdixerat. Exaudiuit pauperes dominus ꝛ vinctos suos non despexit: ipse enim qui sicut aquila prouocans ad volandũ pullos suos prius de manu diaboli recipientis humanum genus non sine vulneribus liberauerat angelum sum misit: ꝛ petrum liberauit de vinculis, de manu herodis ꝛ de om̃i expectatiõe plebis iudeoꝝ: ꝓpter qđ

tunc verificatum est illud sapientie.x. Custodiuit illum ab inimicis & a seductoribus tutauit illu. sequitur. descenditq; cum illo in foueam & in vinculis nō dereliquit illum: ideo petrus non ingratus per verba. psalm. premissa hoc fideliter recognoscit dicens. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. vbi describitur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Petri suppliciū<br>Christi auxiliū<br>Nostrū officiū | vincula mea dirupisti tibi sacrificabo &c. | describit aūt. ps. l his vbis | petri supplicium<br>christi auxilium<br>nostri officium |
| velut | affligēs fortius<br>assistens citius<br>pmouēs meli⁹ | vicula mea<br>dirupisti<br>tibi sacrificabo | Et siquis vult profundius intueri videbit q̄ scribit in |

| | | |
|---|---|---|
| supplicio petri conditio periculosa<br>auxilio christi subuentio virtuosa<br>officio nostro recognitio operosa | quia | vincula mea<br>dirupisti tibi<br>sacrificabo |

¶ Quantum ad tertium nota. quod tempore bellorum et guerre castrum munitum et custoditū qd stat.i. frontaria non traditur nec aperitur cuilibet venienti cum exercitu et multitudine: sed quando veniens pulsat in nomine domini et venit in nomine regis/tunc ei letanter aperitur/bene recipitur et cōsolatorie procuratur. Castrum forte et altum bene munitum est paradisus quod intantum custoditur/quod posuit illic dominus flammeum gladium atque versatilem ad custodiendum viam. Gene.iij. Istud castrum est nobis in frontaria/quia semper per desiderium debet esse in visione fronte et facie nostra. Ad istud castrū pro salute eterna venit beatus Benedictus non vtique solus sed cū magno exercitu monachorum bene armato virtutibus bene munito meritis et bonis operibus et fuit ac est tanta eius exercitus multitudo quod eo diu est cum infinita multitudine iam ingresso adhuc intrant muniti al continue et restant plurimi ingressuri verumtamen vt sibi et suis aperiretur citius: titulum habuit non solum ex se sed ex dei sub iesu christi titulo veniens in sui domini nomine venit: introijt et gloriose ad eternam salutem receptus fuit. Hoc est enim illud nomen de quo Actuum.iiij. Nō em̄ est aliud nomē sub celo datū hominibus in quo oportebat nos saluos fieri: hoc de beato bn̄dicto et eius ordine et exercitu toto prediterat. ps. Domine in lumine vultus tui ambulabunt: in nomine tuo exaltabuntur tota die in iustitia tua exultabunt: qm̄ gloria virtutis eorum tu es. Ad quam etc.

¶ Collatio.lxxxviij. de aduentu Christi contra iudeos.in.pō.cxvij.



Benedictus qui venit in nomine domini in psalm̄.cxvij. Modus magnorum dominorum regum et principum est quod quando noui ter debent venire ad aliquam patriā premittunt ipsi vel alij pro eis suos nuncios et speciales seruos ad duo: ad aduentum denū ciandum: et ad necessaria preparandum. vnde aduentus et premissio nunciorum est signum domini venturi. cessatio autem ostē dit quod venit vel quod non venturus sit: quod autem ante magnos dominos nūncij premittantur legimus de multis in scriptura. Jacob enim venturus in egyptū habuit Joseph preuium nuncium qui ipsi et suis necessaria preparauit. vnde recitat psalm̄. licet non factum a iacob tamen a deo factum pro iacob misit ante eum vnum: in seruum venundatus est ioseph. Sequitur. Et intrauit israel in egyptum/et iacob acola fuit in terra cham. hoc ipse confitetur ioseph fratribus

suis. Gene. quadragesimoprimo. Pro salute vestra misit me dominus ante vos
et ideo sequitur aduentus patris. xlvj. cap. vbi dicitur. Surrexit itaq; iacob a
puteo iuramenti: tuleruntq; eū cū paruulis filijs et vxoribus suis in plaustris
que miserat pharao ad portandum senem venitq; in egyptū. ideo legimus Nu
mer. xiij. quod anteq; Moyses veniret cum populo ad terram promissionis: di
xit dominus moysi: mitte viros qui considerent terram canaan quam daturus
sum filijs israel: cumq; ascendissent explorauerunt terram ascenderuntq; ad me
ridiem et venerunt in hebron altiori intellectu. Legitur idem. Exod. quarto.
Deus enim volens si qua vnum magnum prophetam dare populo israelitico
maiorem moyse et quocunq; alio: et tertio sciens moyses diuino spiritu vnde ꝓ
phetauit de eo Deutero. xviij. dicens/ Prophetam de gente tua de fratribus tuis
suscitabit tibi dominus tuus ipsum audies: cumq; deus dixisset ipsi quod vi
derat afflictionem populi sui: veni mittam te ad eos. capitu. iij. in. iiij. cap. ex
cusauit se moyses dicens. Obsecro domine mitte quē missurus es: tamē deus eū
audire noluit: sed ad liberandum populum et ad denunciandum maioris pro
phete aduentum ipsum premisit. postq; aūt isti ad locum quo nuncij missi fue
rant iam venerūt in signum aduentus: non legitur alius nūcius aduenisse. Hec
idcirco dixerim ꝗ maior propheta maior rex et maior sacerdos totius legis est
messias in lege promissus: ipse enim propheta futurus predicitur per moysen
vbi supra: rex per dauid. Ego autem constitutus sum rex ab eo. sacerdos etiam
per eundem. Tu es sacerdos in eternū sēm etc. istum ergo ita magnū. verum ꝓ
phetam regem et sacerdotem non decebat mitti quin ipsum preirent alij nuncij
eius: eius aduentū denunciaturi: et ipsi populum in eū vt crederēt preparaturi:
et ideo deus premisit suos patriarchas prophetas ad eius aduentum denun
ciandū de eo prophetandū/ ad populum preparandum. et hoc dicit dominus ꝑ
Hiere. vij. Misi ad vos omnes seruos meos et prophetas per diem consurgens
diluculo et mittens. Jam autem diu est quod isti nuncij non venerunt: nullus
mille anni sunt et vltra cōparuit propheta: qui de eius aduentu veniens predi
cauit: ergo vel iste messias non venit et ex nunc non est venturus: ex quo nuncij
cessauerūt: prophete non precurrerunt dicente. psalm. Signa vestra nō vidimus
iam non est propheta: vel iam venit. Primum non concederent iudei: quia scri
ptura eum premittens vera est. ergo secundum verum est ꝗ iam prophetatus
et premissus venit: et hec est recta prophetia. Mal. iij. Ecce ego mitto angelum
meum qui preparabit viam ante faciem tuam: et statim veniet ad templum san
ctum suum dominator quem vos queritis etc. quod realiter verificatum est in
Jo. baptista qui christo viā preparauit predicans illud Joan. j. Qui post me
venturus est ante me factus est: cuius non sum dignus vt soluam corrigiam cal
ciamenti eius. Ego vox clamantis in deserto parate viam domini: post quem
prophetam et primum nuncium messie nullus alius venit: vnde necessario vide
tur ex cessatione nunciorum qui preuenerunt venturum quod messias quē nos
christum dicimus iam venerit propheta dauid spiritu preuidens prophetico
eum pro isto tempore iam venisse predicat dicens. Benedictus etc. In quibus
verbis circa messiam christum verum in lege promissum tria describit. ostendit
quippe ipsum singulariter.

| | | |
|---|---|---|
| Prophetatum | benedictus qui | prophetatus. |
| Presentatum | venit in nomi= | presentatus |
| Designatum | ne domini | designatus |
| | a seculo | benedictus |
| fuit autem | a populo | qui venit in |
| | a titulo | nomine dñi |

habemus ergo christum messiam in lege promissum.
Prophetatum a seculo predicantibus presagijs
Presentatum in populo demonstrantibus prodigijs
Designatum ex titulo coruscantibus fastigijs

ideo dicit } benedictus qui venit in nomine domini

¶ Quantum ad primum nota. quod idcirco hic messias benedictus vocatur/ quia ab abraham vsque ad christum omnes prophete bona et bene dixerunt et predixerunt de eo/ et quia omnia bona predicta et prophetata christo. Quarto conueniunt que dicta sunt de messia. Idcirco messiam christum premissum qui iam venit nos esse dicimus/ et quia eius gloriosas prophetias bene de eo predictas ad presens applicare nimium esset longum. Solum accipio quatuor in quibus christus predictus prophetatus et benedictus est que nulli alij conueniunt nisi christo: que sunt quatuor in lege veteri benedictiones: in quibus solum expressa est prophetia et benedictio de ipso que ad literam in nullo alio ita perfecte potuerunt verificari. Prima benedictio et prophetia est quam angelus predixit abrahe. Gene. duodecimo capitu. Benedicam benedicentibus tibi atque in te benedicentur vniuerse cognationes terre/ quomodo autem in abraham benedicerentur omnes cognationes terre aperuit et exposuit angelus eodem lib. vigesimosecundo. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. Tunc arguo sic. De semine abrahe est ille propheta in quo omnes gentes benedicentur sed nullus precessit alius ante christum et christus est ipse: ergo ipse est illud semen abrahe. Minor est manifesta: et maior quantum ad primam partem. Secunda pars patet quia et si non omnes gentes quantum ad singulos generum tamen de omnibus gentibus quantum ad singulorum genera conuersi sunt ad christum et ad fidem eius vocati: vt benedictionem celestis gratie hereditate possideant. et hoc est argumentum apostoli ad Gal. tertio christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum: quia scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno: vt in gentibus abrahe benedictio fieret in christo iesu: sequitur abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. Non dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno et semini tuo qui est christus. ergo per angelum christus benedictus. i. bene per omnia prophetatus et predictus. ergo et nos ei bene dicto non male dicamus sed benedicamus/ quia iuxta dictum. psalm. Benedicentes hereditabunt terram/ maledicentes autem ei disperibunt quia apud deum gressus hominis dirigetur et viam eius volet. Secunda benedictio et prophetia est Isaac quam dedit filio suo Jacob. Gen. vigesimoseptimo de quo dicitur ibi benedicens illi ita ait. ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus: seruiant tibi populi et adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum et incuruentur ante te filij matris tue: qui maledixerit tibi sit ille maledictus et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Ideo conclusit benedixitque illi et erit benedictus. Tertium est/ quod hec benedictio non est impleta ad literam totaliter in persona iacob: quia frater eius esau non seruiuit ipsi nec ipsi incuruabatur: immo iacob esau vocans eum dominum et mittens ei munera. vt habetur Gene. trigesimosecundo. Ergo hec prophetia oportet quod intelligatur de aliquo alio de semine eius: tunc ergo sic prophetia premissa debet intelligi de illo in quo plenius verius et perfectius adimpletur: qui sit de semine iacob sed tota illa prophetia est plenius verius et perfectius in christo impleta: ergo de eo debet intelligi. Minor est euidens: quamuis enim in ioseph illa verificata possent intelligi quando fratres eius eum adorauerunt in egypto. Gene. xlij. et in

dauid.secundo Regum.z in salomone.tertio Regū.tamen plenius verius z perfectius ista verificantur in christo: vt patet per singula discurrēti: et vt clarius videamus patet quantum ad primum: quia sicut pater dixit ad iacob. Ecce odor filij mei zc. Ita super christum audita est vox patris celestis dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Vñ vox bis audita fuit vt patet per matheū.tertio z decimoseptimo. Seruiāt tibi populi.hoc patet hodie quantum ad conuersos ex gentibus et adorent te tribus. hoc patet quantum ad conuersos ex iudeis.Esto dominus fratrum tuorum.i. christianorum: z incuruentur ante te filij matris tue synagoge.s.quod verum est.et quantum ad credentes per animam z quantum ad incredulos per potentiā quia serui sunt christianorum.sic per omnia benedictū prophetauerat.ps. i. ps.septuagesimo secundo.Deus iudicium tuum regi da:dominabitur a mari vsq ad mare:et a flumine vsq ad terminos orbis terrarum. Reges tharsis z insule munera offerent reges arabum z sabba dona adducent:et adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei.sequitur.Sit nomen eius benedictum in secula ante solem permanet.Et nomen eius est benedictum nomen maiestatis eius.sed dices quod ista autoritas directe ostendit ista non esse vera de christo nostro: quia hic dicitur:eum adorabunt omnes reges :et omnes gentes seruient ei.sed hoc non est verum de Christo. Respond. Frequenter scriptura sacra isto signo vniuersali pluraliter accepto vtitur ad designandum non omnes collectiue: sed multos distributiue:vt expresse patet.secundi Regū.vigesimoseptimo vbi dicitur.Dixit Absalon et omnes viri israel melius est consilium zc.Constat autem quod ibi non erāt omnes viri israel:et ideo est sensus:omnes idest multi:z ita in proposito.vel aliter tam in scriptura sacra in locis pluribus:q̄ etiā in scripturis philosophorum:quādo hoc signum omne: siue singulariter siue pluraliter accipitur distributiue:non accipitur distributio pro singulis generum:sed pro generibus singulorum.Et ita est vera illa propositio. Omne animal fuit in archa Noe:quia non animalia singula ibi fuerunt:sed de generibus singulorum:et ita in proposito.Omnes reges et omnes gentes.i.de omnibus:z est distributio pro generibus singulorum:et non pro singulis generum.Nota si vis quomodo etiam eo venientes venerunt reges ab oriente portantes : aurum/thus et myrham.quod venerunt post mortem patet.tertia prophetia z bñdictio est iacob patriarche.Gene.quadragesimonono.de qua legitur ibi quod benedixit singulis filijs benedictionibus proprijs.Ad benedictionem autem iude dixit:Non auferetur sceptrum de iuda z dux de femore eius donec veniat qui mittendus est:et ipse erit expectatio gentium:lauauit in vino stolam suā et in sanguine vue pallium suum :sed in christo solo ista benedictio est predicta z prophetata.Minor patet : quia sicut infra magis patebit. In secundo membro vsq ad christum durauerunt duces iuda z sceptra regni:et post eum non. Item ipse in sanguine suo moriens aspersit corpus propriū ergo.zc.Defecit autem apud iudeos regnum et sacerdotium christi tempore : quia ipse vtrumq secum tulit: et sibi populum nouum faciens antiquum adiecit : et hoc erat prophetatum per.psalm̄.Constitues me in caput gentium:populus quem non cognoui seruiuit mihi : in auditu auris obediuit mihi : filij alieni inueterati sunt : et claudicauerunt a semitis suis: viuit dominus et benedictus deus meus:et exaltetur deus salutis mee . deus qui das vindictas mihi et subdis populos sub me z liberator meus zc. Ergo s̄m ista christus noster est ille de quo ista sunt predicta et prophetisata : et in quo omnia sunt impleta:ergo ipse est messias in lege promissus. Quarta prophetia z benedictio est quam dedit Balaam israeli.Numerorum.xxiiij.ibi dicitur quod cū vidisset

Balaam quod placeret domino vt benediceret israeli irruenti in se spiritu dei
assumpta parabola ait. Quam pulchra tabernacula tua Jacob: tentoria tua is
rael. Qui benedixerit tibi erit ⁊ ipse benedictus: ⁊ qui maledixerit tibi in male
dictione reputabitur. Punctum sequitur. Orietur stella ex Jacob: ⁊ consurget
virga de Israel: De Jacob erit qui dominetur ⁊ perdet reliquias ciuitatis: sed
nullus ante Christum fuit in quo sic hec prophetia fuerit impleta: ⁊ in ipso ple
nissime est completa. Ergo ⁊ cetera. Quod autem in ipso solo impleta sit patet:
quia nec Moyses: nec alius propheta vnquam fuit qui radiis legis doctrine mo
ris ⁊ vite tantum de mundo tantum de populo illuminauerat: tot suis radiis
ad se traxerat: ergo ipse est stella illa orta ex Jacob, mundum regens, dirigens
⁊ illuminans. Quod autem fuerit virga regens, virga corrigens, virga constrin
gens: virga florens, patet discurrenti ⁊ legenti vitam ⁊ doctrinam per legem ⁊
Euangelia cui virge iudei non consentiunt: sicut nec stelle lumen recipiunt: si
cut Psalmista predixerat in Psal. secundo. Quare fremuerunt gentes et popu
li meditati sunt inania ⁊c. Et nihilominus ego autem constitutus sum rex ab
eo super Syon montem sanctum eius ⁊c. Hoc est recte illud quod Psalmi. pre
dixerat. Eructauit cor meum verbum bonum ⁊c. Speciosus forma pre filiis ho
minum ⁊c. Expone: quia bene est ad propositum de Christo: propter istam sin
gularem vnctionem ⁊ vnctionis prophetiam ⁊ predictionem. Et dicitur singu
lariter benedictus: ⁊ ideo legimus in euangeliis populum iudaicum predican
tem Christum benedixisse: Benedictum vocasse: dicendo: Benedictus qui venit
in nomine domini. Matthei vigesimoprimo. Marci vndecimo. Luce decimono
no. ⁊ Joannis duodecimo. Idcirco Elizabeth prophetissa predixit matri eius. lu
ce primo. Benedicta tu in mulieribus ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et hec
de primo.

¶ Quantum ad secundum intelligendum quod quamuis iudei a fide nostra
in pluribus deuient tamen dato quod ille quem expectant venerit ⁊ probato:
cito cum illis in aliis conuenire possemus. haberemus enim quod ille esset ma
ximus ⁊ verus propheta: si verus: verba sua erunt vera: sed ipse dixit se esse dei
filium: ergo haberemus quod ipse filius dei esset: et sic de aliis. Et ideo quia in
hoc esset tota vis an venerit: totus sermo fundabitur: vt ostendamus messiam
in lege promissum iam venisse: ⁊ nullatenus iam venturum: circa quod tria fa
ciam. Nam primo per quatuor prophetarum dicta quod ipsi ⁊ nos nuncios hu
ius aduentus recepimus ipsum venisse ⁊ non venturum esse ostendam. Secun
do per quatuor prophetarum dicta: quibus probare videtur quod nondum ve
nerit sed futurus sit: ad propositum inducam: ⁊ inducta dissoluam. Tertio per
quatuor rationes in eorum scriptura ⁊ nostra fundatas: ⁊ si non demonstratiuas
tamen persuasiuas: quod venerit probandum adducam. ¶ Circa primum as
sumo dictum prophete ⁊ patriarche ipsorum Jacob Genesis quadragesimo
nono. Non auferetur sceptrum de Juda: et dux de femore eius: donec veniat qui
mittendus est: ⁊ ipse erit expectatio gentium. Hanc authoritatem assumo pro
maiori syllogismi mei: sed de Juda ablatum est sceptrum: ⁊ dux de femore eius
iam defecit a tempore herodis ascalonite: circa sub quo Christus natus est: er
go propheta venit qui mittendus erat. Sed ad hoc respondent quidam ex Ju
deis: quia dicunt hoc non debere intelligi de Messia ad literam: sed de Nabu
chodonosor rege babilonis: qui propter peccata regis ⁊ populi missus a deo
in hierusalem: eruit oculos Sedechie: ⁊ filios eius interfecit: nec postea aliquis
de stirpe eius regnauit: vt patet quarti Regum vigesimoquarto. ⁊ vigesimo
quinto capitulis. sed hoc esse falsum est manifestum: nam post illam captiui
tatem habuerunt iudei reges: quia Joan. hir. Symonis ⁊ Macha. filius. ⁊ tunc

regnauerunt filij eius vsq; ad herodē: vt patet per historiographos. Herodes autem alienigena fuit: habuerunt etiam duces & principes: sicut zorobabel: esdram/Neemiam/Machabeos. Si autem dicatur quod isti reges/& principes nō fuerunt de tribu de qua Jacob loquebatur: non est verum: quia machabei fuerunt de tribu sacerdotali: & per consequens regali: quia iste due commixte fuerunt: iterum zorobabel qui fuit dux post captiuitatem Babylonicam: fuit de tribu Juda: vt patet in pluribus locis scripture: ideo alij iudeorum doctores soluunt dicentes hoc non debere intelligi de Christo: sed de Roboam, filio Salomonis a quo recesserant decem tribus & adheserunt Roboam filio Nabat. tertij Regum secundo. & hoc patet: quia vbi translatio hieronymi habet. Donec veniat qui mittendus est: veritas hebraica habet donec veniat silo i loco venerat Roboam: vt dicunt & cōstitueretur rex: illo loco populus recessit ab eo. sed hoc falsum esse patet ex precedenti responsione: quia extunc fuerunt reges & duces de Juda. Item quia locus ille non silo: sed sichem vocabatur: vt patet tertij Regum. xiij. & est locus alius & remotus ab illo. Item patet quod vtraq; responsio sit falsa/nec illa prophetia potest intelligi de Nabusel vel de Roboam/sed solum de Christo: quia quamuis veritas hebraica habeat donec veniat silo/tamen translatio chaldaica donec veniat Christus. hanc autē trāslationem quam fecit Jonathas sapiens & acceptus inter iudeos accipiunt Judei sicut hebraicam veritatem quia non differt/nisi quod hebraicis literis obscure dicitur: per sermonem Chaldaicū clarius habetur: quam translationē constat in omnibus continere/verum hoc idem patet ex textu qui immediate sequitur: lauabit in vino stolam suam & in sanguine vue pallium suū quod de nullo illorum regum potest intelligi: nec de alio nisi de christo hoc modo quō ꝫ vinum & indumentum predixit & exposuit Esaias dicens. Sed quis est qui vēit de Edō tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis sue: ego qui loquor iustitiam: & ppugnator sum ad saluādū quare ergo rubrum est indumentum tuum &c. Sequitur aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea expositione grossa. hoc ad ppositum patet. ergo quod cum ille Jacob ppheta predixerat nō aufferri sceptrū de Juda donec veniret christus: Est autem ablatum tempe herodis: sub quo christus benedictus natus est: sed nec extunc de Juda regem habuerunt vel ducem: & sunt Millecce anni quod regnum defecit & hodie sunt magis elōgati quam vnquam fuerūt & quotidie magis ab habendo rege iudei elōgantur qd̄ ille venit qui mittendus erat qui vocatur christus. Et ita patet cōcludere directe primam authoritatē quā iudeos mussitantes & expectantes futurum qui iam venit. Secundo assumo dictum aggei pphete cap. ij. dicentis. Hec dicit dñs exercituum adhuc vnū modicum est & ego mouebo celum & terram mare & aridā & mouebo omnes gētes: & veniet desideratus cunctis gētibus: & implebo domum istam gl'ia. Sed & magna erit gl'ia domus istius nouissime plusquam prime. ex hoc sic arguo: tēpus quo hoc dixit ppheta fuit secundo anno regis persarum: vt patet ibidem sed tam fm̄ computationem iudaicam quam etiam nostram ab eo tempe vsq; nunc plusquam mille anni sexcenti sexaginta fluxerunt. ergo illud tempus vsq; nunc nō potest dici modicum: sed ppheta dixit: Adhuc modicum/ꝙ nō esset si adhuc desideratus nō venisset. ergo ad veritatem pphetie necesse est ꝙ iam venerit: sed ad hoc rñdent aliq̄ iudei ꝙ quāuis istud tempus sit multum quoad nos: tñ est modicū quoad deū: iuxta illud ps̄. Mille anni ante oculos tuos tanq̄ dies hesterna que preterijt. Et sic loquitur Aggeus: sed hoc nihil est: quia ppheta nitēbatur ppl'm cōsolari qui de captiuitate debebat liberari & ad alandum pro templo quod debebat restaurari. Et ideo non loquebatur de modico

tempore quoad deum: sed quoad populum: post quod modicum populus debebat releuari et templum edificari: et maiori gloria adimpleri. Loquebatur autem propheta de secunda domo. Ex quo secundo arguo sic: maior debuit esse gloria domus secunde quam prime. sed hec gloria non potuit esse maior nisi per aduentum christi. ergo etc. probatio minoris: aut hec gloria debet intelligi quo ad diuitias: aut quantum ad edificium/ aut quantum ad sanctitatem/ aut quantum ad aduentum desiderati/ sed secunda domus plus quam prima non habuit maiores diuitias nec edificia: cum tunc populus esset pauperrimus et in abiecto statu. Unde dicitur Esdre quinto. Quod qui primam domum viderant lachrymabantur quando videbant secundam. Item nec propter maiorem sanctitatem: quia templum secundum luxuria et comessationibus fuit plenum: et multis immunditijs: vt patet primi Machabeorum. i. Ergo relinquitur quod non fuit maior eius gloria nisi per aduentum desiderati cunctis gentibus: quod fuit quando fuit presentatus in templo iuxta prophetiam Malachie: Statim veniet ad templum sanctum suum. Sed ad hoc dicunt iudei/ quod fuit maior gloria qua plus durauit: sed hoc nihil est: tum quia hoc non omnes concedunt: tum quia si maior duratio faceret maiorem gloriam maior esset gloria lapidis quam hominis: quia plus durat. Ad hec dicunt iudei aliqui quod inducta authoritas si sic debeat intelligi plus facit ad oppositum: quam ad propositum. probatio in authoritate dicitur. Mouebo celum et terram: mare et aridam: et mouebo omnes gentes: sed hoc non vidimus: ergo nondum venit: sed hoc nihil est/ quia hec motio spiritualis debet intelligi: quia celum persona filij dei quod metaphorice moueri dicitur inquantum est incarnata: terra virgo beata mater quam expressit nomine maris et aride: quia fuit mare per amaritudines tribulationis/ vel per continentiam gratie amplioris: et arida per inexperientiam virilis commixtionis: et omnes gentes: idest de omnibus gentibus: vt sit distributio pro generibus singulorum: que motio fuit ab incredulitate ad catholicam fidem: vel si ad litteram velimus intelligere: non obstat: Quia in Christi aduentu per miracula hec omnia sunt completa. Nam in celo stella magis apparuit: in mari ventus christo et mare paruit. In terra plurima fecit specialiter: Lazarum suscitauit: et sic patet: quia authoritas ad propositum est directe et sic inuanum Iudei prophetatum desideratum qui venit diu: esse venturum pro nihilo sunt expectantes christianis qui eum agnouimus beatis existentibus. Tertio ad idem induco illud Danielis secundo vbi dicitur quod rex Nabuchodonosor vidit statuam cuius caput ex auro: pectus et brachia de argento: venter et femora ex ere: tibie ferree: et abscisus est lapis de monte sine manibus et percussit eam et omnia sunt contrita: vt autem ibidem exposuit Daniel: hec quatuor in statua significant quatuor magna regna. Primum est Chaldeorum quod per caput aureum significatur. Secundum est persarum quod significatur per argentum: et hoc subiecit sibi regnum regum Chaldeorum. Tertium est regnum Grecorum quod significaeur per es: quod sibi subiecit regnum Persarum. Quartum est Romanorum quod significatur per ferrum: quod domat cetera metalla: et ita istud subiecit sibi omnia alia regna. Per lapidem autem abscisum sine manibus intelligitur ipse Christus cui debent subijci omnia alia regna: De cuius regno dicitur ibidem Danielis secundo. In diebus autem regnorum illorum suscitabit deus celi regnum quod ineternum non dissipabitur: et regnum eius alteri non tradetur: comminuet autem et dissipabit omnia regna hec: et ipsum stabit ineternum: de lapide autem dicitur ibidem quod lapis percusserat statuam: factus est mons magnus et impleuit vniuersam terram. Ex omnibus his arguo sic: illa regnorum statua debet durare donec veniat la

pis qui statuam percutiat: sed illorum regnorum statua cecidit et percussa est vt patet per sensum: ergo lapis percutiens et sibi alia regna subijciens et suum regnum stabiliens ineternum ac in montem maximum crescens sine manibus abscisus necessario iam descendit: qui est dei filius in celis ex patre natus sine matre: in terra ex matre genitus sine patre vtrobique abscisus sine manibus: ergo istum lapidem expectantes futurum sunt iudei fatui: sicut qui regem expectat arcturum. Quarto assume dictum illius Danielis eiusdem nono ex verbo angeli ipsi messie aduentum denunciantis septuaginta hebdomade abbreuiate sunt super populum tuum: et super vrbem tuam sanctam vt consummetur preuaricatio et finem accipiat peccatum: et deleatur iniquitas: et adducatur iusticia sempiterna: et impleatur visio et prophetia: et vngatur sanctus sanctorum. Ad huius dicti intellectum Sciendum primo quod nomine hebdomade: vel accipitur spacium temporis septem dierum: et hoc modo est vsus communis huius nominis: et sic accipitur Leuitici duodecimo. Mulier que suscepto semine/ peperit masculum immunda erit septem diebus. Sequitur. Si autem peperit feminam immunda erit duabus hebdomadibus. idest quatuordecim diebus. Uel accipitur spatium septem annorum vt Genesis vigesimonono. Dixit Jacob Laban. Jmple hebdomadam dierum huius copule: Et hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis alijs et sic accipitur hic hebdomada ab angelo loquente Danieli: et in hac duplici nominis acceptione conueniunt omnes doctores tam iudeorum quam christianorum. Secundo notandum est quod de termino a quo debent numerari iste septem hebdomade/ sunt quatuor opiniones. Nam aliqui dicunt quod incipit ab vndecimo anno regis Sedechie/ quando templum primo destructum est. Alij dicunt: quod incipit a primo anno darij: quia angelus dixit ista Danieli. Alij dicunt: quod incipit a secundo anno eiusdem darij. Anno reditus a captiuitate sub zorobabel duce. Alij dicunt quod incipit a vigesimo anno artaxersis regis quando missus est Neemias ad reedificandum hierusalem: sed quecunque istarum opinionum sit verior nihil refert ad propositum nostrum: quia secundum quamlibet intentum habebitur. Ex his arguitur sic ad propositum. Septuaginta hebdomade abbreuiate sunt. idest precise accepte: quia abbreuiatum in hebraico non accipitur pro detruncato: sed pro preciso. ab isto ergo tempore determinato per angelum septuaginta hebdomade precise accepte sunt vsque ad tempus quo veniet iusticia sempiterna. et vngatur sanctus sanctorum: sed si accipitur hebdomada pro spatio septem dierum multiplicando septuaginta per septem: faciunt septuaginta hebdomade. CCCC. xc. dies. Dies qui iam preterierunt a quocunque termino incipiatur computatio secundum illas quatuor predictas opiniones/ quia non solum tot dies: sed anni duplo transierunt: quia a quocunque termino illarum opinionum incipiatur vsque nunc transierant. M. CCCCC. ergo accipiendo hebdomadam pro septem dierum spatio/ iam septuaginta hebdomade transierunt: ergo venit sanctus sanctorum. Idem est accipiendo hebdomadam pro septem annorum spatio: quia a quocunque termino secundum illas opiniones inchoetur computatio septuaginta hebdomadibus multiplicatis per septenarium facientibus quadringentos et nonaginta annos. Certum est quod transierunt vsque nunc. M. CCClxx. a tempore illo solo quo Christus natus est excepto tempore quod fluxit ante christi natiuitatem secundum quamcunque illarum opinionum fiat computatio. necesse ergo secundum illam prophetiam Danielis quod venerit sanctus sanctorum et iustitia sempiterna et fuerit deletum peccatum et iniquitas. i. peccatum originale. Certe respondet Rabi salomon. doctor iudeorum dicens/ quod per sanctum

sanctorum non intelligitur christus seu messias: sed archa domini et vasa sanctuarij: sed hoc nihil est: vt patet ex textu sequenti/quia sanctum sanctorum vocat christum ducem: de quo paulo post expresse prophetat dicens. Et post hebdomadas septuagintaduas occidetur christus et non erit eius populus qui eum est negaturus. Et post finem belli statuta desolatio / et vsq3 in finem sempiternum perseuerabit. In quo tempus aduentus et passionis christi et tēpus destructionis hierusalem/et templi facti per Titum et Uespasianum/ et indurationem ac insidelitatem cordis iudaici si omnia applicentur ad propositum manifeste descripsit. Allegare autem falsam expositionem quam ponit idem Rabisalom.in hoc passu et computare tempora precise descripta per angelum pretermitto gratia breuitatis sufficit esse probatu3/quod necessario venit Messias:et hoc fuit primum propositum faciendum in hoc sermone. Nunc secundo induco dicta quatuor prophetarum quibus iudeorum doctores simpliciores imbuunt vt mihi constat quod nondum messias venit quem nos dicimus christum.et primo hoc ostendunt ex verbo Esai. secūdo cap. vbi loquitur de aduentu huius prophete. In nouissimis diebus erit preparatus mons domus domini in verticem montium et eleuabitur supra colles et fluent ad eum gentes. Sequitur. Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur vltra ad prelium: hinc formant iudei quadruplex argumētū. Erit in nouissimis diebus: sed christus christianorum non erit in nouissimis diebus cum sint mille trecenti et viginti anni q venit et amplius. Ergo ipse non est verus messias. Secundo sic. mons domus domini qui est mons syon debet sic esse preparatus / quod eleuetur supra colles: sed adhuc non est eleuatus. ergo nondum venit christus. Tertio sic. ad messiam debent fluere omnes gentes: sed ad christi fidem non omnes fluxerunt gentes. ergo nondum venit. Quarto sic: post messie aduentum non debet gens contra gentem leuare gladium nec vltra exerceri ad prelium: sed hoc non videmus/quia in iudeis et alijs gentibus postea bella grauissima fuerunt: vt tempore Tyti et Uespasiani et multis alijs temporibus. ergo nondum venit christus in lege promissus. Respon. ad primum. quod in tota scriptura dies messie nouissimi nominātur/quia ad ipsum dies omnium prophetarum priorum tanq̄ ad prophetam vltimum et nouissimum ordinantur. Uel vocantur nouissimi respectu temporis generaliter precedentis. sicut Genesis quadragesimonono dixit Jacob filijs suis. Congregamini vt annunciem vobis que vētura sunt in nouissimis diebus: id est in futuris temporibus: quia constat multa eorum q̄ tunc prophetisauit: plus q̄ mille annis iam adimpleta fuisse: vel dicuntur nouissimi: quia in etate nouissima ⁊ vltima mundi. distingue etates et applica. Ad secundum dicendum/q quidam doctores hebreorum intantum fabulantur occasione illius verbi: vt dicant messiam cum venerit apportaturum montem. Thabor/synai/montem carmeli ad hierusalem/ et super verticem istorum mōtium ponet montē Syon: sed hec fictitia sunt ⁊ fatua: quia hec eleuatio non debet intelligi localis sed spiritualis quasi secundū nobilitatem: sed quod dicit Rabi salom.doctor iudeorum/quia maiora signa debent fieri in monte Syon per christum q̄ in alijs montibus quod veraciter factum est per christum. nam ibi cecū natum illuminauit. languidum in probatica piscina sanauit. ibi apostolis spiritum sanctum misit. eos ibi omnem linguam docuit ⁊ multa alia mirabilia ibi fecit: per que est ille mons in nobilitate ceteris altius eleuatus. Ad tertium dicendum/q ibi distributio est pro generibus singulorum et non pro singulis generum: et est sensus. congregabuntur ad eum omnes gentes. id est de oib9 gen-

tibus quod esse factum patet ad sensum: vel potest dici/ q per omnes intelligũ tur multi/ et hoc modo scriptura sepe loquitur. vt patet secundi Regũ. xvij. dixit absalõ et omnes viri israel melius est consilium chuzi &c. Constat autem/ qd ibi non erant omnes sed multi: ita in proposito. Ad quartum dicendum/ q pax per prophetam predicta fuit tempore natiuitatis christi/ intantũ vt omnes hystoriographi tradant q esset apud romanos pacifica monarchia/ et intantũ vt describeretur vniuersus orbis et durauit per quadraginta annos in iudea/ vt non haberent necesse gladios vel lanceas: sed possent facere vomeres vel falces. et hoc voluit dicere propheta. et ideo tempus illud iam fuit quod autem additur: non exercebuntur vltra ad prelium. ly vltra in hebre. non accipitur/ vt significet eternitatem. vt patet quarti Regum septimo. Ultra non venerunt latrones syrie in israel: sed hic et ibi importat diuturnitatem temporis: id est non venerunt de longis temporibus. ita hic. Secundo probatur. Christum non venisse per hieremiam vigesimo tertio. Ecce dies veniunt dicit dominus &c. Sequitur/ in diebus illis saluabitur Juda: et israel habitabit confidenter: sed nunquam iuda fuit minus saluus/ et israel nunquam minus confidenter habitauit quam post aduentum Christi nazareni/ quinimmo nec regna nec prouincie sufficiunt ad fugiendum et latitandum tot persecutores attribuuntur: ita timidi sunt effecti plusquam aliquod cor iudei. ergo nondum suscitauit germen iustum. Respon. hic israel et iuda non accipiuntur literaliter sed spiritualiter & interpretatiue/ quia iudas confidens/ israel deum videns interpretatur: illi ergo qui fuerunt israel: id est videntes christum esse deum per fidem saluati sunt et saluabuntur et in hac vita quo ad aliquid & in futura & qui sunt ipsum perveram fidem ore & opere/ corde et verbo confitentes habitant confidenter in spe misericordie & tandem in re/ et tales sunt christiani et non iudei qui non sunt verus iudas et israel re sed nomine tantum: christiani autem sunt vtrũque re sed non nomine. vel potest etiam dicere q litera saluatur quia saluatus est Juda: id est aliqui de iuda et multi de israel/ quia multi ex eis ad christi fidem conuersi sunt. Tertio arguunt/ qd dictum Daniel. vij. vbi loquens de aduentu Messie dicit. Aspiciebam in visu noctis et ecce cum nubibus celi filius hominis veniebat &c. Sed Jesus nazarenus non venit cum nubibus/ nec cum tali potestate. Ergo ipse non est verus deus vel christus Responsio. scriptura loquitur de duplici christi aduentu quorum primus est per humilitatem ad omnes erudiendum/ et iste fuit in incarnatione. Secundus erit per potestatem ad iudicandum/ et ille erit in seculi consummatione. Daniel. ergo loquitur de secundo aduentu nõ de primo. et patet ex textu precedente. Judicium sedit &c. Uel spiritualiter exponendo de primo aduentu. Christus venit in nubibus: quarum vna fuit caro alia fuit anima vtraque munda et lucida per virtutes conuersationum et celestia dona. Judei autem ceci nec istum duplicẽ aduentũ distinguũt nec spiritualem sensum intelligunt. Quarto eijciunt per auctoritatem. Zacharie. vj. loquentis de christi aduentu. Ecce vir oriens nomen eius: vbi translatio hiero. habet oriens ibi translatio chaldaica Messias nomen eius. sequitur edificabit templum domino: sed Jesus nazarenus templum non edificauit: sed destruxit et dissipauit. Ergo ipse non est Messias. Dicendum q secundum Rab. salõ. ille textus non intelligitur de christo sed de zorobabel: qui secundum templum edificauit: et secundum hoc nihil cõtra nos: sed melius et verius est: vt intelligatur de christo qui edificauit templum spirituale. domino. i. ecclesiam ex viuis lapidibus que est domus spiritualis: quam vidit dicens sic Jacob. Genes. xxviij. Non est hic aliud nisi domus dei et porta celi. vbi dicit glosa hebraica. vidit domum dei edificandam in celis: vel potest

dicit q ipse edificauit templum proprium. de quo aliquando dixit iudeis. Sol uite templum hoc in quo si sit nunc ita et tunc per equiuocationē vocabuli decepti sunt et fuerūt. Unde et de hoc templo sub typo ciuitatis. psal. predixerat. Homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus. Expone ad propositū et de incarnatione/ et de resurrectione: multe sunt auctoritates scripture de quib⁹ doctores iudeorum ignaros et simpliciores deformant ne christum venisse credant quas modo causa breuitatis omitto nunc. Scdo suadendum est quatuor rationibus in scriptura fundatis christum in lege promissuz venisse. Prima ratio est et sumitur ex miraculosa gentium ad fidem conuersione. Omnis enim congregatio aliquarum gentium in vnam fidem / vel sectam nouam et insolitam habet fieri et facta est per diuinam virtutem miracula facientem/ vel per aliquē bona temporalia concedentem/ promittentem vel largientem. Sed populus in fidem Christi multus et diuersarum conditionum adunatus non est vocatus per temporalium concessionem et promissionem et largitionem: immo cōtrarie per horum abdicationem et abiectionem. ergo relinquitur q solum sit vocatus per diuinam inspirationem et operationē. Minor patet. quia istis duabus vijs humanus animus de difficili mobilis a legibus consuetis tractus inuehitur in legem nouam et non aliter. Deus enim volens Judeos ad suum cultum trahere et ad nouam legem inducere/ virtute diuina vsus est et miraculorum et signorū operatione. Et quia homines plus temporalia q̄ spiritualia diligunt et sequūtur. Adhuc ad eos trahendo non sufficiebat sed adiecit temporaliū promissionem et largitionē. Dabo inquit tibi terram fluentem/ lac et mel. Leuitici vigesimo. Et cum toto hoc satisfacere habuit: quia sepius retrocedere voluerunt et recalcitrauerunt/ vt patent hec omnia Exod. et Josue Libus locis pluribus. Et cū his omnibus illius Judaici populi attractio magnum reputatur ac diuinum: cū tamen non fuerit in centesima parte tantus quantus est hodie populus christianus/ machometus autem multos traxit/ non signis miraculorum: sed violētia armorum a principio homines bestiales et diuine scientie ignaros trahens et horum multitudine et armorum violentia alios ad legem suā compulit/ carnali voluptati contra rationem habenas relaxans quā homines prohibiti prosequuntur: diuitias et honores concedens et promittens: libros diuine legis suis sequacibus ne suus error deprehēderetur astute prohibens. Ergo iste temporalium largitione illum fatuum populum ad se traxit. Sed christus benedictus non sic: sed per oppositum omniuz horum populos multos ad se vocauit/ quia de diuersis legibus sectis nationibus sapientissimorum turbam et etiam inferiorum connolare fecit. carnales voluptates cohibendo / diuitias et honores et omnia visibilia vt contemnantur docendo/ paupertatem: penitentiam: persecutionem: mortem: obedientiam: castitatem: humilitatem: virginitatem: et omnia que fere homines: vt custodiantur et ne timeantur suadendo et vt obseruentur/ ostendendo libros diuine legis in suam legem includendo/ nihil contra virtutem et bonos mores vel honestatem promittendo: relinquitur ergo q non per tēporalium concessionem tanta multitudo adunata est ad credendum arduissima: ad operandum difficillima: ad sperandum altissima: per illū maxime qui in hoc mundo pauper et abiectus et sicut latro interfectus fuit: et plus mortu⁹ q̄ viuus attraxit persecutionibus: passionibus: et mortibus diuersis: q hoc nō nisi diuina virtute fieri potuit. hec ratio fundatur in verbo Esaie/ loquentis de Christi aduentu. Sexagesimo Capitulo. Surge et illuminare hierusalē: quia venit lumen tuum et gloria domini super te orta est. Legatur totum vsq ibi. Fortitudo gentium venit tibi: et exponatur iuxta propositū iuxta predicta. Secun-

da ratio fuit et sumitur ex miraculorum in sola lege nostra operatione et conti-
nuatione/ quia deus illi soli largitur gratias singulares et super naturã qui est
ei singulariter dilectus et gratiosus/ sicut patet: quia populus iudaicus erat ei
dilectus singulariter in veteri lege ei singulares gratias opera supra naturã/
et miraculosa est largitus: vt patet de signis egypti sed deus hãc rationem sin
gularẽ est soli populo christiano a christi temporibus largitus/ scilicet miracu
lorum operationem. ergo solus iste populus est deo singulariter gratiosus. Et
si dicatur a iudeis q non credunt. qđ christus fecit mirabilia: habetur contra
eos q in libello que ipsi habent intitulatum de generatione iesu nazareni: di-
citur q christus mortuum suscitauit/ leprosum curauit/ claudũ sanauit et mul-
ta alia. Item si dicant q non credunt q apud nos fiant miracula nihil est: quia
constat q ecclesia nullum sanctum canonizat nisi sic fuerint probata miracula:
q in quocunq iudicio sm leges humanas oporteret testibus credi: hec autem
ratio fundatur in eo q habetur Exod. xj. quia apud filios israel erant miracu-
la contra egyptios. vnde dicitur ibi. Sciatis quãto miraculo diuidat egyptios
et israel. Tertia ratio sumitur ex mirabili iudeorum captiuatione: ex qua sic ar
guitur: israel non nisi propter peccatum est captiuatus et propter maius pecca
tum maiori captiuatione sed nunq fuit ita mala intensiue nec ita longa exten-
siue: sicut illa in qua modo sunt. ergo oportet q hoc sit propter que maiori ca-
ptiuatione captiuati sunt. vij. annis: hec autem captiuatio durauit plusq mil
le trecentis annis nec apparet q possent liberari et non idololatrãt: nõ occidũt
prophetas cum eos non habeant. Relinquitur ergo q hoc sit propter maius
peccatũ qđ non est aliud nisi mors christi et suorũ infidelitas ad ipsum. Quod
modo sit intensiue maior et acerbior captiuitas experientia eos docet. Nam an
tiquitus quilibet rex volebat eos ad se trahere et in terra sua habere: vt patet
de Pharaone et nabuchodonosor. modo autẽ quilibet nititur eos de terra sua
expellere et euellere. Patet ad sensum de regibus francorum anglie. etc. Antiqui
tus mittebantur eis prophete consolatores. vt patet de captiuitate egyptiaca et
babylonica: modo continue et quotidie augentur eis prosecutores in tantum:
vt etiam pueri sint eorum lapidatores. Antiquitus fuerunt aliqui accepti: vt
patet de Daniel. Iam omnes abiecti sunt: antiquitus fuerunt milites strẽnui:
modo facti sunt pauidi fugitiui. Quid amplius? vt cetera taceam: spectaculũ
sunt deo et hominibus signati in vultu: signati in habitu: canes appellati: a
mulieribus lapidati: ferentes dum credunt proficere retrocedentes: deo et homi
nibus abominabiles: et dum credunt vnum malum effugere incidunt in mille.
vt patet modo in pastorellis qui solum contra eos venerunt et tot milia occide-
runt: et hec omnia fundantur in illa prophetia eis prius prenunciata per Moy-
sen. Deuterono. xxxij. Deũ qui te genuit dereliquisti et oblitus es domini crea-
toris tui etc. Sequitur. quomodo persequebatur vnus mille et duo fugarent de-
cem milia: nonne ideo quia deus suus vendidit eos et dominus conclusit illos
etc. Applicetur totum ad propositum. Quarta et vltima ratio sumitur ex scriptu
rarum concordi impletione: quia quãdo scriptura aliquid predicit cum certis
circunstantijs vbi implentur circunstantie: et illud videtur impleri: sed christũ
venturũ scriptura predicit cum certis circunstantijs que implete sunt. Ergo chri
sti aduentus certissime est impletus maior. patet sed probatur minor quia scri-
ptura. Geñ. xlix. et Dañ. ix. predicit aduentum et temporis circunstantias et he
circunstantie implete sunt vt prius probate sunt: similiter dicit loci circunstan-
tiam. Matt. v. Et tu bethleem effrata etc. Ex te enim egredietur etc. Similiter de-
terminat modum veniẽdi: quia in pauperie. Zacharie nono. Ecce rex tuus venit

ubi iustus et saluator et ipse pauper similiter determinat circūstantiam mortis Esa.lxxiij. Sicut ouis ad occisionem ducetur. Et hec omnia in Christo certissime sunt impleta: ergo ipse est Christus olim in lege promissus: cuius aduentus certissime est impletus: ergo bene verum est verbum assumptum. Benedictus qui venit etc. Et hec de secundo principio.

¶ Quantū ad tertiū nota, q signū et indiciū manifestū est q aliquis venit in nomine regis et de eius mandato et voluntate quādo maiores regni et maiores consiliarij et generaliter omnes illi qui nō nisi regi obedirent ei obediunt: enim audiunt ei famulantur et obsequuntur: quādo autem subditi instabiles mobiles et frequenter rebelles quidam obediunt: et quidam non: signū est nequitie in subditis et nō in domino veniente. Ita in proposito hic dicit. ps. Christum venisse in nomine domini. Et certe hoc ostendit signum predictum: quia maiores creature de regno dei et maiores eius secretarij .i. angeli ei obediuerunt, ei seruierunt subsecuti fuerunt, astiterunt. Nota de natiuitate quomodo cantauerunt. Luce. ij. Et quomodo in resurrectione apparuerunt et frequenter ei in vita astiterunt. Item alie creature omnes irrationabiles que in operibus que sunt supra naturam soli deo nate sunt obedire Christo parebant ad nutum et ei obediebāt ad votum. Hec omnia patent discurrendo a principio eius aductus in mundū vsq ad eius ascensum in celū. Patet in natiuitate quando celum stellā ducem magis vsq ad ipsum prebuit. Math. ij. Item mare solidum calcanti se exhibuit. Marci. vi. Uenti et mare ei iubenti trāquillitatem in tēpestate dederunt. Mat. viij. Surdi muti leprosi paralitici ceci claudi demoniaci curati sunt et q omnibus est maius mortui suscitati sunt. Dic de miraculis vt placuerit et vniuersaliter omnis creatura irrationalis que soli deo in his que supra naturam sunt subiecta est: obedire q nata est ei soli: eius per omnia implebat mandata. Nec Christi miracula negare possunt iudei: cū ipsi ea in suis libris scripta habeant: specialiter et in libello preallegato. Soli homines: qui quādoq deo quādoq dyabolo obediunt et specialiter iudei qui deo increduli et frequenter rebelles fuerunt: et sanctos ac prophetas alios sic Christum occiderunt: illi soli restiterunt: rebelles et increduli fuerunt: et hoc est recte quod Christus dixit iudeis. Johan. quinto. Pater diligit filium et demonstrat ei omnia que ipse habet: et maiora his demōstrauit. Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat: sic filius quos vult viuificat. Sequitur. Nec vocem eius audistis, neq spiritus eius vidistis, neq verbum eius habetis in vobis manens: quia quem misit ille huic vos non creditis. Dic de sequentibus vt placet vsq ibi. Ego veni in nomine patris mei et non accepistis me: si alius venerit in sui nomine illum accipietis. Hoc est ex nequitia et duritia cordis hominum: non defectu venientis. Hec est recte prophetiā quam premisit. In psalmo septuagesimo tertio. Ut quid deus repulisti. Lege vsq ibi. Incenderunt sanctuarium tuū in terra, poluerunt tabernaculum nominis tui: et exponatur totum de Christo Beata Uirgine et ecclesia vsq ibi. Memor esto huiusmodi: inimicus improperabit domino et populus insipiens incitabit nomen tuum non plus sed cum Christo dicamus. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomen sanctum tuū. Quod nobis concedat etc.

¶ Collatio. lxxxix. de sanctis Apostolis Symone et Juda et quibuscunq Apostolis. Ex psalmo. cxviij.



Estimonia tua exquisiui/ etenim sederunt principes. In Psal. cxviij.
Sicut malum capitis est summe in corpore vitandum: ita malū prin-
cipis cauendum est in plebe: sicut enim motus ⁊ sensus descendit ⁊ de-
riuatur a capite in corpus reliquum: ita principium bone operatio-
nis bone informationis descendit a principe in populuz: ⁊ sicut capi-
te dolente cetera membra dolent: ita principe bene vel male habente subditi be-
ne vel male habent. Ita videmus in operibus nature: Grues enim scalariter vo-
lantes per modum exercitus ducem ⁊ principem habent. Falco igitur volens ha-
bere gruum exercitum non inuadit vltimam vel mediā sed primam ducē ⁊ prin-
cipem: q̄r ipsa capta ⁊ percussa faciliter capit reliquas ⁊ dispergit: ⁊ hoc videtur
esse verbum Christi qd̄ allegauit. Math. xxvi. Sumptum de Zacha. Percutiam
pastorem ⁊ dispergentur oues gregis. Hoc quidem legimus in gestis sacre scri-
pture. Cuz enim Nabucho. misisset exercitum suum cum principe Holoferne cō-
tra hierusalem q̄ndiu fuit bene holoferni principi tandiu bene fuit toti exercitui:
sed postq̄ fuit princeps holofernes interfectus etiam fuit interfectus exercitus
⁊ totaliter dissipatus. Unde dixit Judith eo interfecto. xiiij. Suspendite caput
holofernis principis supra murum ⁊ erit cum exierit sol: accipiat vnusquisq̄ ar-
ma sua ⁊ exite cum impetu: tunc necesse erit vt exploratores fugiant ad principē
suū: cūq̄ duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holofernis: ⁊ inuenerint
eum truncum in suo sanguine volutatum: decidet super eos timor. Cūq̄ cogno-
ueritis eos fugere: ite post eos securi: quoniam deus cōteret eos sub pedibus ve-
stris: ⁊ ita factum est: nam vagao intrans holofernis cubiculum clamauit: heu
vna mulier hebrea fecit confusionez in domo regis Nabucho. Ecce Holofernes
iacet in terra ⁊ caput eius in eo non est: quo audito fuit totus exercitus dissipa-
tus: hec ideo dicta sunt: quia duces et principes totius exercitus Christi totius
christiane militie: fuerunt sancti Apostoli: ⁊ sunt hodie eorum successores prela-
ti: de quibus dicit p̄s. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos prin-
cipes super omnem terram: memores erunt nominis tui: q̄ndiu igitur fuerūt hu-
iusmodi boni principes sancti Apostoli in primitiua ecclesia: tandiu fuit eccle-
sia optime ordinata: ⁊ q̄ndiu habet ecclesia hodie bonos prelatos/ ⁊ bonos prin-
cipes: est ecclesia in bono statu: ⁊ est bene regulata. Sed dyabolus ⁊ tunc: ⁊ nūc:
sicut falco insidiatur gruibus: insidiatur Christi fidelibus: ⁊ maxime fidelium
principibus. An non falco dyaboli fuit Herodes qui misit manus vt affligeret
quosdam de ecclesia: occidit autem Jacobum fratrem Johānis gladio: ⁊ appo-
suit apprehendere ⁊ Petrum. Tales falcones dyaboli: sunt ⁊ fuerunt quandoq̄
tyranni infideles sanctorum Apostolorum ⁊ patrum ac prelatorum persecuto-
res: sed vtinam hodie essent tales principes sicut tunc: q̄uis enim a falconibus
persecutoribus percuterentur: non tamen deijciebantur de christi exercitu: quia
Christi fidem integram conseruabant solum de pluma perdebant quia corpus
morti pro Christo ⁊ eius populo exponebant: sed timendum est q̄ hodie possit
dici de aliquibus illud qd̄ dicit vagao. Heu vna mulier facit confusionem in do-
mo regis. id est Christi scilicet in ecclesia. Nota principem quem non potuit to-
tus exercitus iudaicus deijcere vna mulier interfecit: ita sepe in ecclesia illū prin-
cipem quem non potest deijcere nec mundus nec dyabolus vna mulier deijcit ⁊
prosternit: ⁊ ideo plorat populus dicens. Heu vna mulier fecit confusionem ⁊c.
Ecce holofernes iacet in terra princeps in immūditia ⁊ caput eius Christus vel
ratio vel prudentia vel verecundia in eo non est: ⁊ ideo vna mulier fecit confusio-
nez in vna ciuitate in vna dyocesi in vna parrochia: immo in tota ecclesia. Et
nota q̄ singulariter dicit vna ⁊ quantam confusionem possunt facere vbi sunt
plures. Isti percutiuntur a falcone in pluma ⁊ in carne ⁊ in corpore ⁊ in anima.

Non sic principes primi: quia ledi non poterant nisi in pluma in corpore solum non in anima. Igitur de primorum valentium principum numero fuerũt sancti Apostoli Symon et Judas qui velut caput in corpus mysticum: et sicut principes in populum influebant in Christi fideles sensum et motum: quia ut docebant credenda et ostendebant agenda: nec tamen falco dyabolus/caro/mundus/ vel quicunq tyrannus eos potuit a Christi exercitu deiicere. Unde si fuerũt percussi in pluma corporis exterius per martyrium non tamen in carne integra. id est in anima interius per peccatum: immo sederunt et steterunt sicut veri doctores in solio: et principes et firmi in throno a quibus ecclesia reportabat et directionem gubernationem protectionem et defensionem q Christo recognoscens ecclesia dicit illud verbũ. ps. Testimonia tua etc. In quibus describit eorum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Dignitatẽ | principes | fuit autẽ eorũ | dignitas | plātione | superior |
| Felicitatẽ | sederunt | | felicitas | pmiatiõe | suauior |
| Utilitatem | testiõ etc. | | utilitas | imitatiõe | uberior |

| | | | |
|---|---|---|---|
| principes | fuit quippe | plātionis dignitas decorata | honorum |
| sederunt | istorũ duorũ | pmiatiõis felicitas cumulata | donorum |
| testiõ. etc. | sctõrũ aplorũ | imitatiõis utilitas exemplata | meritorũ |

| | | |
|---|---|---|
| multiplicibus | fastigiis | principes |
| | delitiis | sederunt |
| | exercitiis | testi. etc. |

¶ Quantum ad primum nota/ q isti habuerunt veram principis dignitatem: quia habuerunt illa quatuor que ad verum et bonum principem requiruntur. Quippe ut ex scriptura sacra potest colligi verus et bonus princeps debet habere. primo in gubernando sagacitatem prudentie. propter hanc prudentiam factus est Joseph princeps in tota terra egypti. Unde dixit Genes. quadragesimo quinto fratribus suis. Dei voluntate huc missus sum qui fecit me quasi patrem Pharaonis et dominũ universe domus eius ac principẽ in omni terra egypti. Unde hoc. ps. Recitat dicens. Constituit eum dominum domus sue et principem omnis possessionis sue. In hoc aũt fuit prudẽtia gubernationis q unicuiq dabat et distribuebat sm q meritũ et exigentia cuiuslibet requirebat qđ patuit in tritici dispensatione: quia populo distribuebat triticum et regi congregabat thesaurum. Patuit etiam in suorum fratrum collocatione: quia ut dicitur Genesis quadragesimo tertio. Ita eos collocauit ad conuiuium. q sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua et minimus iuxta etatem suã: et sumptis partibus quas ab eo acceperant maior pars venit beniamin: ita ut quinq partibus excederet. Talem prudentiam debent habere principes tam ecclesiastici q mundani ut non que sunt sua sicut tyranni querẽtes subditis utiliter que eis sunt necessaria tam in nutrimento corporali q spirituali ad utilitatem reipublice bona principatus dispensantes: et in omnibus dei utilitatem et honorẽ pre oculis habentes in distributione bonorum: etiam et collatione honorum et dignitatum: q seruent equalitatem determinate proportionis: ut unicuiq iuxta suã propriã virtutem tribuant: sed minora conferant pueris: non conferatur dignitas et principatus illiteratis et inmorigeratis sz perfectis et approbatis: ut unusquisq sedeat eo primogenitus iuxta primogenita sua: et minimus iuxta etatem suam. dicitur enim Ecclesiastici. x. Ue tibi terra cuius rex est puer: et cuius principes mane comedunt: beata terra cuius rex nobilis est et cuius principes vescuntur in tẽpore suo ad reficiendũ non ad luxuriam: ideo debent talia ordinate distribui: ita tamen q omnibus datis qđ cuilibet expedit excedat quinq partibus pars beniamin partes alias: hoc est dictu q filius beniamin qui interpretatur

filius dextre ⁊ significat hominem virtuosum sanctū ⁊ perfectum qui est dextre
dei filius potiorē habeat: quia q̃to quis est melior ⁊ sufficiētior tāto eius pars
debet excedere maiorem portionem ⁊ tanto tali magis ⁊ agentis ponderosa be=
neficia ⁊ officia cōmitti debent ⁊ conferri. Hec est prudentia ⁊ sapientia prouide
⁊ iuste gubernationis que in quolibet principe esse debet. Et ideo dicitur Eccle=
siastici.ix. In manu artificis opera laudabuntur: ⁊ principes populi in sapien=
tia. Hanc sapientiam habuerunt isti duo⁊ omnes sancti Apostoli principes ec=
clesie primi: q̄ vt legitur Actuū. ij. Ipsi honores ⁊ onera beneficia ⁊ officia iu=
xta virtutem ⁊ merita indigentiā atq̄ abundantiā bona ecclesie ad Christi bo=
nitatem ⁊ honorē singulis dispēsabāt: ⁊ distribuebāt. Vñ dicit Aug. in speculo
clericoꝝ. Sic eñ legitis in actib⁹ Aplorū: q̄ erāt illis oīa cōia⁊ distribuebat vni
cuiq̄ sicut cuiq̄ opus erat: vñ tā de istis q̃ de alijs pōt exponi illud Nume.xiij.
Hi sunt principes quib⁹ p̄cepit dñs: vt diuiderēt terrā filijs israel: sꝫ vtinā non
sit verū qđ plorabat Dañ.iij.dī. Non est in tpe hoc princeps ⁊ dux ⁊ ꝓpheta in
israel: vult dicere ꝙ q̄ in hodiernis principibus nō est hodie hec prudētia dispē
sationis: nec equalitas ꝓportionis: nō est princeps in israel: q̄ malus princeps
ꝓ nō principe habet: rō aūt quare nō est ista prudētia in principib⁹ est hec. Ma=
gister tēplū vel palatiū edificās qñq̄ vtit arte debita ⁊ regulata mēsura: ⁊ tunc
edificiū vadit bene ⁊ optime ꝓsperat: q̄ in loco periculoso ⁊ vbi est pōdus edifi
cij nō ponit colūnā fragilē: sed firmā ⁊ fortē: in loco vbi nō est pōdus nec pericu=
lum ponit quicq̄d occurrit: lapidē vel lignū: qñq̄ aūt nō vtit arte debita: sꝫ volū
tate ꝓpria ⁊ affectione indebita⁊ inordinata: ⁊ tūc in loco periculi pōderis non
ponit qđ est fortius ⁊ vtilius⁊ magis expedit: sed qđ est sibi acceptius⁊ magis
diligit: ⁊ ideo qñq̄ fortes colūnas. s. ligna / ⁊ lapides ponit in loco debili: debi=
les aūt ⁊ fragiles ponit in loco pōderis oneris ⁊ periculi: cū scit ꝙ totū ruit: edi=
ficans ⁊ edificiū. Ita spūaliter qñq̄ princeps in distributione honoꝝ ⁊ onerum
edificioꝝ ⁊ bñficioꝝ: velut artifex militantē ecclesiā cōstruens q̄ edificat vt ciui=
tas: vtit arte debita: quia ratione id volēte: ⁊ tūc ponit in locis pōderis⁊ pericu
li: magnis prelationib⁹ onerib⁹ ⁊ honorib⁹: colūnas firmas ⁊ fortes hoies san=
ctos / virtuosos / literatos / ꝑfectos: ⁊ tūc ecclesia optime gubernat totū vadit op
time ⁊ secure: qñq̄ aūt dimissa regula rōnis ⁊ timore dei postposito nō curātes
de periculo ecclesie vtunt volūtate ⁊ affectione ꝓpria: ⁊ q̄ affectio inordinata ꝑ
uertit iudicium: in locis periculosis ⁊ magni ponderis ponūt colūnas fragiles
nullius virtutis pueros inexpertos illiteratos immorigeratos peccatores ⁊ ma
los in magnis beneficijs ⁊ officijs: in magnis prelationib⁹ ⁊ honorib⁹ ad q̄ por
tāda ⁊ gubernāda nō sufficiūt isti suscitāt de puluere egenū ⁊ de stercore eleuāt
pauperem: vt sedeat cū principibus⁊ soliū glorie teneat. Ut dicitur. j. Regū. ij.
Hoc propter affectionem q̄ forte sunt de proprio nemore. i. de proprio sanguine
⁊ genere: vel seruiunt ⁊ sunt affecti ex recepto munere: colūnas autem firmas et
fortes ponunt in loco fragili perfectos ⁊ literatos viros in statu humili: ⁊ ideo
ruit ecclesia ⁊ edificans ⁊ totum edificium. Hoc est malum consilium omittere
regulam rationis ⁊ sequi impetum affectionis qđ deus dissipat ⁊ reprobat di=
cente. ps. Dominus dissipat consilia gentium: reprobat aūt cogitationes popu
loꝝ ⁊ reprobat cōsilia principū. Isti sunt principes qui per nepotes sanguineq̄
suū volūt hereditate possidere sanctuariū dei quos tamē deus dissipat ⁊ euol=
uit. de quib⁹. ps. Pone principes eorū sicut Oreb ⁊ Seb⁊ Zebee ⁊ Salmana oēs
principes eoꝝ q̄ dixerūt hereditate possideamus sanctuarium dei. Deus meus
pone illos vt rotā ⁊ sicut stipulā ante faciem venti: sicut ignis qui comburit syl=
uas ⁊ sicut flāma cōburens montes persequeris eos. Habent errorem in edificio
ecclesie habent defectū prudentie: hoc in nostris principib⁹ preuiderat Eccles.x.

vbi dixit. Uidi et aliud malum sub sole quasi per errorem principis a facie egre
diens stultum positum in dignitate sublimi et diuites sedere deorsum. vidi ser
uos in equis et principes quasi seruos ambulantes super terram. Propter hoc
dicebat Dan. quod non est in tempore hoc princeps in isrl. nõ fuerũt tales prin
cipes isti et alij sancti apostoli sed secuti fuerũt rationis regulã et christi. de qui
bus dixit. ps. Uiderunt ingressus tuos deus ingressus dei mei regis qui est in
sancto. preuenerunt principes psallentibus in medio coniuncti iuuencularũ et
tympanistriarum in ecclesia. Nota si vis: quare dicit in medio: quia princeps partia=
lis esse nõ dz. sed dz habere princeps in iudicãdo equitatẽ iustitie: in cuius si=
gnũ ille hebreus quia moysem nõ putabat iustũ iudicẽ dicẽs. Exod. ij. Quis te
cõstituit principẽ et iudicẽ super nos? ideo legit Exo. xviij. quod cum Jetro dixisset
moysi. prouide de omni plebe viros potentes et timẽtes deũ in quibus sit veritas
et qui oderint auaritiã: qui iudicent populũ. moyses electis strẽnuis viris de
cuncto israel: constituit eos principes populi qui iudicarent populũ: hoc autez
est summe necesse in principe. Est enim princeps in populo sicut columna in pa
latio: cui palatium innititur stans recta: non inclinatur ad aliquem parietẽ:
et columna et palatiũ stant secũ: sed qñ columna inclinat ad vnũ parietẽ et alterũ
dimittit tunc pondus cadit super columnam et colũna cũ palatio totum ruit.
Ita spũaliter colũne sunt prelati et gñaliter oẽs principes. Palatiũ quod colũ=
ne innititur est subditus ppls. qñ ergo princeps stat rectus in medio ppli ad
iudicandũ p equitatẽ iustitie nec amore nec fauore nec odio nec liuore ad alte=
ram partẽ trahit stat bene et secure princeps et populus: sed qñ dimissa rectitu
dine equitatis partialitate carnalitate cupiditate ad alteram partem indebi
te inclinatur: est ruina principi et plebi. Figuratur Judi. xvi. Cum enim palatiũ
in quo erant principes philisteorum inniteretur columnis quamdiu fuerunt colũ
ne recte steterunt secure: sed concito per Sansonẽ fuerunt cõcusse et a rectitudine
obliquate statim ruit palatium cum columnis. vt dicitur ibi. Concussis forti=
ter columnis cecidit domus super omnes principes et ceterã multitudinem que
erat ibi. Sancti apostoli omnes et isti specialiter fuerunt columne recte non ad
partem aliquam quacũque affectione vindicta vel odio obliquate equitatez iu
stitie semper in iudicando seruantes. Nota in legenda istorum quomodo dyaconum in
nocentem per malitiã mulieris false accusatum voce pueri liberauerunt et no=
centem perdere noluerunt. Ideo dicitur puer. xvij. Non est bonũ damnũ infer=
re iusto: nec percutere principẽ qui recta iudicat. Sed timendũ est valde quod sit
sic in principibus sicut in colũnis: colũna enim quãtũcũque sit recta: ecce curuatur
tamen dupliciter primo quando ad vnam partem chorda trahitur tantus enim
potest esse tractus quod columnã incuruat. Ita spũalr quãtũcũque enim aliquando
princeps ex se sit rectus: tñ per chordas carnis et sanguinis per parentũ preces
et instantias tantũ trahitur ad vnã partẽ quod necessario incuruat et obliquatur.
Secundo quando ictu machine percutitur. ictus iste machine columnã percu=
tiens est munus et oblatio principẽ cõcutiens. O quis est qui ab isto ictu non cõ
cutiatur: immo non deijciat? statim enim dum veniũt munera porta aperitur:
princeps blanditur: et donans auditur. Uñ puer. xviij. Donũ hois dilatat viaz
eius: et ante principes spatiũ ei facit: qui non offert hic nõ ingreditur nec audi=
tur. propter ista sequitur obliquitas et iniquitas iudiciorum in principibus. hoc
est recte illud Mich. iij. directum maxime ecclesiasticis pricipibus. Audite hec
principes domus iacob et iudices domus israel qui abominamini iudicium: et
omnia recta peruertitis qui edificatis syon in sanguinibus et hierusalem in ini
quitate: principes eius in muneribus iudicabant: et sacerdotes eius in merce=
de docebant et prophete eius in pecunia diuinabant. Istis recte loquitur. ps.

Usque quo iudicatis iniquitatem et facies peccatorum sumitis etc. usque. Uos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis. Tertio habere debet princeps in puniendo et largiendo veritatem magnificentie. Dicitur enim Prouerbio. decimoseptimo. Non decent stultum verba composita nec principem labium mentiens. Sicut enim sol pater omnium viuentiu est super omnia eleuatus vt infallibiliter omnibus viuentibus suam virtutem influat. Ita princeps est super populum subditum eleuatus vt singulis sua dona et beneficia donet et tribuat: nec solu verbo promittat: sed opere cōpleat. Ita fecerūt sancti apostoli omnes: et apparet in istis duobus: quia ipsi contra promissa idolorum promiserunt pacem Indorum et aduentum legatorum que fuerunt opere veraciter subsecuta. hoc autem sicut in alijs principibus eorum principatus et honorauit et confirmauit ideo dicit. psalm. Nimis honorati sunt amici tui deus etc. Sed hodie psalm. quasi videns contrarium predicat dicens: Bonum est sperare in domino quam in principibus. Ratio. quia quidam sunt sicut corui/quidā sicut leones etc. Coruus enim omni die sibi predam et cibum auide et gulose procurat. Alijs autem semper cras cantat et nunquam ab eo plus reportant: sed cras vsque ad mortem eis cantat. Ita quidam domini et principes a suis subditis et seruitoribus beneficia/seruitia/obsequia/ exactiones/ procurant et auide recipiunt: sed ipsi nihil suis seruitoribus qui mercedem expectant et retributionem querunt: nihil tribuūt sed promittunt et dicunt cras: et ita vsque ad mortem eis se benefacturos promittunt et sic moriuntur et nihil tribuūt: sed bene cantauerunt: et tunc seruientes se inueniunt delusos et quasi desperatos. et ideo. psalm. Nolite confidere in principibus etc. Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam in illa die peribunt omnes cogitationes eorum scilicet expectantium seruitorū etc. Alij sunt sicut leones et lupi. Isti enim principantur animalibus in syluis et nihil promittunt: sed eis insidiantur et ea rapiunt et deuorant. Talis est multorum principatus ad rapiendum subditos et ad insidiandum eis. prouerbio. decimoctauo. Leo rugiens et visus esuriens princeps impius super populum pauperem. Ezech. vigesimosecundo. Principes eius in medio quasi lupi rapiētes predam ad effundendum sanguinem et ad perdendas animas et auare sectantes lucra. Et Esa. primo. Principes tui infideles socij furum omnes diligūt munera: sequuntur retributiones Non fuerunt tales principes isti apostoli: sed largientes magis. Quarto debet habere princeps in bellando et defendendo firmitatem constantie. Sic videmus in pecoribus et armentis quod oues habent pro principibus arietes cornibus armatos et viribus fortiores. Ita in populo principes debent esse ceteris fortiores ad defensionem subditorum et reipublice: qui cuncta capite et corpore defendant. Unde dicitur. primo Macha. secundo Iudas machabeus. fortis viribus a iuuentute sua sit nobis princeps militie: et ipse aget bellum populi. Tales fuerūt omnes apostoli isti et duo specialiter qui velut arietes cornibus armati scilicet cornu intellectus per fidem: et affectus per charitatem impetiuerunt inimicos christi et regis sui tyrānos/magos idolatras. Nota in istorum legenda conflictum eorum vsque ad mortem cōtra magos zeroam et arfaxat et sacerdotes idolorum. ideo dicitur Treno. primo Facti sunt principes eorum velut arietes. quia igitur habuerunt istas cōditiones boni principis in populo et principatu eis a christo commisso habuerunt ab ipso qui est princeps omnium regum terre: vt dicitur Apocaly. primo Bonā retributionem: quia post principatum huius mundi venerunt ad principatum celi vnde. psalm. Principes populorū. c. s. c. d. a. q. d. f. t. v. eleuati sunt. Et de hoc sequitur in secundo.

¶ Quantum ad secundum nota quod boni domini et curialis est vt eos quos

habuit socios ⁊ vie ⁊ laboris belli: habeat etiam socios gaudij honoris mercedis consolationis ⁊ premij. Christus in via quam elegit dura ⁊ aspera habuit socios scilicet apostolos: ⁊ inter alios istos duos: ⁊ isti in omnibus persecutionibus bellis ⁊c. sunt ipsum secuti: ⁊ cum christus per viam illam peruenerit ad regnum, vbi sedet a dextris dei. vt dicitur Marc. vlti. Incurialis esset si suos seruitores ⁊ sequaces repelleret a regno, consolatione, honore. Unde ⁊ ipsi hanc cum christo habuerunt questionem ⁊ responsionem Mat. decimonono vbi dixit symon Pe. ad Jesum. Ecce nos reliquimus ⁊c. Quid ergo erit nobis? Respondit christus. Amen dico vobis quod vos qui reliquistis omia ⁊c. Sedebitis supra sedes duodecim iudicantes duodecī tribus israel. Hāc eandem promissionem fecerat christus Apocaly. tertio Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo sicut ego vici ⁊ sedi in throno cū patre meo: ideo quilibet apostolorum etiam sede glorie collocatus dicit illud Canti. secundo Sub vmbra illius quem desiderabam sedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium nota quod ignorans volens habere scientiam non habet melius consilium q̄ȝ quod requirat bonum magistrum vel librum: sicut enī a fonte aqua recipitur ita a magistro vel libro informatio debita exhauritur: ideo ecclesia primitiua ab apostolis istis ⁊ alijs velut a magistris optimis veracibus ⁊ libris correctis exquirebat: ⁊ nunc nos respiciendo eorum vitam debemus exquirere doctrinam, informationē, correctionem vite nostre: q̄ȝ inde tūc recipiebat: et nos adhuc possumus recipere: ⁊ ideo dicitur mandata tua exquisiui, supple ab istis libris exemplaribus tanq̄ȝ optimis magistris et doctoribus ad hoc videt̄ scripsisse. ps. Quanta audiuimus ⁊ cognouimus ea et patres nostri narrauerunt nobis: non sunt occultata a filijs eorum in gn̄atione altera: filij qui nascentur ⁊ exurgent enarrabunt ea filijs suis vt ponāt in deo spem suā ⁊ non obliuiscant̄ operū dei ⁊ mandata eius exquirāt. Si vis dilatare cōtrauitia dic q̄ȝ hec exquisitio cessat hodie: tum ꝓpter defectum doctorum ⁊ librorum: q̄ȝ hodie nō habem⁹ talia exemplaria. Nota si vis q̄ō exemplaria corrūpuntur per distantiā ⁊ elongationē a primo exemplari vero et correcto: ⁊ ita in ꝓposito. Tū propter defectū discipulorum, quia nullus mādata dei curat exquirere. i. exquisite adiscēdo ⁊ ꝓficiendo querere. vñ. ps. Lōge a peccatoribus salus q̄ȝ iusti. ⁊c. Exquiramus ergo si sumus discipuli et subditi. exemplaria ⁊ bona ad exquirendū a nobis nos prebeamus si sumus prelati: q̄ȝ. ps. scripsit. Beati immaculati in via qui ⁊c. Beati qui scrutantur testimonia eius ⁊c.

¶ Collatio nonagesima De annunciatione dominica vel natali domini vel purificatione.



In verbum tuum supersperaui. psalm. cxviij. In vulgari nostro dicitur tale prouerbium. Le bon marche tire largent hors de la bourse ⁊ la doulce parolle tire le cueur du ventre. hoc est dictu. sicut bonum forum extrahit pecuniam de bursa: ita dulce ⁊ bonum verbum extrahit cor ⁊ voluntatem de anima. Istud recte est verbum Ecclesiasti. sexto. Dulce verbum multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos. quod autem hoc sit verum sic ostendo: verbum enim dulce comparatur ymbri et niui: quia sicut ymber et nix veniunt in terram ab extrinseco ⁊ eam duram et sterilem siccam et infecundam mollificant humectant et fecundant ⁊ germinare faciunt ⁊ humorem in fructum trahunt. Ita cor durum ⁊ siccum per iram et rancorem ⁊ odium verbum dulce emollit humectat fecundat ⁊ ad amicitiam prouocat ⁊ finaliter in fructum et beneficia etiam inimicorum corda trahit: et hanc virtutem verborum dei habere indubie asserit ipse de Esa. quinquagesimo quinto. Quomodo descendit imber et nix de celo et illuc vltra non reuertitur sed inebriat terram ⁊

fecundat eam et germinare eam facit &c. sic etiam verbum meum quod egredietur de ore meo non revertetur ad me vacuum: sed faciet quecunque volui. Idē patet. quarti Regum. decimoquarto. Cum enim david esset turbatus contra absalon filium suum ioab misit mulierem sapientem thecuitē ad david que cum locuta fuisset sapienter per parabolam ad david emolliuit cor eius & reduxit amorem ad filium. vnde dixit ad Ioab. Ecce placatus feci verbum tuum. ergo verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos. Hec pro tanto dicta sunt quia filius dei est verbum. Ioan. primo In principio erat verbum. et non quodcunque sed dulcissimum: quod sic ostendo illud verbum esset dulcissimum per quod tolleretur omnis infirmitas/omnis/paupertas/omnis calamitas et haberetur omne volitum desideratum et concupitum & solum malum haberi non posset. talis conditionis est dei filius: quia per ipsum habetur omne desiderabile dulce bonum et preciosum: & solum malum per ipsum haberi non potest. vnde Ioan. primo verbum erat apud deū & deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. i. peccatum secundum Augu. Istō verbum sua dulcedine velut imber & nix de celo veniens & terram nostre humanitatis infundens eam ad se traxit: et in fructum vberrimum pullulare fecit: inimicos domini et hostes reconciliauit: illa sapiente muliere ad deum dicente. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum: cui dicit deus. Ecce placatus feci verbum tuum. & tunc verbum caro factum est: cuius gloriam vidimus. psalm. ergo vidēs istius verbi dulcedinem in persona sua symeonis & aliorum sanctorum patrum istud verbum desiderantium vehementiam sui desiderij exprimens loquitur deo patri. In verbum tuum supersperaui. In quibus verbis describit. psalm. dei filij.

Imaginem } in verbum } habet que ppe dei filius { imaginē luminosam
Originem } tuū super } { originē generosam
Dulcedinē } speraui } { dulcedinē virtuosam

que est ipsa { veritas { diuinitas { felicitas — in verbū tuū supsperaui — habemus igitur } lūminositatē imaginis } gñositatē originis } vtuositatē dulcedis

In parte permanentem specialiter }
A patre procedentem personaliter } quia in verbū tuuz
Cum patre attrahentez efficaciter } supersperaui

¶ Quantum ad primum sciendum quia posset aliquis mirari quare iste. psal. & Ioannes euangelista et scriptura sacra dei filium vocat verbum. Et quamuis multiplex posset reddi ratio: tamen ad propositum potest reddi hec ratio: quod hoc est propter verbi proprietates & conditiones que christo conueniunt. Conueniunt enim dei filio specialiter proprietates verbi sm quod verbum inuenitur primo in naturalibus. loquendo autem in materia rerū naturalium quamuis Aug. distinguat triplex verbum. s. mentale imaginabile & vocale: tamen vt cōplete loquamur in proposito includendo verbum artificiale cuius materia est res naturalis: nos dicemus quod est verbum quadruplex: primum est mentale quod cognitione gignitur. secundum imaginabile quod imagine voluitur. tertium exarabile quod protractione describitur. quartum vocale quod locutione promittitur. Et hoc verbum quadruplex propter suas proprietates est dei filius quia ipse est verbū mente cogitatū in paterna intellectione. capite imaginatū prophetica figuratione. pelle registratū in materna conceptione. voce prolatū in virginea parturitione. Prosequamur de singulis et ostendamus quomodo dei filius habet horū verborū proprietates. Quantū ad primum sciendum quod sicut nos experimentaliter cognitiue verbum gignimus apud nos interius mente

z secrete z dicim⁹ ego cogitaui bonū verbū: ita de⁹ pr̄ in suo itellectu sine actu intelligendi format z gñat verbū suū qd̄ est dei fili⁹: de quo ad hoc ꝓpositum in scripsit ps̄. dicēs. Eructauit cor meū verbū bonū: vbi nota ꝙ verbū ꝙdiu est in corde nō cognoscit: sed tñ pōt eē principiū actionis. vñ s̄ grāmaticaliter dicim⁹ aliqua verba actiua: sic verbū dei etnē in diuina essentia cognosci nō potuit: sed aliqualiter manifestatum est in rerum creatione: quia tunc actiuū factū ē vnde Jo. postq̄ dicit. De⁹ erat verbum subiunxit. omnia per ipsum facta sunt: ideo etiam ait ps̄. q2 ante cognosci non poterat: eructauit. q. d. sicut illd̄ quod corde gestatur: non nisi per eructationem manifestatur: Sic nec diuinum v̄bū quousq̄ deus pater ipsum, eructauit per creationem omnium rerū ipso mediā te. quod autem verbum possit esse actiuum patet in verbis: q2 dicimus: ego co gitaui vnum verbum tale quod faciam timere audientes: de cui⁹ verbo ab eter no concepto dicit Jo. In principio erat verbū. z q2 hoc verbo omnia creata sūt cum homo per peccatum iam nihil esset: q2 ad nihilum redactus sum z nesciui in ps̄. Et sine ipso factum est nihil. Jo. j. Rationabile erat vt etiam eo mediāte recrearetur homo: z ideo q2 hoc verbum hominem recreauit dedit deus imagi nari per figuras ꝓphetis eis non loquens: sed solum signū ostendēs. Et fecit sicut faciūt abbates monachis albis: q̄ qñ deliquerunt vel nimis loquēdo vel nimis contra regulam delinquendo imponunt eis silentium: nec extunc verbū abbati: vel alteri audent facere nisi per signa. Ita de⁹: q2 isti nimis locuti fue runt⁹ qñ dixerūt. ne forte moriamur. Geñ. ij. contra regulā quā eis dederat d̄ co mestione deliq̄runt. nō em̄ debuerunt dicere forte cū de⁹ ita nō dixisset: nō de⁹ ab stulit eis verbū suum: dās eis grauiorē culpā: vt sederēt soli in terra: z discipli narent a singulis. nec reliquie eoꝝ alioꝝ reliquijs miscerent. Dic omnes alias penas z applica de grauiori culpa: vnde silentium eis imposuit z cum deo lo qui non potuerunt nisi per signa/ nec deus eis loquebatur nisi per signa: q̄ si gna erant imagines verbi incarnandi: de hoc igitur verbo incarnando dicam⁹

¶ Quantum ad secundū. nota verbum imaginatum est: quando aliquis ima ginatur z cū voluit: qūo pulchre z bene intelligibiliter pōt ipsum ꝓponere: vt clare intelligatur: z melius sibi credatur. Huic igitur verbo cōparatur dei fili⁹ in lege veteri figuratus: q2 ibi de⁹ per figuras disposuit: qualiter pulchre abs q̄ corruptionē virginis posset concipi: posset nasci: z qualiter ipsum talem pos semus intelligere clare per fidem sicut em̄ verbū cordis vt est in mente cōceptū ordinatur ad proferendum s̄z voluntatē dicentis. ita verbum diuinum fuit ab eterno ordinatum propter nos incarnari s̄m voluntatem patris filiū ꝓmitten tis z s̄m diuersas imagines z figuras ipsum describentis: Quis aūt multe fue rint pulchre imagines z filie veteris legis quibus deus disposuit filium incar nari: tñ sunt quatuor pulchre. Prima est exo. iij. de rubo in quo deus apparuit Moysi in qua rubo erat ignis z nō cōburebatur: sic dei filius in rubo. i. in vir ginis vtero apparuit cū igne diuinitatis q̄ humanitatē non absorbuit: q̄a hō fuit z tñ virginitatē non violauit. ¶ Scd̄a de virga aaron/ q̄ frondiut z floruit sic virgo dei genitrix virga est/ flos filius eius: q2 sicut sine corruptiōe flos egre ditur: sic z filius absq̄ corruptione nascitur. Nota hystoriam Nume. xvij.

¶ Tertia figura fuit de Gedeōe pugnāte. Judic. vj. q̄ in signū victorie petiuit ꝙ vell⁹ cōpleueret in area: area sicca ꝑmanēte. Area est virgo beata ab omi hu miditate pcti carnalis extranea. Pluuia in vellere/ diuinitas in carne. nā sicut pluuia reddit vellus humorosum/ sic diuinitas humanitatē q̄ prius erat sicca grā dei: vel vell⁹ v̄ginitas q̄ aliena a passionib⁹ corpis: Quis sit corpi vicina: sicut vell⁹ vicinū corpi alienū est a passionib⁹ corpis sicut etiā integrū reman sit vellus post rorē: sic virgo post filiū. ¶ Quarta est q2 Ezechias in signū ꝓlō=

gate vite a dño petiuit solē reuerti decē gradib⁹ qd factū est.iiij.Reg.xx.xp̄us est sol q̄ idē manēs reuersus est prio gradu:vno a diuinitati:qr verbū caro factū est.⁊ post nouē gradib⁹.ix.s.ordinib⁹ angelorū.Nota hystoriā de hoc v̄bo in p̄o.Sustinuit aīa mea in v̄bo ei⁹:sperauit aīa mea in dño.
¶Quantum ad tertium nota q̄ verbū registratū dr illud qd mente longe cogitatum postea frequenter imaginatū ad memoriam p̄petuaȝ scribitur in pelle carnea registratur.Ita fuit de dei filio:ab eterno em̄ in paterna mente cogitatus postea in veteri lege apud p̄phetas multis figuris imaginatus tandeȝ in incarnatione fuit in pelle carnea scriptus ⁊ registratus:qr in nostra carne humanatus.ideo de hoc dr ad Rom.ix.Uerbum abbreuiatū faciet de⁹ sup terraȝ Nota dicit verbum:qn̄ quis aliquod magnū verbū ⁊ subtile quod magna' indiget memoria vult teneri in memoria consueuit hoc scribere:⁊ in scripto ponere vt si quando a memoria excideret scriptum reperiatur.Ita voluit de⁹ facere/ volens q̄ nos essemus semp̄ memores verbi sui scripsit ipsum in charta vt si qn̄ q̄ obliuisceremur ipsi⁹ per incarnationem inueniremus scriptum ⁊ possem⁹ recordari:⁊ hoc est qd dicit v̄bū Jo. de q̄libet fideli ps̄.Memor fuit v̄bi sācti sui sequit̄ abbreuiatū.Nota qn̄ aliq̄s magn⁹ cleric⁹ vult p̄ferre aliqua magna ⁊ alta verba coram ignobilibus qui indigent longa ⁊ clara explicatione cōsueuit abbreuiare ⁊ ponere breuiter ⁊ sub similitudine vt possint intelligi:⁊ meli⁹ retineri.Ita fecit nobis deus ignorantibus voluit ostendere quedā verba digna:longa explicatione.s.celestia secreta:sed quia nos eramus male intelligētes cuȝ vellet nobis reuelare mysteria diuinitatis que sunt longissima dicit deus q̄ nimis haberet facere:⁊ ideo verbum latissimum abbreuiabit ponens ipsum sub similitudine carnis.Philip.ij.In similitudinem hoim factus ⁊ habitu inuentus vt homo.Sed no.q̄ aliter abbreuiat̄ longa vel lata dimensio a figura spherica:qr longa vel lata abbreuiatur per subtractionem a principio: vel fine alicuius ptis:sed spherica non sic cum principio ⁊ fine careat.nam nō pōt abbreuiari per subtractionem sȝ p̄ compressionem vel angustationē quādā ita fuit abbreuiatum verbum dei quod est sphera:cui⁹ cētrum vbiq̄ circūferentia nusq̄ est.Esa.x.Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam:cōsummationem em̄ ⁊ abbreuiationem faciet dñs in medio omnis terre:de qua sequit̄. super terram:nota cū deus vellet scribere hoc verbum quesiuit papirum⁊ non fuit in operatorio angelorum damnatorum inuentum:qr illi p̄diderant in mari temptationis superbie merces humilitatis:⁊ hoc verbum cum esset abbreuiatum debebat scribi in papiro humilitatis.Iterum nec in operatorium āgelorum beatoꝝ qr illud erat nimis clarū ⁊ subtile ⁊ non potuisset homo legere/ qr sicut se hȝ ocul⁹ nicticoracis ad lumē solis/ita intellectus noster ad manifesta in natura vt dicit ph̄us in.ij.metaph.ideo vētū est ad operatoriuȝ hominū cunq̄ quesita fuissent multa op̄atoria nō inueniebat̄ conueniens papirus: qr erat quedam nimis grossa per superbiam:quedam nimis pinguis:vbi male recipit̄ incaustum per auaritiam:quedam nimis madefacta⁊ nigra p̄ luxuriā ⁊ finaliter non inuentum fuit aliquod operatorium vbi inueniretur aliq̄d de bono pergameno vel papiro/nisi in operatorio virginis vbi nihil inuentuȝ est de papiro grossa sed delicata per humilitatem:nec de papiro pingui:sed solū macilenta per paupertatem:nihil de madefacta vel nigra sȝ bn̄ sicca ⁊ alba p̄ v̄ginitatem:vnde cum ad omnia sibi dictum fuisset q̄ ipsa conciperet filiuȝ q̄ eēt filius altissimi:⁊ hoc verbum in ipsa scriberet spūssanct⁹.qr spūssanctus superueniet in te ⁊c.Ipsa r̄ndit.Ecce satis de papiro in operatorio meo que est hūilitatis/qr eccce ancilla dñi satis de papiro munda ⁊ virginea:qr p̄rima virginitatē voui ⁊ istō v̄bū nō dȝ scribi nisi p̄gameno v̄gineo:sicutnec aliqua bre-

ria q̄ ponunť ab incantatoribus: vbi nota ꝙ clerici scribentes aliqđ breue vo-
lunt semper scribere in pergameno virgineo. sic. ſſ. volēs scribere hoc breue vbū
voluit ipsum scribere in pergameno virgineo quale fuit pergamenū virginis
marie: Jdeo Luce primo. Fiat mihi ſm verbum tuum. statim. ſſ. accepit vnū
folium de papiro ⁊ scripsit ibi verbū missum celitus: ⁊ tunc verbū abbreuiatū
verbū caro factū est in illo folio purissimi sanguinis marie virginis. ideo dicit
super terram. i. sup terrā natura non angelicā. Sequitur: faciet dñs nota nō q̄-
cunq̄ fuit notarius huius verbi q2 nō ioseph. sed. ſſ. notari⁹ fuit qui cognosciť
in litera: q2 si ioseph scripsisset istā literā fuisset solus hō: sed q2 de⁹ scripserat
aliqñ naturam humanā potuit scribere verbū quod esset homo ⁊ deus. iste ēt
scriptor fuit. ſſ. de quo Jo. vij. pater verbū ⁊ spūſſanct⁹. ⁊ hi tres vnū sunt. ⁊ io-
an. i. ⁊ deus erat verbum. hoc verbū igr̄ fecit deus. s. spūſſanctus abbreuiari su
per terram humanitatis virginis. de quo ps. Memor fui testamenti sancti sui
verbi qđ mandauit in mille generationes: dicit mandauit. nota verba q̄ scri-
pta mandanť per regem non statim exequunť nisi ad tempus quo mādatur p
regem: sicut patet de litera qua fuerunt capti iudei vel templarij: ⁊ hoc est / ne
prescientes caueant ⁊ fugiant: sed tempore determinato executioni mandant ⁊
iterum scribuntur in papiro curie: ⁊ sciunt tm̄ curiales quid debet fieri. Sic fa
ctum est de verbo dei misso ad genus humanum quia non statim qñ venerunt
litere de paradiso fuit executioni mandatum vt appareret hoībus: sed fuit p̄-
mo scriptum in papiro curie. i. in vtero virginali: ⁊ sciuerunt hoc tm̄ curiales. s
nuncius qui literas apportauit. s. archangelus gabriel: ⁊ pater qui misit ⁊. ſſ.
qui scripsit: ⁊ Joseph qui fuit balliuus: ⁊ elizabeth que erat de curia eo qđ eēt
mater seruientis curie. s. Joannis baptiste: ⁊ ipse etiā Joannes in vtero sciuit
qui fuit seruiens xp̄i vadens ante eum ⁊ huic reuelatum est in vtero matris: hi
soli sciuerunt ne fugerent iudei vel templarij. i. diaboli qui precauissent sibi ⁊
fugissent si statim postq̄ scriptum fuit hoc verbum per conceptionem / fuisset
propalatum per natiuitatem: ⁊ ideo latuit. ix mensibus anteq̄ hoc verbum qđ
erat conceptum ⁊ scriptum proferretur vel nasceretur: vnde Luce. xviij. Erat ver-
bum istud absconditum ab eis: sed in natiuitate fuit reuelatum omnibus: q2
tunc literas mandauerat dari executioni deus pater: prius autem fuit celatū
⁊ absconditum pluribus sed reuelatum paucis secretarijs predictis curialib⁹
Jdeo dicitur Amos. iij. Non faciet dominus verbum nisi prius reuelauerit se-
cretum. hoc secretum in natiuitate reuelatum fuit: ⁊ ideo pastores volentes sci
re istos rumores dixerunt. Luce. ij. Transeamus vsq̄ beth. ⁊ vi. h̄ verbū qđ ⁊c.
¶ Quantum ad secundū nota ꝙ dei filius erat verbum prolatum in ipsa ꝓla-
tione primo incipit audiri ⁊ cognosci sic verbū qñ fuit natū primo incepit au-
diri ⁊ cognosci: vnde fecit sicut faciunt isti nobiles pugnatores bene noīati: cū
em̄ per bellum volunt aggredi hostes suos primo premittunt aliquos ⁊ ipi po
nunt se in aliqua valle: ⁊ cū illa inceperint contra ipsos bellare quasi iā habē
tibus victoriam exeunt de valle ⁊ clamant talis talis: sicut francia francia ⁊ ta
li noīe audito hostes terrenť ⁊ solo terrore vincunť. Sic xp̄s volēs pugnare cō
tra demonem premisit aciē ꝓphetarū ⁊ tandē Joannē baptistam qui magis vi
cebanť q̄ vincerent: sed xp̄s incepit exire de valle virginis vteri virginalis ⁊ tūc
Jo. clamauit: verbum caro factum est: tunc territi demones victi sunt: vt p3 in
parasceue: qđ aūt istud verbū tremāt demones super oīa verba scripture. nota
de illo fratre quē impugnantes demones solum dimittebant cū h̄ dicebat vbū
caro factum est. Jtē de illo qui dixit hoc exp̄ esse fratri. Jtem de illo fratre de q̄
vidit beatus dñicus / ꝙ diabolus non poterat facere aliquas illusiones super
cellam illi⁹ qui dicebat euāgeliū Joannis: Jn principio erat ⁊c. Ceterū ꝓ dice

bant orōnes alias q̄ non prohibebant illusiones demonū. Itē de illo demōe q̄ apparuit fratri in choro in sede vacua iuxta eū quem reprehendit: q2 non iclinabat se cum diceretur natus ex maria ꝟgine: q2 dicit si assumpsisset naturaꝫ angelicā ipse ꝓsterneret se ad terram: hoc est illud verbū de quo Joan. in canonica sua qd vidimꝰ ⁊ audiuimꝰ ⁊ manꝰ nostre cōtrectauerūt de verbo vite: annunciamus vobis. Nota ꝙ verbū qd gestaꝛ in corde nunꝙ vr̄ nisi scribaꝛ / nec audiꝛ nisi ꝓferaꝛ: iō vt ipsum viderem ꝰ fuit primo scriptū in conceptione vt audiremus fuit prolatū in natiuitate. Item nota ꝙ idem verbum manens idem potest manere in mente in imagine in scripto. ⁊ potest induere idem verbū formam vocis vt extra proferaꝛ: sic idē verbum mansit in mente patris in imaginibus ꝓphetaꝝ scriptū in vtero virginali ⁊ natū: forma carnis indutū. vñ August. primo de doctrina christiana. sicuti cum loquimur: vt id qd animo gerimus: in audiētis animo per auras corporeas illabaꝛ sic sonus verbum qd corde gestamꝰ ⁊ locutio vocatur: nec tñ in eundem sonum cogitatio nostra conuertatur: sed apud se manens integram formam vocis qua se insinuat auribus sine aliqua labe immutationis assumit. Ita verbum dei non commutatum caro tamē factum est. Itē nota ꝙ dicit. Uidimus sicut qñ verbum ꝓferꝛ absqꝫ aliq̄ violatione vel corruptione dr̄. Ita verbum probatum de virgine absqꝫ violatione nasciꝛ: ⁊ huic incorruptioni attestatur floritio regalis apulegij in hac nocte vbi nota quod hec herba semper in hora qua christus natus fuit nocte ista flores producit quantumcunqꝫ sit sicca: hoc regale apulegium fuit virgo beata: ⁊ sicut illa herba sicca etiam producit florem / absqꝫ aliqua corruptione / quem prius seruabat in corpore. Ita virgo verbum conceptum / quod prius seruabat in corpore sicut quendam florem absqꝫ aliqua violatione protulit nocte ista.

¶ Secundo inuenitur verbum in grammaticalibus: dicunt autem grammatici quod verborum est hec conditio: quod aliquod verbum est neutrum / actiuū commune / passiuum / deponens / substantiuum. Sic verbum patris dei filiꝰ est verbum neutrum ante reꝝ productionem per principiationem actiui ⁊ passiui. Et de hoc Luce primo. Erat verbum istud absconditum ab eis. Actiuum est in rerum creatione: vnde Joannis primo. Om̄ia per ipsum facta sunt: ⁊ sine ipso factum est nihil. Passiuum est in penarum afflictione. Et de hoc Apocalip. decimonono. Erat vestitus veste aspersa sanguine ⁊ vocabatur nomē eius verbum dei: commune fuit in morali conuersatione. vnde Joannis vigesimo. Stetit Jesus in medio. Et acꝛ. xiij. Uiri fratres vobis verbum salutis huius missū est. deponens fuit in resurrectione in qua deposito homine veteri non quantuꝫ ad substantiam: sed quantum ad fragilitatem ⁊ mortalitatem / sensum passiui deposuit actiuam significationem realiter retinendo: seruatqꝫ sensum passiui characteres vulnerum retinendo: vnde Actuum decimotertio. Postquā dictum est vobis verbum salutis huius missum est. Sequitur. cum consummassent omnia que de eo scripta erant deponentes eum de ligno posuerunt eum in monumento. Sed est substantiuum: vnde ipsi proprie competit illud substantiuum sum ⁊ fui: iuxta illud Exodi tertio. Ego sum qui sum: vnde in Psalmo. In eternum domine permanet verbum tuum: verbum autem domini stabit in eternum vt dicitur Esaie quadragesimo. Ulterius dicunt grammatici qd verbū habet quinqꝫ modos. s. indicatiuum / infinitiuum / imꝑatiuum / coniunctiuum / optatiuum. Sic verbum dei filius est verbum primo modi indicatiui: peccata commissa indicando vnde in Psal. Dies diei eructat verbuꝫ: ⁊ nox nocti indicat scientiam. Secūdo est modi infinitiui dissimulando vnde diciꝛ prouerb. xxv. Non loquitur verbum nisi in tempore suo. Tertio est modi imperatiui: vt peccata dimittas comminando. Unde Petrus cognoscens vilitatem pcti dicit.

Luce quinto. Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus ⁊c. Quarto est modi coniunctiui gratiam infundendo. vnde Psalmista. Misit verbum suum ⁊ sanauit eos. Quinto est modi optatiui gloriam largiẽdo. hec optauit hieremias.xvij. cũ dicebat/ vbi verbũ domini est veniat. Qui enim audit verbũ dei habet vitam eternam. vt dicitur Joan.v. ¶ Tertio inuenitur verbum in logicalibus/ dicunt enĩ logici de verbo ꝙ vel predicatur vt homo currit vel est copula predicati cũ subiecto/ vt dicendo petrus est bonus. Et hec duo conueniunt dei filio/ quia ipse est illud verbum quod predicatur a prophetis et sanctis patribus in lege Mosayca. Et est idem quod predicatur ab euangelistis ⁊ doctoribus in lege euangelica. vnde.j.Cor.j. Nos predicamus christum crucifixum ⁊c. Et.ij. Thimo.iiij. Predica verbũ insta opportune importune. Est etiã illud verbũ quod est copula mirabilis. Copulauit enim in vna persona velut in vna propositione logica mundo demonstrata duo in infinitum distãtia scilicet oriẽtem et occidentem/ lucem et tenebram/ punctum et lineam/ centrum et circũstantiam/ lutum et aurum/ diuinitatem ⁊ humanitatem/ finitum et infinitum/ creatum ⁊ increatum/ creatorem et creaturam. hec fuit copula mirabilis et inaudita et omni intellectui non solum mirabilis: sed per rationem impossibilis: huic tamen dei filio isti verbo possibilis quia non erit impossibile apud deũ omne verbum. Luce.j. hoc dicebat apostolus. Ephe.ij. Jpse est pax nostra qui fecit vtra︠ꝗ︡ vnum hanc copulam/ tunc completã quando verbũ caro factũ est pulchre describit apostolus. ad Ephes.j. ostendens ꝙ hoc verbũ propter copulã portat secum que sunt diuinitatis et humanitatis dicẽs/ multifarie multis︠ꝗ︡ modis vs︠ꝗ︡ ibi: qui cum sit splendor glorie ⁊ figura substantie eius portans omnia verbo virtutis sue purgationem peccatorũ faciens sedet ad dexterã maiestatis in excelsis. Ex premissis igitur patet aliqualiter quare dei filius a scriptura sacra verbum vocetur: quia propter conditiones verbi repertas in verbo accepto naturaliter: grãmaticaliter ⁊ logicaliter: ⁊ hec de primo principali.

¶ Quantum ad secundũ nota. ꝙ in hoc pronomine possessiuo tuum: ostenditur filij ad patrem et vna substantialitas ratione possessionis et alia personalitas ratione distinctionis/ quorũ vtrũ︠ꝗ︡ ipso pronomine importatur. Ubi intelligendum ꝙ se speculans in speculo continue suo aspectu generat speciẽ distinctam se representantẽ in eo. Jta deus pater se in speculo sue diuinitatis intelligẽs et intuens generat verbũ filiũ suum qui est patris imago: et sicut semper imago ad aspectũ intuentis in speculo ꝗ̃diu intuens speculatur generatur et gignitur est: ita verbũ dei/ filius patris: per patris continuũ intelligere semper generatur et semper genitus est. Jn hoc tamen est differentia: quia verbũ est patri consubstantiale/ non tamen imago speculi ipsi intuenti. psal. igitur volẽs ostendere distinctionẽ personalẽ inter patrẽ possidentẽ ⁊ filiũ possessum licet vnitas substãtialis maneat vsus est pronomine possessiuo ⁊ distinctiuo dicẽs tuũ. Sis vis dilatare contra vitia. dic ꝙ notanter dicit in celo qñ scʒ dicit inciernũ dñe permanet verbũ tuum in celo ⁊ nõ in terra: q2 peccatores ipsum expellũt de terra. prosequere vt volueris. ⁊ hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium nota. ꝙ posset quis mirari ⁊ merito. vnde hoc patriarchis et prophetis ac cũctis sanctis patribus vt cor suum ⁊ fidem suã ad celum et ad deũ ad dei verbũ intantũ dirigerent: ꝙ supra se sperando eleuarent cũ hominum corda ad ima ad terrena ex natura sua sint continue inclinata. vnde iste Psalm. dicit: supersperaui. i. non in hec inferiora sed in superiora et super naturam ⁊ rationẽ existentia speraui. Et dicendũ/ ꝙ non virtute propria sed superiore ⁊ diuina/ vbi notandũ ꝙ ꝗ̃uis grauia vt aqua ex natura sua semper tendãt deorsum: tamen ne sit dare vacuũ in natura/ virtus celestis facit vt vltra ⁊ supra

suā naturā aque sursum tendāt et ascendant sicut expresse. Patet in amphora ad aquā inclinata accensam candelā interius continēte / quia q̄tum ignis interior de aere consumeret tantū de aqua non sua sed celesti virtute sursum ascēdet et idem faceret terra et quodcunq̄ aliud corpus graue. Sic spiritualiter q̄uis mens humana ex sua natura sit prona et inclinata ad ista inferiora credenda et diligend a et speranda / tamen ne mens humana quia ista non satiant / nō replent / non quietant animam. Juxta illud Augu. Creasti nos domine ad te: et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te / remaneret inanis et vacua: sed esset plena tandem gloria ꝛ hic gratia immittit deus specialem influxū per virtutem fidei ꝛ spei: quibus mens humana supra se et vltra se eleuatur ꝛ erigitur vsq̄ ad deum in cunctis fidelibus q̄ dei virtute et non ꝓpria ratione vel conditione / de his et in illa que sunt supra se sperant deo adiuuante ꝛ eleuante. vnde dicit alibi idem Psalm. Adiutor ꝛ susceptor meus es tu: et in verbum tuum ꝛc. Igitur sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda ꝛc. vt enim idem Psalm. dicit. Salus iustorum a domino et liberabit eos a peccatoribus ꝛ saluabit eos: q꞉ sperauerunt in eo ꝛc.

¶ Collatio. xcj. De Beato Luca euangelista et Psalm. cxviij.



Ucerna pedibus meis verbū tuū. in Psalm. cxviij. Uulgariter in prouintialico dicit̄ tale prouerbiū. Enfant qui vient de nature prent de dieu sa pasture. hoc est dictu / quando puer nascitur a deo pascitur. si enim propria et aliena desint suffragia tamen assunt dei auxilia. Et hoc patet Exodi. ij. Cum enim moyses natus fuisset fluuio exposit⁹ ꝓprio et alieno auxilio destitutus statim deus prouidit ei per filiam Pharaonis que acceptum de aqua puerum nutrici tradidit pascendum et nutriendum dicēs. accipe puerum istum et nutri mihi et dabo tibi mercedem. Est enim deus sicut paterfamilias / qui inter ceteras sollicitationes hanc habet potiorem q̄d proli proprie de bona nutrice prouideat ad prolis nutritionem et educationem in qua est summa cautela adhibenda / quia ad bonitatem nutricis vel malitiā. sequitur bona vel mala nutritio prolis. vnde vidi hominem qui debiennio in biennium patiebatur quartanam / nec inueniebatur alia causa nisi quia nutrix que eum nutrierat pro tunc erat quartanaria. Est enim nutrix puero oculus ad dirigendum / pes ad incedendum / cibus ad nutriendum. ꝛ ideo ad bonam prolis educationem est summe necessaria bone nutricis electio / quia et mala nutrice / mala sequitur prolis nutritio. vnde legimus secūdi Regū. iiij. Quod cum filius Jonathe vocatus miphibozet fuit traditus cuidam nutrici ꝛ ipsa semel cū puero fugeret festinās offendit pedibus et cum puero cecidit et idcirco puer fuit lesus. et vt dicitur sequen. cap. ix. Factus est claudus vtroq̄ pede. Hec idcirco dixerim / quia christus velut paterfamilias habet prolem propriam scilicet totam militantem ecclesiam / totum populum christianum: qui quidē populus in primitiua ecclesia nouiter conuersus ꝛ natus a mundo dimissus immo persecutus et fluuio tribulationum velut Moyses exposit⁹: et proprio ac alieno auxilio: sicut puer destitutus habuit deum sibi de nutrice et de auxilio prouisorem ꝛ sollicitū curatorem. et hoc est argumentum christi. Matthei sexto. Respicite volatilia celi que non seminant neq̄ metunt neq̄ congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa: nonne vos pluris estis illis. Nutrices igitur istius prolis fuerunt apostoli: euangeliste et doctores aliū: qui populo in fide nouiter cōuerso et per baptismum generato fuerunt oculus ad dirigendum: pes ad deducendum: cibus ad nutriendum: incredibilia: agibilia et gratia: et hoc dicebat paulus qui fuit vnus nutritor. j. Thess. ij. Facti sumus paruuli in medio vestri

tanq̃ si nutrix foueat filios suos. et. j. Corinthioꝝ. iij. Tanq̃ paruulis in christo lac potum dedi non escam. ideo dicebat petrus. prime Petri. ij. Sicut modo geniti infantes lac concupiscite. Isti fuerunt optime nutrices et qui sunt nutriti lacte doctrine ipsorum crediderunt in salutem: qui autem alias nutrices habuerunt pseudo prophetas apostolos doctores peruersos falsos hereticos et nutriti sunt lacte egypti doctrina mundi et diaboli cciderunt corruerunt pariter doctores et discipuli: sicut ancilla miphiboset: et facti sunt claudi vtroq̃ pede: quia pede intellectus quãtum ad credenda/ et affectus quãtum ad agenda. Istam nutricem timebat. Psal. quãdo dicebat. Non veniat mihi pes superbie ꝛc. Sequitur ibi. ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi sunt et non potuerunt stare. Quia igitur christus de prole sua scꝫ de ecclesia propria sollicitus dedit beatũ Lucã suum euãgelistam nutritorem suorũ paruuloꝝ precipuũ: quia per doctrinam quã verbo predicauit ꝛ scripto tradidit fuit christi fidelibus tam in primitiua ecclesia q̃ hodierna/ oculus ad deducendum in cognoscenda/ pes ad producendum in agenda/ cibus ad nutriendum in perficienda. Ideo Psal. In totius ecclesie persona hec tria per ordinem beato Luce in verbis ppositis recognouit dicens. Lucerna pedibus meis verbum tuum. In quibus verbis Psal. Beati Luce preconia intuens describit eius.

| | | |
|---|---|---|
| Perfectionem intrinsecã<br>Cõuersationẽ extrinsecã<br>Eruditionem saluificã | — | Lucerna pedibus meis verbum tuum. |

Describitur autem sublimiter eius.

| | | |
|---|---|---|
| Perfectio interior.<br>Cõuersatio exterior.<br>Eruditio salubrior | Tanq̃ plena | Claritate.<br>Charitate.<br>Ueritate. |

Lucerna pedibus meis verbũ tuum.

¶ Quippe beati et gloriosi huius euangeliste.

| | | |
|---|---|---|
| Interior perfectio.<br>Exterior ꝯuersatio<br>Salubrior eruditio | habuit plenã | Claritatem.<br>Charitatem.<br>Ueritatem. |

Quia fuit omni carens.

| | | |
|---|---|---|
| Spurcitia<br>Malitia<br>Fallacia | — | Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. |

¶ Quantum ad primum nota. q̃ sicut est de rebus lucentibus naturaliter. Ita de hominibus spiritualiter. In rebus autem lucentibus sic inuenio. q̃ quedam sunt noctiluca: id est de nocte lucentia: vt aliqui vermes et quecũq̃ putredines: quedam sunt diei luca: id est de die lucentia/ vt gemme lapides preciosi: vt carbunculus. saphirus: et huiusmodi. modo ista que sunt noctiluca veniente die et sole perdunt lucem nec illuminant/ et que apparebant aliquid magnum ꝛ preciosum inueniuntur nihil nisi forte q̃ apparet vilitas eorum vt vermis vel putredo et corruptio. et tunc talia contemnũtur et abijciuntur/ illa vero que sunt diei luca: id est de die lucentia. de nocte quidem modicum apparent sed in die inueniuntur splendentia/ lucentia et preciosa/ et talia appetuntur et in thesauro reponuntur. Sic est spiritualiter in hominibus/ per noctem enim totam vitã presentem caliginosam intelligo/ per diem vitam eterne claritatis accipio. Quidã enim sunt qui in nocte presentis vite sunt multũ lucidi ꝛ videntur esse aliq̃d ma=

gnum et preciosum: pollent enim ali qui et lucent quidem generis nobilitate diuitiarum vbertate: honorum dignitate: scientie claritate: persone speciositate: fortune prosperitate. et ista sunt magni precij in hoc mundo: multum reputantur magni et preciosi: sed finaliter venit dies illuminans abscondita tenebrarum et manifestans consilia cordium. Et tunc huiusmodi homines veniente summo die huius seculi perdunt huiusmodi lucem. Et tunc in talibus non inuenitur nisi putredo et vermis: tam in mente quam in corpore. In mente quidem putredo culpe: et vermis conscientie. In corpore autem putredo carnis vilis fetens et vermis corpus ipsum corrodens: tunc obumbratur et cessat tota illa lux: quia cessat et obumbratur generis nobilitas/ diuitiarum vbertas: honorum dignitas scientiarum claritas: persone speciositas: et fortune prosperitas. et non remanet nec apparet nisi fetor vermis corruptio et feditas. propter quod tales a christo abijciuntur: et in infernum repelluntur. Ita cognoscebat Job. vij. putredini dixi: pater meus es mater mea et soror mea vermibus. sequitur in profundissimum infernum descendent omnia mea. Igitur domine que per balnea lauachra/ picturas/ vestimenta et ornamenta volunt lucere/ domini etiam qui per diuitias delitias vestes varias et huiusmodi lucent in hoc mundo caueant: quia totum est vermis et putredo fetor et corruptio que manifeste patebunt in alio seculo. Job. xiij. vestigia pedum meorum considerasti. qui quasi putredo consumendus sum et quasi vestimentum etc. Job. xxv. Homo putredo et filius hominis vermis/ horum lux et lucerna lucet et splendet in hoc mundo sed in alio desperibit et extinguetur in inferno. vnde dicent cum fatuis virginibus. Matth. xxv. Lampades nostre extinguuntur. Ideo Job. xxj. Lucerna populorum extinguetur. sequitur infra. quia in diem perditionis seruabitur malus et ad diem furoris ducetur. ¶ Alij autem sunt qui in hoc mundo non lucent non apparent in hac vita/ stant in humilitate/ paupertate/ aduersitate/ persecutione: tribulatione: et abiectione nihil reputantur: et tamen sunt lapides preciosi pauperes/ sectatores/ imitatores christi/ contemptores huius seculi sicut fuerunt sancti apostoli et euangeliste. quorum lux/ dignitas/ valor/ preciositas/ et sanctitas parum reputabatur in hoc mundo: sed venit dies vite alterius seculi et tunc patuit eorum claritas/ eorum preciositas/ fuerunt lucerne non extincte sed accense fuerunt. non abiecti in inferno: sed positi in paradiso. Ita vidit Jo. apo. vlti. vbi dicit. Serui eius seruient ei et videbunt faciem eius et nomen eius in frontibus eorum/ et nox non erit vltra et non egebunt lumine lucerne neque lumine solis quoniam dominus deus illuminabit eos/ et regnabunt in secula seculorum. de horum numero fuit beatus Lucas euangelista. Nam ipse non habuit nec habere curauit lucem huius seculi. pompam: gloriam: potestatem: honores: diuitias/ excellentias et delitias temporales: sed pauli apostoli discipulus et eius in tribulationibus comes indiuiduus sine vxore et filijs in virginitate deo seruiens euangelium et actus apostolorum scribens octoginta annorum plenus spiritusancto obijt. vt dicit Hieronymus super actus apostolorum in prologo. Et ideo quia caruit omni carnali immunditia et omni mortali culpa non est inuentus a christo putredo et vermis fetens: sed carbunculus lucens: et ideo in thesauro positus paradisi tanquam clara lucerna et lucens. Ideo potest de eo et de quolibet sancto exponi illud prouerb. xxxj. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Nota si vis. non extinguetur in nocte/ dupliciter potest exponi: secundum quod nox in scriptura dupliciter accipitur/ vno modo accipitur nox pro morte. Joan. xiiij. Uenit nox quando nemo potest operari et sic accipiendo. nota: quod sic est spiritualiter sicut vidi in domibus magnorum temporaliter. vidi enim in domibus dominorum cardinalium et aliorum magnorum quod in principio septimane datur certa portio candelarum singulis de familia. vnde lumen habeant ad faciendum de nocte sua facta et ad lectum intrandum:

modo sunt quidã qui hmõi lumen expendunt z in bonis actibus z cum lumine intrant quietẽ z lectũ. Alij sunt qui in operibus vel vilibus vel inutilibus vt in parando equũ vel in ludis z hmõi expẽdunt lumẽ suũ/ z quãdo deberent intrare lectũ suum deficit eis lumen: z tũc cõtingit aliquãdo sicut ego vidi de vno/ ꝙ quando debent intrare lectũ cadunt in antrũ z frangunt sibi collũ. Ita spiritualiter deus a principio vite dat homini lumen lucernam vnde videat facere facta sua: z vnde videat prudenter intrare lectũ sepulchri in nocte mortis. Et hoc lumen est ratio intellectualis. De quo Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui dñe. Quidam igitur infelices qui lumen cõsumũt in tota vita sua in malis actibus: quidã circa fimum stabuli sicut gartiones per peccatũ immũditie: quidã querẽdo fenũ per peccatũ auaritie: quidã querẽdo auenã z granum per peccatũ gule: quidã parando equũ per procurationẽ honoꝝ z ambitionẽ dignitatis/ z appetitum status alti z excellentie: z quãdo venit nox mortis cõsumpserunt lumen rationis intellectualis in istis fatuis actibus: z tũc eis deficit sensus: z ratio z lucerna extinguitur/ z ideo qꝛ intrãt lectũ sepulchri sine lumine cũ credunt intrare lectũ ad quiescendũ cadunt in antrum inferni ad supplicia sustinendum. Job. xxj. tenent tympanũ z cytharam. Gaudent ad sonũ organi/ z in puncto ad inferna descendunt. O domini videatis in curia Romana quot venerunt z quot sunt qui expendunt lumen suũ ad parandũ equum/ ad promouendum seipsos/ ad prebendã/ ad episcopatũ/ ad archiepiscopatũ z ad cardinalatum: ad papatum. Et finaliter candela consumpta/ z aliquando sine assecutionibus oportet ꝙ in curia intrent lectum sepulchri/ z vtinã non sine lumine z vtinam non caderent in antrũ. Alij sunt qui lumen sibi datũ a deo expendũt in necessarijs in bonis operibus/ in actibus virtuosis: z isti nocte mortis lumẽ nõ deficit: qꝛ cum notitia dei z sui cum rectitudine debita suorum peccatorum z diuinorum donoꝝ cum ordine bono omniũ tam spiritualium ꝙ temporalium in nocte mortis lectum intrant sepulchri/ z non cadunt in antrum inferni: sed veniũt ad requiem paradisi: z de hoc scribitur Prouerbioꝝ. xiij. Lux iustorum letificat lucerna autem impioꝝ extinguetur. Et beatus Lucas lumen sibi datum bene z in bonis operibus euangeliũ scribendo: laborando: predicando expendit/ z cũ isto lumine plenus spiritusancto lectũ sepulchri in nocte mortis intrauit. Ideo dicitur hic/ nõ extinguetur in nocte lucerna eius. Ut de illo possit intelligi illud. Exod. xxvij. Ardeat lucerna semper in tabernaculo.

¶ Alio modo lucerna in scriptura accipitur pro aduersitate/ sicut dies significat prosperitatem. Unde in Psal. In die mandauit dominus misericordiã suã: z nocte canticum eius. Et sic accipiendo nota. ꝙ inter lucernas est hec differẽtia quia lucerna habens multũ de igne z luce ad modicũ flatum vel ventum vel ad modicam aquam non extinguitur: immo fortius accenditur z illuminatur: sed lucerna modicum habens de luce z igne ad modicum flatum/ ad modicã aquã/ statim extinguitur. Omnis tribulatio aduersitas z pena quã pro Christo patimur in hoc mundo z si in se magna est tamen respectu premij nihil est. Ro. viij. Nõ sunt cõdigne passiones huius tẽporis ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. In quibusdã igitur est ita parũ de luce vel igne charitatis ꝙ ad modicũ flatũ aduersitatis siue tẽptationis/ ad modicã guttã tribulationis: statim eoꝝ lucerna extinguitur que aduersa nõ solũ sunt modica respectu premij: imo etiã respectu sui. Unde Job. xviij. Nõne lux impij extinguetur nec splẽdebit flãma ignis eius. Lux obtenebrescet in tabernaculo eius. Et lucerna que super eum est extinguetur. Alij autem qui sunt accensi igne z lumine diuino. Ita sunt lucerne ardẽtes ꝙ etiaꝫ magne tẽptationes in se/ magne aduersitates/ magne tribulationes non possunt lucem z ignem diuinum extinguere: imo tunc in deum z diuinorum

amorem fortius accenduntur. Et de talibus dicitur Canticoꝝ.viij. Aque multe
non potuerunt extinguere charitatem. Ad hoc etiam videbatur Christus exhor
tari. Luce.xij. Sint lumbi vestri precincti ⁊ lucerne ardentes ⁊c̄. Et qꝛ beatus Lu
cas euangelista nunꝙ̄ per aliquē ventum temptationis nec per aquam tribula
tionis extingui potuit: ſed ſemper lucerna lucens/ ⁊ ardens permanſit. Idcirco
dicitur Non extinguetur in nocte.i. aduerſitate lucerna eius/ ꝑpter qđ illud ipſi
cōpetit. Johā.v. Erat lucerna ardēs. Bene igiꝛ dicitꝛ Lucas a luce ⁊ a lucēdo: qꝛ
ſemper eā hic ſeruauit ⁊ eaꝫ plus deus in morte in alio ſeculo reſeruauit. Unde
pōt de eo intelligi per illos qui ſunt in patria eſſe dictū illud.ij. Paralipo.xiij.
Eſt apud nos candelabrū aureū ⁊ lucerna eius: vt ſemper accendatur. Nota hec
ſancti in patria dicunt: vtinā hodie hoc poſſet dici in eccleſia/ qꝛ multi ſunt lu-
cerne extincte/ ⁊ qui debent lumen facere faciunt fumū. Et ideo eccleſia conſide-
rans tempus quo iſta lucerna ſplēdebat ⁊ tempus quo nunc lucerne noſtre non
illuminant ſed fumant. Plorat cum Job.xxix. Quis mihi tribuat vt ſim iuxta
dies priſtinos qn̄ ſplēdebat lucerna eius ſuper caput meū ⁊ ad lumē ei⁹ ambu
labam in tenebris/ ſicut fui in dieb⁹ adoleſcētie mee. Et hec de primo.

¶ Quantū ad ſecundū no. ꝙ bos duo habet qꝛ ⁊ lucē de oculis emittit. Un̄ ocu-
li bouis de nocte irradiant/ ⁊ tēpore niuium pede aperit viam/ quando homini
per ſuorū pedum veſtigia in malis paſſibus viā parat. Sic enim ego fui ſemel
eductus de loco niuibus pleno ſm̄ Gregoriū.i. moraliū exponentē illud Job pri
mo. Boues arabant. Per boues intelliguntur maiores rectores/ doctores: Apo-
ſtoli ⁊ Euangeliſte. Qui hec duo debent habere. Primo oculos circunſpectionis
ex quibus lux radiet/ eruditionis in tenebris ignorantie ſubditorum ⁊ populo-
rum/ ⁊ pedes operationis/ quibus per bona opera tempore niuiuꝫ: id eſt tempo-
re periculorum/ tempore neceſſitatis educant populum de ſtatu culpe. Per exē-
plum ſanctitatis. De ſtatu indigentie/ per opus pietatis. Et quia beatus Lu-
cas fuit talis bos/ qꝛ habuit oculū circūſpectionis radioſum. Ut patet in doctri
na ſua/ pedē operationis fructuoſuꝫ ⁊ affectuoſum. Ut patet in operatione ſua.
Idcirco poſtꝙ̄ Pſalmiſta dicit. ꝙ erat lucerna/ ſubiunxit ꝙ parabat viam volē-
ti incedere per eam dicens. Pedibus meis. Ad hoc idem Pſalm̄. Statuit ſupra
petram pedes meos. Et iterum eripuiſti animam meam de morte: oculos meos
a lachrymis pedes meos a lapſu. Et hec duo confitetꝛ Job in eius perſona. Ocu
lus fui ceco ⁊ pes claudo. Job.xxix. Utiꝙ̄ velut Angelus. Apocalipſis decimo.
Qui poſuit pedem dextrum ſuper mare ⁊ ſiniſtrum ſuper terram. Pedē dextruꝫ
ſuper mare credibilium: ⁊ ſiniſtrum ſuper terram agibilium/ pedem dextruꝫ ſu-
per mare diuinitatis in Chriſto. Pedem ſiniſtrum ſuper terram humanitatis in
eodem. Pedem dextrum ſuper mare dei dilectionis/ ⁊ ſiniſtrum ſuper terram di
lectionis proximi: vt ſic ſtatueret ſuper petram Chriſtum pedes meos ⁊ dirige-
ret greſſus meos. Ideo pulchre. Figuratur per vnū de quatuor animalibus per
totum corpus oculatis. Ezechielis primo. De quibus dicitur/ ꝙ pedes eorū pe-
des recti/ ⁊ planta pedis eorum quaſi planta pedis vituli. Per faciem aquile in
telligitur Johannes qui altius ad diuinitatem volauit. Per faciem hominis
Mattheus/ qui de humanitate tractauit. Per faciem leonis Marcus: qui de re-
ſurrectione predicauit. Per faciem vituli Lucas/ qui de ſacerdotio Chriſti ⁊ paſ
ſionis ſupplicio perorauit. Iſte igitur vitulus fuit plenus oculis lucētibus vn
diꝙ̄/ quia habuit oculos ſuperius deſcribendo eterna premia. Inferius deſcri-
bendo horrenda ſupplicia. A dextris deſcribendo cautelam in proſperis. A ſini
ſtris ſcribendo patientiam in aduerſis/ ante per profectum eductum in gratia/
retro per defectum oſtenſum ex culpa. Iſte igitur vitulus cum alijs oculatus pe-
des rectos habuit quia non niſi vbi erat impetus ſpiritus dei gradiebatur nec

reuertebatur: sed semper proficiscebatur. Et sic iste vitulus oculis & pedibus viam populo preparabat.
¶ Sed diligenter aduertendum. q dicitur q pedes erant recti et pedes vituli / quia vie & gressus doctorum rectorum debent habere rectitudinem. Est enim natura perdicis / q si prima intrat rhete & relique que sequūtur. Ita quando rectores deuiāt & cadunt similiter subditi ruunt. Item dicit q pedes erant vituli / Uitulus enim habet in pede tarditatem itineris / grauitatem oneris / distinctionem vnguis. Que tria debent habere doctores / & aliorum ductores / quia debent habere maturitatem in verbis: grauitatem in sententijs: discretionē in factis / que tria habuit Beatus Lucas. Et ideo habuit pedes rectos vituli / quorum preparatione exemplo & directione deducitur Christi populus ad salutem. Unde dicebat Psalmista. Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos &c. Eripuisti animā meā de morte: & pedes meos de lapsu vt placeā coram. &c. Et hec de secūdo.
¶ Quantum ad tertium nota / q ille medicus habet doctrinam veram & salutiferam / que ab infirmo ad mortem obseruata / curat / viuificat / & a morte liberat. Taleȝ doctrinā habuit beatus Lucas. Ipse quippe fuit medicus. Ad Colossenses tertio. Salutat vos Lucas medicus charissimus. Fuit autem non solū medicus corporum / sicut hypocrates & Galenus: sed etiam animarū: vt eius magister Christus. Unde dicit hieronymus in prologo / super eius euangeliū. Lucas Anthiochenus arte medicus. Et in Prologo super Actus Apostolorum. quē ita diuina subsecuta est gratia. Ut non solum corporibus / sed etiam animabus eius proficeret medicina hic peccatoribus ad vitam habendam / infirmitatem pellendam / iustis ad vitā conseruandam. Ita suam dictauit receptam / in euāgelio / & Apostolorum actibus q mortem & infirmitatem peccati pellit a peccatoribus & vitam dat eternam omnibus qui eam voluerint intelligere & saluare. Unde dicit Psalmista. Misit verbum suum & sanauit eos: & eripuit eos de interioribus eorum. iiij. Regum. xvij. Nunc in isto cognoui quoniam vir dei es tu / et verbum domini in ore tuo verum est. Si vis dilata quot sunt hodie diuersorum peccatorum grauati infirmitate: & tamen non habent receptam hanc cure sue audiunt sermones tales: sed non faciunt iuxta receptam scriptam / non custodiunt verbum dei. Et ideo non curantur: veniunt ad mortem inferni: sed illi qui receptam doctrinam huius medici audiunt / & opere custodiunt & perficiunt. Illi veniunt ad vitaȝ eternam paradisi. Luce vndecimo. Beati qui audiunt verbū dei / & custodiunt illud. Ad quam. &c.

¶ Collatio. xcij. de sanctis Apostolis Symone & Juda. & de quibuscunq pluribus. Ex Psal. cxxxi.

Sancti eius exultatione exultabunt. In Psalm. cxxxi. In vulgari prouincialico dicitur tale prouerbiū. Qui bien & mal ne peut souffrir / A grant hōneur ne peut venir. hoc est dictu / qui bona & mala non potest sustinere / ad magna bona non potest peruenire. Et q hoc sit verū patet ad sensum. Uidemus q agricole quandoq in suis operibus habent temporis serenitatem laborant aliquando fodiunt vel arant sine frigore / sine calore / sine pluuia / sine gelu / sine niue. Aliquādo habent aeris aduersitatem: vt ventum / frigus / calorem / pluuiam / niuem: & huiusmodi. Igitur qui statim ad quālibet aeris aduersitatem dimitterent agriculturam et nolent arare vel seminare nunq ad bonas messes possent pertingere. Prouerbiorum. xx. Propter frigus piger arare noluit egebit estate. Sȝ qui in aeris serenitate & aduersitate non timentes ventos / frigora / pluuias / niues &c. Continue arāt: seminant: & laborant. Illis pertingunt bonas messes / bonorum enim laborum gloriosus est fructus. Sapientie. iij. Sic etiam videmus in mundo in domibus magnorū

dñoꝝ/qꝛ illi q̄ nō pñt pati bona ꝛ mala/honores ꝛ opprobria/ꝓspera ꝛ aduersa/ ad statū magnū ꝑuenire nō pñt:sed illi q̄ patiēter sustinēt hec ꝛ illa ad grad⁹ altos ꝑueniūt.Exeplū habem⁹ in Dauid q̄ aliqñ habuit aliqua ꝓspera v.victo riam de Golia.Et factus fuit gener regis:sed maiori tēpore sustinuit aduersa/ qꝛ quasi continue fuit in odio ꝛ ira regis Saul ꝛ eius persecutione. Ut patet.j. Regum per to.Sed qꝛ bona ꝛ mala prospera ꝛ aduersa cū patientia multa su= stinuit/ad maximum honorē peruenit:qꝛ factus fuit rex israel.vt patet in .ij.li. Regum.Unde ipse ad hoc scripsit.In ꝑsal.Qui tribulant me exultabunt si mo tus fuero:ego aūt in misericordia tua speraui. Exultauit cor meum in salutari tuo:cātabo domino qui bona tribuit mihi. Et psal.no.do.al.Sicut enim in fa= ctis mundi:ita similiter est in via dei/qꝛ qui in via dei nesciunt vel nolunt bene sustinere prospera ne eleuentur abutēdo vel aduersa ne deijciātur cadendo ad honorē regni celestis peruenire nō possunt:sed qui in statu ꝓsperitatis ꝛ bonoꝝ nō desinunt laborare ꝛ mādata dei obseruare ꝛ implere qui etiā in statu aduer= sitatis doloꝝ/tribulationū ꝛ persecutionū in patiētia sustinētes nō dimittūt cō tinue bona opera cū lachrymis seminare/illi messes magnas colligūt cū exulta tione.Post persecutionē enim Saulis.i.mūdi vel dyaboli ad regnū veniūt para disi.Et hoc est qđ dicit.ps.Qui semināt in lachry.in exul.me.Eūtes.ib.ꝛ fle.mi. se.sua.Uenientes au.ve.cū ex.portā.ma.su.Sic fecerūt isti sancti Apostoli/Sy= mon ꝛ Judas/patiēter sustinuerūt prospera ꝛ aduersa tristia ꝛ dolorosa/ bona ꝛ mala:hic seminantes cū lachrymis.Et ideo cū gaudio ꝛ exultatione ad regna celoꝝ peruenerunt.Applica ad propositū.Et hoc est qđ dicūt verba proposita. Sancti eius exul.exulta.Ubi describūtur isti sancti: quo ad tria que fuerunt in eorum vita.Ipsi quippe habuerunt vitam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Illibatam | sancti | Fuit quippe eoꝝ vita | | illibata |
| Ordinatā. | eius | | | ordinata |
| Premiatā. | exultatōe | | | ꝑmiata. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ratione | puritatis | quam | seruauerūt | sancti |
| | charitatis | | habuerūt | eius |
| | fidelitatis. | | receperūt | exultatōe |

¶Ergo isti sunt.sancti/qui pro dei amore minas hominum contempserunt.
Puritatem illibatā seruauerunt perfectius sancti eius
Charitatē ordinatā habuerūt feruentius. exultatione
Felicitatē ordinatā ꝛ ꝑmiatā receperūt vberius exultabūt.

¶Quantū ad primū nota.ꝙ in libris preciosis ꝛ bene ordinatis q̄uis in maio= ri parte libri sint litere nigre ꝛ cōis ꝯditionis/tamē in principio ꝛ capite libri cō= sueuerūt fieri ꝛ poni litere capitales pulchre de auro argēto rubeo ꝛ azurio/que sua pulchritudine totū librū decorāt ꝛ ornant.Sic spiritualiter tota ecclesia est vnus liber pulcher bene scriptus quem dictauit deus pater/scripsit filius/ liga= uit spiritussanctus.In hoc libro tot sunt scriptores quot persone:q̄uis ergo de⁹ in toto isto libro velit omnes literas esse pulchras et bene formatas per sancti= tatem ꝛ puritatem/tamen literas capitales id est ꝑlatos:pastores: ꝛ ꝑdicatores vult esse singularis pulchritudinis/sanctitatis ꝛ honestatis:quia in ca pite libri scriptū est de eis vt faciāt ipsi specialiter dei voluntatē q̄ sunt in caput gentiū cōstituti.Ut dicit psalm̄.In terra deserta inuia ꝛ inaquosa sic in sancto apparui tibi/vt viderē virtutē tuā ꝛ gloriā tuaꝫ.Sic inq̄ apparui tibi/qꝛ sic in sanctitate deberent apparere etiā inter peccatores ꝙ in eis sit aurū fidelitatis ꝑ fidē/argentū veritatis per predicationē/rubeū charitatis per dilectionē/azuruꝫ asperitatis per macerationem.Et tales litere capitales decorant totum librum

ecclesie et illuminant sancti existentes et sua sanctitate alios sanctificantes Et de talibus gaudens cantat ecclesia cum Psalmista. Propter hoc letatum est cor meum: et exultauit lingua mea insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tales fuerunt isti sancti apostoli. Applica legendam eorum. Et idem de istis potest intelligi illud Psalmiste. Gloria hec est omnibus sanctis eius. Sed dolendum est quod Psalmista deplorat. Saluum me fac domine: quoniam defecit sanctus. Ratio potest esse timendum est. quod sic contingat de eo sicut contigit cuidam capellano qui in domo sua habens coruum, fecerat cum multis pulchris litteris capitalibus pulcherrimum breuiarium. Coruus autem diligit litteras sicut pecunias et quanto sunt pulchriores tanto ipsi sunt gratiores. Ideo coruus continue insidiabatur capellani breuiario. Sed bene clausum inueniens non poterat aliquid nocere. Tandem vno die aperto inuento breuiario rostro folia singula reuoluebat et litteras pulchras inueniens totum folium cum littera capitali a summo vsque deorsum, rostro scindens ad nidum suum portauit, nec vnam in toto libro dimisit. hec forte causa est / quia plorat Psal. Saluum me fac deus: quoniam defecit sanctus. Coruus enim: id est diabolus summe diligit literas: idest viros literatos. Et tanto amplius quanto maiores et principaliores existunt, plus enim diligeret vnum episcopum quam decem clericos, et plus vnum curatum quam decem laicos. et plus vnum sanctum quam decem peccatores Ideo continue insidiatur et circuit querens quem deuoret. Uerum est quod quamdiu homines stant bene clausi et ligati cum deo, diabolus nocere non pot. Sed aliquando est totum aptum, oculi ad visum incautum: aures ad auditum indebitum etc. Et tunc diabolus venit ad breuiarium et quamuis inueniat et reuoluat minores literas et maiores bene libentius rapit. et rumpit maiores et pulchriores et portat ad nidum inferni. hec forte est causa quare dicit. psalm. Defecit sanctus mihi. i. periit sanctus de terra et rectus in hominibus non est. Timendum quod quandoque deus respiciat suum breuiarium inueniat sic a diablo laceratum. Sed in istis sanctis diabolus nihil potuit facere nec eos rapere, quia semper sanctitatem conseruauerunt vt de eis verificetur. illud Sap. vij. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est. Ideo bonum est semper stare cautum tutum et clausum deo coniunctum: quia ipse preseruabit tales a coruo. Si vis nota miraculum in legenda beati Andree, de illo episcopo quem diabolus in forma mulieris voluit decipere. in Psalmo. Dominus non derelinquet sanctos suos ineternum conseruabuntur, iniusti autem disperibunt simul reliquie impiorum interibunt. salus autem iustorum a domino. hec de primo.

¶Quantum ad secundum nota. quod corpora que sunt altius situata, eo ipso non sunt nobiliora: quasi sint altius situata per fortunam vel violentiam non ideo erunt nobiliora. Sed quando sunt altius situata per naturam propter, aliquam qualitatem inexistentem, sic situatio altior arguit maiorem nobilitatem. Exemplum in igne respectu aeris. Sic spiritualiter multi eleuantur et situantur in altum, honorum, diuitiarum, dignitatum, prelationum etc. sed differenter: quia alij a casu et fortuna et prosperitate mundi Alij propter violentiam, propter preces vel minas vel parentelam potentum, et certe tales propter hoc non sunt nobiliores nec meliores: immo deteriores. et per consequens ad casum promiores, quia tales non sunt ordinati ad deum nec a deo. non sunt positi propter charitatem, bonitatem, sanctitatem, inexistentem: sed, propter fortunam vel potentiam impellentem. Et quia violenta non durant. Isti sunt proximi ruine et casui. Figura hester tertio. Quia assuerus exaltauit, Aman filium amadati et exaltauit solium eius super omnes principes et quia hoc ipsi non debebatur propter eius merita cecidit et suspensus fuit. Et ita de talibus. ps. Inimici domini mox vt honorificati fuerunt et exaltati deficientes: quemadmodum fumus deficient

non eñ sunt sancti eius: sed inimici eius. de quib⁹ idē. ps. Inimici eius terram lingent. Alij elevantur situantur ⁊ exaltant̄ ſm naturā qui ꝓpter sanctitatē charitatem ⁊ cetera merita ad dignitates ⁊ honores sublimant̄: ⁊ isti ordinant̄ a deo ⁊ ordinantur ad deū. Et ex hoc sunt meliores ⁊ nobiliores. Tales sunt de center exaltandi ⁊ promouendi. psalm. qui charitate ordinantur ad ipm. Congregate illi sanctos eius qui ordinant testamentum eius sup sacrificia. A talibus deus non requirit nisi verum amorē ⁊ verā charitatem ordinantē. diligite dñm omnes sancti eius: qm̄ veritatē requiret dñs. Tales fuerunt isti sancti apostoli. Applica. qui ad apostolatum exaltati pro dei amore mortē gloriosā sustinuerunt. de qua scripsit Psal. Preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Sed dices frater: multos videmus qui nobis apparēt sancti. Et finaliter apparent quidā sancti dei vt iusti ⁊ veri. qdam sancti diaboli. vt hypocrite ficti. Ad quid cognoscemus sanctos dei veros ⁊ sanctos diaboli fictos? Ecce qñ dubitatur de auro: vtrum sit verū aurum ponitur in igne. Et qñ est verum aurum purgatur/ qñ est aurichalchū euanescit ⁊ exufflatur. Idē est de duobus pānis qñ dubitatur vtrum sint eodem colore tincti si aque immergant̄ ⁊ vterq̄ eodem modo colorē retinet. Certū est quod sint eodē colore tincti. Si aūt vn⁹ colorem retinet ⁊ alius decoloratur/ signum certum est q̄ nō sunt eodem colore tincti. Sic spūaliter per ignem vel aquam intelligitur temptatio/ tribulatio/ persecutio. iuxta illud. psalm. Transiuimus per ignem ⁊ aquā. Qñ igitur sanctitas illorum qui ponuntur in temptatione/ tribulatione: ꝑsecutione: occisione. sicut fuit christus positus non euanescit: nō exufflatur: non decoloratur/ immo magis augetur ⁊ demonstratur: tunc illa sanctitas est dei ⁊ non diaboli/ vera ⁊ non ficta. De hac dicit Psalmista. Gl'ia hec est oibus sanctis eius. Quando aūt sanctitas ⁊ charitas aliquoꝝ euanescit: vel exufflatur vel decoloratur in tēptatione: tribulatione persecutione. signū est quod non esset vera sed ficta non dei sed diaboli. de quibus potest intelligi illud Job. decimoquinto. Ecce inter sanctos eius (.s. diaboli qui dicunt̄ sancti ꝓpter apparentiā nō ꝓpter existentiam) nemo est immutabilis: et celi non sunt mundi in conspectu eius: q̄to magis hō abominabilis ⁊ inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatē. i. dei Ideo de hoc deum laudandum. psalm. predicat. Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Quippe sanctis qui in terra sunt ei⁹ mirificauit omnes voluntates suas in eis. hec de secundo.

¶ Quantum ad tertium nota. dicitur communiter tale prouerbium. prope magnum dominum debet homo appetere habere mēsam ⁊ cibū/ longe aūt cameram ⁊ lectū. Et hoc quidē verū est de dominis temporalib⁹ qui aliquādo sunt duri ⁊ grauis seruitij non dimittunt seruitores suos q̄escere nec dormire tota nocte/ faciunt eos surgere ⁊ laborare. Sed de domino curiali ⁊ gratioso est bonum prope eū/ ⁊ iacere/ ⁊ comedere. Diabolus habet latā mensam: qꝛ ministrat septē fercula septē peccata mortalia que homines grate recipiunt ⁊ libenter verum est qđ habet cameram inquietissimam/ qꝛ remordentem conscientiam: qꝛ continue pungit ⁊ excitat peccatorē. vnde quantum delectat in mensa tantum inquietat in camera. Et ideo optimum est longe iacere ab eo. Sed christus est curialissimus dominus ⁊ quietus: qꝛ ⁊ dat bona fercula mense/ ⁊ pacem ⁊ quietem camere ⁊ cōscientie suis seruitoribus. Posuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti satiat te. vt dicitur in Psal. Et ideo in mensa dat bonorum operum ⁊ penitentie sana fercula. Et in lecto quietem in conscientia. Et post quietem conscientie in via veniunt ad quietā mensam glorie in patria. Et fuit talis quies sanctis aptis. Applica. vnde ad hoc Psal. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Sed nota. quidam vellent verificare illud prouerbium:

etiam in christo. Christus enim in hoc mundo habuit lectum durum: qr crucem et penitentiam. et hz in paradiso bonam mensam. vellent ergo aliqui esse longe a lecto/ qr fugiunt pnam: et prope cibum qr vellent gloriam. Similes apostolis qui oes venerunt ad cenam et cibum et fugerunt crucem et patibulum: sed hoc non est possibile/ qr opz esse prope vtrumq i hac vita et alia. qr sic xps vtrumq habuit: et sic nobis vtrumq disposuit. Luce. xxij. Ego dispono sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis etc. Ad hoc psalmista. Justi epulentur et exultent in conspectu dei et delectentur in iustitia. Ita fecerunt sancti isti. Applica vt de eis possit dici illud psal. Ineternum exultabunt et habitabis in eis. et gloriabuntur in te vbi nota q exultare est extra saltare. modo quidam sancti gloriantur in anima. sed tandem post resurrectionem exultabunt in corpore exteriuo resultante gloria/ sicut radius solaris attingens nubem qui dicitur iris. facit extra saltare colores varios iridem generantes: ita gloria ex anima redundabit in corpus cum diuersis dotibus. Ad hoc dicit. Exultatione exultabunt. Ad hoc idem psalmista. Exultabit cor meum in salutari tuo cantabo domino qui bona tribuit mihi. Ad illa bona hierusalem etc.

¶ Collatio. xxiij. De quibuscunq sanctis. ex ps al. cxxxij.

Ecce q bonum et q iocundum habitare fratres in vnum. in ps. cxxxij. In vulgari prouincialico dicitur tale puerbium. Cum territorio non capiunt auicule. Sensus et intellectus puerbij. est q sicut ventilabris et terriculis aues fugantur et non attrahunt. Ita homines fugantur p formidinem inducentia. Et per malorum ostensionem. Econtrario aut trahuntur et alliciunt per dulcedinem portantia per bonorum demonstrationem. Exemplum in aquila q balista et sagitta fugat: sed non est tantum in altum eleuata: quin p predam vt pdicem aut gallinam attrahat. Sic videmus inter hoies q qn aliqui sunt sublimati et exaltati ad magnam dignitatem volentes fres suos et consanguineos promouere: et ad consilia bona trahere consueuerunt eis honorem suum gloriam et dignitatem ostendere: vt sic alliciant: et ad se trahant. Et sic eos promoueant: ita consueuerunt facere in curia romana dni cardinales. Sic legimus fecisse ioseph Gene. xlv. Factus enim dns egypti vt traheret patrem et fres suos ad se: dixit fratribus suis. Ego sum Joseph pro salute vestra misit me dns ante vos: nunciate patri meo vniuersam gloriam meam et cuncta q vidistis. Sic faciebant illi sancti iudei liberati a captiuitate/ scribentes de hierusalem quo peruenerunt existentibus adhuc in captiuitate egypti. sicut Macha. i. Fratribus q sunt p egyptum iudeis salutem dicunt fres qui sunt in hyerosolymis et pacem bonam. bn faciat vobis deus etc. Uerum est ergo q sicut aues fugant formidine et attrahunt dulcedine: ita hoies sicut fugant terrore malorum: ita trahunt et alliciunt ostensione et amore bonorum. Hec pro tanto dicta sunt/ qr sancti q sunt in patria ad magnum honorem et gloriam peruenerunt sunt multum exaltati et eleuati a nobis/ Quia nos in terra ipsi i celo/ nos in miseria: ipsi in gloria: nos in exilio/ ipsi in regno: nos cultores/ ipsi reges: nos in merito ipsi in pmio. Ipsi aut sunt fratres pres et consanguinei linea recta. Et io fideles amici/ qr charitate vera nobis coniuncti. Non sunt aut de illorum numero: de quibus dicitur. q honores mutant mores: immo etiam amores. sicut fit quotidie in mundanis/ fictis et pictis amicis qui postq pmoti sunt: pauperes amicos suos nolunt respicere: sz sunt beati amici et cupientes nos pmouere: exaltare/ et ad consimilem gloriam trahere: ostendunt nobis et demonstrant/ q ab eorum statu longe est ois miseria. et nulla ibi calamitas/ qr ibi est ois gloria et omnis felicitas: vt sic alliciamur et attrahamur. Unde dicunt q pro salute nostra/ missi sunt ante nos: nunciant nobis vniuersam gloriam suam/ scribunt nobis literas huius tenoris. Fratribus qui sunt per egyptum: idest per mundum tenebrosum et angu-

ftiarũ iudeis.i.xp̄m credentib⁹ ꝛ cõfitẽtibus salutẽ dicũt:id est optãt ꝛ ꝓcurãt ꝛ demõstrant fr̄es qui sunt in hyerosolymis.i .in eterna pacis visiõe q̄ est illa hierl̃m/q̄ sursum est libera/q̄ edificatur vt ciuitas cui⁹ ꝑticipatio ei⁹ in idip̄m. Ad quã ascenderũt tribus trib⁹ dñi:ꝛ pacẽ bonã illã.de qua idẽ psal. Propter fratres meos ꝛ ꝓximos meos.loquebar pacẽ de te Propter domũ dñi dei nostri quesiui bona tibi. Et hoc est qđ nobis predicant/affectuose demonstrant/ vt citius nos trahant clamantes de celo v̄bum propositum per psal. Ecce q̄ꝫ bonũ ꝛ q̄ꝫ iocundum ꝛc.vbi intelligendũ est/ꝙ sicut hic beati ciues fratres appellantur:ita celestis patria potest monasterium appellari. Monasterium autem aliquod consueuit homines retrahere a suo ingressu ꝛ repellere propter tria:quia si subijcitur miserie ratione paupertatis opprimentis:tristitie ratione aduersitatis obsistentis/discordie ratione curiositatis diuidentis. Per oppositum autem ad ista beati predicant monasterium paradisi gloriosum.

Sufficientia / Letitia / Concordia — Eccce q̄ꝫ bonũ / ꝛ q̄ꝫ iocundũ: / hitare fr̄es ꝛc. } exultãt nam̄qꝫ sancti ĩ gl̄ia ex { sufficiẽtia / letitia / cõcordia

Plene { satiante / delectãte / quietãte — Ecce q̄ꝫ bonũ / ꝛ q̄ꝫ iocũdũ / hitare fr̄es } vtiqꝫ quia gloria hec est omnibus sanctis eius / quod ex

Satiante sufficientia. / delectante letitia. / Quietante cõcordia } sunt { residentes ĩ optimis / fruentes potissimis / feruentes in itimis. — Ecce q̄ꝫ bonum / ꝛ q̄ꝫ iocundum / habitare ꝛc.

¶ Quãtũ ad primũ sciendũ ꝙ ille thesaur⁹ diceret bonus ꝛ optimus: qui esset talis cõditionis ꝙ satiaret hoiem quantũ ad oia desiderata/ per visum ꝑ auditum ꝑ gustum per tactũ per olfactũ sic/ꝙ nihil vltra appeteret:ꝛ tñ alibi nullũ taliter satiantẽ inueniret. Talis thesaur⁹ est gloria depositũ monasterij paradisi:habẽt sc̄ti illũ thesaurũ de quo dicit Mat.xiij. Simile est regnũ celorum thesauro abscõdito:q̄ thesaur⁹ hꝫ illas diuitias de quibus ad Ro.xi. O altitudo diuitiaꝝ sapientie ꝛ scientie dei ꝛc.vbi talia cõferunt̄ q̄ ocul⁹ non vidit ꝛ auris non audiuit:ꝛ in cor hois nõ ascendit que preparauit deus diligentib⁹ se. Ideo.p̄s.dixit. Satiabor cum apparuerit gloria tua:quare?q: ibi beatus quẽ elegisti ꝛ assumpsisti habitabit in atrijs domus tue:ꝛ implebimur in bonis domus tue. Ideo sancti dicunt nobis: Ecce q̄ꝫ bonum. Ad hoc idem.p̄s. Coronat te in m̄ia in miserationibus qui replet desideriũ tuũ in bonis. verũ est qđ sicut dicit̄ Eccle.j. Hic vita nõ satiat̄ ocul⁹ visu nec auris auditu implet̄. Et est ratio:q: hec bona temporalia sunt defectiua ꝛ deficientia. Nostrum autem desideriũ non satiatur nisi pleno ꝛ plene bono qđ solum est deus:ꝛ illud solũ dat̄ fratribus de monasterio paradisi dicente Augu.in lib. confes. Fecisti nos dñe ad te:ꝛ inquietũ est cor nostrum donec quiescat in te. Ideo dicunt sancti ꝛ ostẽdunt nobis bonum plene satians dicentes. Ecce q̄ꝫ bonũ. hoc est illud bonum de quo cantamus in sequentia. Mirant̄ nec deficiunt in illum quem prospiciũt fruuntur nec deficiunt quoniam magis sitiunt. Hoc bonum fuit figuratũ. Exo.xxxiij.vbi dixit moyses domino. Ostende mihi gloriam tuam:ꝛ dominus respõdit veni ostendam tibi omne bonum. hoc est illud bonũ continens omnia bona de quibus dicebat.p̄s. Credo videre bona dñi in terra viuentium. Festinemus ergo ad illud bonum plene delectans plene satians plene quietans:quia non habemus hic requiẽ:nõ habemus hic manentẽ ciuitatẽ sed futuram inquirimus. Est eniꝫ de homine sicut de salmone. scribũt naturales quod q̄uis salmo nascatur in flumine tamen nũq̄ꝫ quiescit in riuo vel fluuio donec veniat ad mare quod est fons oium fluminum ꝛ aquaꝝ:ibi eniꝫ perficit̄. ꝛ ante salmo nõ ve

caturi sȝ taco saltē apud nos in terra mea. Sic lȝ hō nascat in mūdo isto in q sunt aliqua modica bona a deo descendentia: tñ aia humana nūq satiat: nūq quietat in bonis tpalibus q sunt fluuiis: qr cōtinue fluunt: donec veniat ad mare infinite bonitatis: et ad fontem oīm bonoꝝ: deū. s. a quo cuncta bona pcedunt sm Greg. in collecta: vñ postq ps. cōqst' fuit cōtra hereticos et dixerat. mlti dicūt qs ondit nobis bona: vbi erāt ista bōa docet. Exaltabo in salutari tuo cantabo dño q bona tribuit mihi: et psallam noi dñi altissimi. Sȝ nota sic, recte est in hōibus sicut in piscibus: quidam eñ pisces mare fugiunt: qr eis aq a principio est amara: et plus volunt arctitudinem fluminum ppter dulcedinem quā maris latitudinē ppter amaritudinem: cū in rei veritate mare sit dulcissimū piscibus consuetis. Ita spūaliter quidā hoies plus volunt stare in misera dulcedine et arctitudine bonoꝝ temporalium q in latitudine bonoꝝ celestium propter modicam amaritudinē penitētie p quā oportet transire: cū in rei veritate penitentia sit dulcis hoibus cōsuetis: ideo tales in rei veritate sunt sitientes et egentes. Alij aūt sunt diuites et abundantes: ideo ps. Timete dñm omēs sancti eius: qm̄ non est inopia timentib' eum. Diuites eguerūt et esurierunt: inquirentes aūt dominum non deficient omni bono. Esurientes eñ impleuit bonis et diuites dimisit inanes. Luce. i. Hoc fuit figuratū in Exo. xiij. vbi legitur quod egyptij submersi sunt in mari descendentes in profundū quasi lapis: filij aūt israel ambulauerunt per siccum: et sic venerunt ad terram pmissionis Jō dicit ps. Non priuabis eos bonis qui ambulant in innocentia: domine virtutum. Hoc est ergo quod dicunt et ostendūt nobis sancti. Ecce q bonum. Hanc bonitatem admirabat ps. Quā bonus deus israel is qui recto sunt corde. Hec sunt illa bona de quibus hiere. xxx. Ecce ego saluabo te de terra longinqua: et semen tuum de terra captiuitatum eorum: et reuertetur iacob et cunctis affluet bonis et hiere. xxxi. populus meus bonis meis adimplebitur dicit dominus. Et hec de primo.

¶ Quantum ad scđm nota q iocūditas fratrū et sanctoꝝ monasterij paradisi ostenditur ex octo conditionib' q reddūt iocūdā habitationē cuiuslibet mōasterij in hoc mundo. Hȝ quippe monasterium paradisi primo priuilegium digne exceptionis: non eñ fratres illius monasterij sunt subditi alicui miserie vl seruitui: qr nō sunt serui sub lege sed sunt liberi sub grā: immo perfecta glīa constituit: vbi non esurient neq sitient ampli': vbi neq luctus neq clamor: neq vllus dolor: qm̄ priora transierunt: vbi de seruis facti sunt liberi et exempti: immo reges et dñi. Apoca. i. Fecisti nos deo nostro regnum. Hoc aūt lȝ omnib' conueniat: singulariter tñ aplis q paupertate spūs istud regnum emerūt. quibus respondet prima beatitudo: de qua Christ' Matth. vij. Beati paupes spū qm̄ ipsorum est regnum celorum. Et certe hoc est rectum et iocundū dei iudiciū: qđ a paupertate p xpo per eum veniat ad regnum. Cui de hoc loquit ipse psal. Amputa obprobrium meum qđ suspicatus sum: qr iudicia tua iocunda. Secūdo habent ortum gratiose deductionis: ibi eñ ciues illi habent ortum conclusum: fontem signatum: ortum illum in quo rex Assuerus cultu regio fecit pparari conuiuium. Hester. i. Ortum arboribus consitum. Hester. vij. Diuersis qppe arboribus cum fructuum diuersitatibus: qr ibi est fructus perseuerantie in angelis: misericordie in patriarchis: sapientie in prophetis: obedientie in apostolis: patientie in martyribus: penitentie in confessoribus: continentie in vgi nibus. Et q̄uis istud omnibus sanctis conueniat: tñ per quandā pprietatē cōuenit martyribus qui habentes patientiam q per martyrium in terra proprij corporis sunt arctati merito recipiunt terrā late viuentes: in qua sunt beati: et hec est scđa beatitudo eis debita: de qua Mat. v. Beati mites: qm̄ ipsi posside-

bunt terrã. de patiẽtia iocũdata Eccle.i. Usq in tps sustinẽs patiẽs: et postquã hec redditio iocunditatis. Tertio hñt dormitorium interne requietiõis. Bti eñ mortui q in dño moriunt: qr a mõ iã dicit spũs vt requiescant a laboribus suis. Hec requies debet ꝓprie laborantibus et mala sustinentibus ꝓpter iustitiam vt fuit Joannes baptista qui fuit decapitatus qr dicebat Herodi. Non lz tibi habere vxorem fratris tui et ei et ipsi similibus debet illa. Octaua beatitudo mat. v. Bti q ꝑsecutionẽ patiunt ꝓpter iustitiã qm ipsoꝝ est regnum celorum. Isti cantant deo illud ps. Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me iocunditate cum facie tua. Quarto habent refectorium delicate comestionis. Hec aũt refectio satiat propter diuersitatẽ ferculoꝝ: vbi eñ sunt fercula et pascua ingredientibus ad diuinitatem et egredientibus ad xpi humanitatẽ ibi inebriant ab vbertate domus dei: et potant torrente voluptatis: et illo vino quod in iocũditatẽ creatũ est vt dr eccli. xxxi. Nobilitatẽ seruitoꝝ. Ibi eñ seruitores sunt angeli qr oẽs sunt administratorij spũs in ministerium. Heb. i. Ibi regina angeloꝝ qr eccl. xxiiij. In habitatione sancta coram ipso ministraui. Ibi dñs dñorũ: et rex omnium seculoꝝ: quia precinget se et faciet illos discumbere: et transiens ministrabit illis diuersitatẽ encenioꝝ. In quibusdam conuiuijs et monasterijs male diuidunt encenia et fercula. qr dñi comedunt ad partem et non in aula: vt cardinalis in camera: vel abbas in domo sua et capellani male habent in tinello: vel monachi in refectorio. Nota ꝓuerbium cathalanoꝝ de ouis in prunis non societas non ridet: neq sic de frixis: nisi sint protrita bene. Nota si vis hystoriam quomodo monachus cantauit in choro. Dñe quinq sunt qui comedunt omnia bona nostra: abbas/prior/et supprior/ ꝓcurator maior et minor nõ sic in monasterio paradisi: qr abbas deus semp est presens in aula et quodlibet encenium diuidit in os. Deus aũt mittit sua encenia martyribus qui ꝓ eo pugnauerunt: doctoribus qui vt precones eum laudauerunt: virginibus qui eum in suo susceperunt hospitio. Isti eñ inter omnes sanctos habebunt aureolã de qua non solum habentes gaudebunt. sed et omnes sancti. De hac aureola et de alia gloria cuiuslibet exultabunt. Nota quot et quanta poterunt esse gaudia: vbi in tot et tantis erũt tot pmia: si eñ est gaudiũ angelis super vno pctõre penitentiam agente: quot erunt gaudia vbi tot erunt fercula? De isto ferculo nõ gustabunt auari: qui sua pauperibus diuidere noluerunt: vt ptz in diuite epulone. Quãuis aũt istud refectorium sit oibus cõe tñ singulariter appropriat ꝓphetis qui semp fuerunt in fame et siti: ac desiderio illius quem futurũ predicabant ad faciendum iudicium et iustitiam in terra. Et ideo correspondet eis quarta beatitudo Matt. v. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: qm ipsi saturabuntur. vnde de iocunda refectione istorum cuiuslibet dr Eccle. xvij. Cibauit illum pane vite et intellectus et aqua sapientie salutaris potabit illum. Sequitur. In medio ecclesie aperiet os eius: et implebit eum spiritu sapientie: et intellectus: et stola glorie vestiet eum. Iocunditatem et exultationem thesaurisans super eum. Quinto habent capitulum mansuete susceptionis. In capitulo eñ recipiunt fratres hospites ad benedictionem: sic eñ ad paradisum de hoc mundo peregre venientes illam benedictionem recipiunt. Uenite benedicti patris mei et c. Matt. xxv. Et lz ista receptio sanctis omnibus sit cõmunis: appropriat tñ spãliter illis qui peregrinos susceperunt: et opera mie/ misericordes exercuerunt: vt fuerũt sancti patriarche qui ita fuerunt misericordes et hospitalitatem seruantes vt etiam angelos hospitio recipere meruerunt: vt patz de Abraham Geñ. xviij. Ideo licet sanctis alijs sit istud cõmune: tñ spãliter patriarchis appropriatur quibus datur quinta beatitudo Matth. v. Beati misericordes qm ipsi misericordiam consequent. De quorum quolibet scripsit ps. iocũ

male { inflãmatis / infirmatis / induratis. } Flabit spiritus eius z fluent aque.

Ergo spiritussanctus qui ex patre filioq; procedit.
Refrigerat inflammatos ardore concupiscentie.
Adiuuat infirmatos vigore efficacie:
Remediat induratos merore penitentie.

Ideo dicit { Flabit spiritus eius: et fluent aque.

¶Quantũ ad primũ notãdũ q ardor inordinatus; est multũ nociuus. Ita docet experientia tã in potẽtijs q̃ in obiectis: in potentijs quidẽ/ qz cõtingit aliqñ q homo est multũ calidus ex labore vel febre. Et extũc bibere est valde nociuũ: immo aliqñ mortiferũ idẽ in obiectis qz bibere põt vl' comedere morsellũ calidum z feruentẽ comburit linguam z intestina. Et ideo cõsueuit homo cibũ calidũ ad ventũ euentare: z seipsum ad flatum venti refrigerare contra ardorem inordinatũ. Nota de illo qui ex morsello calido se cõburens dixit. Quod nimis erat calidũ. Et socius rñdit souffle. Ad ppositũ totus mundus est in ardore inordinato: z oia sunt ardore plena tã ex parte cõcupiscentie q̃ ex parte concupiscibilium/ qz res temporales homines ad sui concupiscentiam puocant z inflammant. Ideo dicitur prime Joannis quinto. Totus mundus in maligno positus est: id est in malo igne. Istũ ignẽ supponit diabolus: vt totus mund9 inflãmet. Ab isto igne aliq cõburunt. vt vsurarij: raptores: z latrones. Alij aduruntr: vt auari z tenaces. Alij incendunt vt clerici. Et aliqñ religiosi: vt sit verũ Illud Psalmiste. Non est qui se abscondat a calore eius. Esaie sexto. A minore vsq; ad maiorẽ oẽs auaritie student. Et a propheta vsq; ad sacerdotẽ cũcti faciũt dolũ. Et sicut res ardens in comedẽte. Prio cõburit linguã/ z postea ventrẽ Ita ardor z amor inordinat9 rerũ tpaliũ cõburit. Primo in hoc mũdo mentem Et postea in inferno animã. Et ideo est valde nociu9. Hoc pz in diuite Epulone. Luc.xvj. Hic enim fuit ardens z ardenter comedẽs: qz epulabat quotidie splendide ardenter/ induens induebatur purpura z bysso ardenter diligens/ qz erat diues/ ardenter custodiens: quia de micis mense nullam Lazaro dedit. Sed ista ardenter concupiscens et recipiens se combussit. Et hoc in mundo/ Et postea in inferno: Ita se calefecit/ et in inferno se combussit. Unde clamabat Oro pater/ vt mittas Lazarum/ vt intingat extremum digiti sui in aquam/ vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Isti dictum est illud. Si est calidum buffa. In ista materia homines valde decipiuntr qui illi qz minus credũt deficere plus deficiunt. Auari enim credunt esse liberalissimi: qui vero se comburunt imo qui ardent concupiscentia/ videtur eis/ q nihil aut in

nullo excedant. Concupiscentia enim subuertit cor eorum. Et ideo est frequenter eodemmodo sicut in montibus de calefacientibus se ad ignē tempore hyemali: q2 tantum cupiunt homines sepe calefieri qđ nimis igni appropinquātes dum credunt se calefacere se comburunt. Aliquando in vestibus: ⁊ aliqñ in corpore. Ideo dictum est in prouerbio. Talis credit calefacere se qui comburit Et ad hoc recte locutus est ille inuentor Petrus cardinalis qui hoc modo cecidit in cobla sua. Bene repūto fatuum ⁊ musardum, qui se amare ligat ⁊ stringit. Et habet deteriorem partem ille qui plus in eo cōfidit: q2 talis se credit calefacere qui se comburit: ⁊ bona amoris raro apparent: ⁊ mala continue video: propter quod a tali amore discedo ipsum relinquēs ⁊ fugio. Non fugerat istū amorem diues epulo: ⁊ credens se calefacere combustus fuit vt patebat in lingua. Contra istum ardorem siue sit corporalis concupiscentie vt fuit in senib9 Danielis decimotertio. Siue sit auaritie vt diuitis epulonis. Luce decimosexto. Missus est spiritussanctus in refrigeriū in specie flatus: quia flatus refrigerat. Extinguit autem ardorem ⁊ amorem rerum temporalium inordinatum ostendendo breuitatem durationis: ⁊ nullitatem conditionis. Sic autem refrigerat flatus spiritussancti: vt patuit in Apostolis quod totum mundum ⁊ omnia mundana contempserunt: ⁊ nihil reputauerunt. Omnia pro Christo relinquētes: et quasi paleas conculcantes. Esaie quadragesimosecundo. Dominus deus creans celos: idest celestes Apostolos: ⁊ extendens eos firmans terram q̄ germinat: et ea dans flatum populo qui est super eam, ⁊ spiritum calcantibus eam. Sed dicet forte aliquis contra: quia videmus quod flatus non extinguit ⁊ refrigerat: sed accendit ⁊ inflammat. Patet enim, quod flatu ancille ignem accendunt. Idem fit in fornace. Ideo timetur ventus quando ignis est in ciuitatibus. Ergo non videtur quod flatus spiritussancti similiter extinguat: sȝ accendat. Respondeo Flatus venti ignem fortem accendit: vt patet in domibus cum comburuntur ⁊ debilem extinguit vt patet in candela. Et ita facit spiritus sanctus. Amor enim ⁊ ignis rerum temporalium quo accendimur ad eas diligendas modicus est respectu diuini amoris quo accendimur ad deum. Sicut enim quicunq3 ignis terrestris nullius est virtutis respectu illius qui de celo descendit vt patet in fulgure: quod etiam ignem terrestrem in camino dissipat et extinguit: ita terrenus amor ⁊ terrenorum nihil est respectu amoris diuinorū immo diuinus ⁊ celestis amor omnem alium amorem sua virtute ⁊ dulcedine dissipat ⁊ extinguit: ⁊ in puluerem redigit. et ita facit flatus spiritussancti. Amorem enim terrenorum extinguit: quia nullius virtutis existit. Et amorem diuinorum virtuosum accendit. Et ita fecit in apostolis. Et quod ita faciat figuratum est Danielis tertio. vbi legitur q̄ tribus pueris existentibus in camino fornacis ardentis: angelus domini descendit cum asaria: ⁊ sociis ei9 in fornacem ⁊ excussit flammā ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis quasi ventū roris flantem. Et non tetigit eos omnino ignis: neq3 molestauit: neq3 quicquā molestie intulit. Applica. Spiritus ergo sanctus inflatos amore terreno infrigidat. Et infrigidatos diuino amore inflammat. Primum facit per donū scientie. Secundum per donum sapientie. Scientia enim ostendit quomodo trāsit mundus ⁊ concupiscentia eius. Sapientia eñ ostendit ⁊ facit videre ⁊ gustare quā suauis est dñs. Ideo quoad ista duo dicitur Iob. xxxiiij. Si direxerit ad eum cor suum spiritum illius ⁊ flatum ad se trahet. Ecce pertinens ad amorē diuinorum ⁊ donum sapientie. Deficiet omnis caro simul ⁊ homo in cinerē reuertet. Ecce ptinēs ad contēptum terrenoꝝ per donū scientie hec de scđo Si vis potes hic adducere moralitatē de fonte Grationopolitano qui faces accensas extinguit: ⁊ extinctas accendit. Ita spūs. ideo dr̄ fons viuus ignis charitas ⁊c.

vt in hymno per me expositio.

¶Quantum ad secūdū sciendū q pš.in duabus partibus iustitie breuib9 posuit quicqd ad vitā spūalem pertinet dicens.Declina a malo ꝛ fac bonū.Qui dam autem istam doctrinā peruertunt declinātes a bono ꝛ facientes malum. Qð aūt declinēt a bono/contingit ꝑpter quatuor videlicet:ꝑpter malitiā/im potentiā ignorantiā/negligentiā.Jdeo spūssanctus mittit in adiutorium contra ista.Ut mala declinemus:ꝛ bona faciamus.Et ideo spūssanctus hodie missus est in specie tonitrui perterrentis contra peccantes ex malitia:venti impellentis contra peccantes ex impotentia:lingue erudientis / contra peccantes ex ignorantia:ignis comburentis contra peccantes ex negligentia.Et quo ad hec quatuor dr Act.ij.Factus est repente de celo sonus.Ecce tonitruum terrēs ꝯtra malitiā.Aduenientis spiritus vehementis:idest venti mentem vehentis.Ecce ventus impellens contra impotentiam.Et apparuerūt apostolis dispartite lingue:ecce lingua erudiens contra ignorantiam.Tanq̄ ignis:seditq̄ supra singulos eorum.s.ecce ignis comburens contra negligentiam.

¶Quantum ad primum sciend.q causa quare hoies peccent ex certa scientia: est defectus diuini timoris.Eccl.i.Timor dñi expellit pctm̄.Jdeo pš.Cōtritio ꝛ infidelitas in viis eoꝝ ꝛ viam pacis non cognouerunt:nō est timor dñi ante oculos eorum.Ad hūc ergo timorem incutiendum mittitur spūssanctus in specie tonitrui exterrentis.Tonat aūt deus contra peccatores:quando rigorem sue dure sententie eis ostendit:vel interiori inspiratione vel exteriori predicatione vel asperiori tribulatione:vel longiori expectatione.Jn aliis euidētiori demōstratione.Si eñ deus immittit fulgur sue sententie:nunc in maiores:nunc in equales:nunc in minores:nunc in proximos:nunc in extraneos:non putes tute manū eius posse euadere:sed semꝑ illud cogita.Tibi dico filia:tu nur9 intēde Nam tua res agit paries dum proximus ardet.Dicit eñ q tm̄ tonitruat dōec pluat.Jta de9 tm̄ tonitruat/donec suā filiam fulgurat per hmōi ergo tonitruū de9 dedit metuentib9 se significationē:vt fugiant a facie arcus.Hoc aūt fit per donū timoris.Et ideo sicut per tonitruum vinū dulce reddit acetosum. Jta ꝑ donū timoris spūssancti delectationes carnales:diuitie tpales/honores mundanales:ꝛ ceteraꝑ pctā q̄ pctōri fuerūt dulcia reddunt amara.in contritiōe abominabilia in confessione:execrabilia in euitatione.Et in hoc pōt ꝑpendere qlibet si recepit spm̄ sctm̄.Dicit eñ Greg.q gustato spū desipit oīs caro.Ad hec pš.Jntonuit de celo dñs:ꝛ altissim9 dedit vocē suā.cōcernendo vcꝫ.q supꝑ peccatores veniet grando ꝛ carbones ignis.Et mi.sa.s.ꝛ dis.e.ful.mul.Et con.eos ꝛ appar.ꝛc. Sequitur ab increpatore t.Et alibi.Ab increpatio.tua fugi.a voce toni.tui.for.

¶Quantū ad scđm sciēdū q sicut nauis per se descendit ad mare existēs in flu uio.nō aūt ascendit sursum nisi per adiutorium:vt ꝑ ventum flantem in velo Et sicut molendinū venti nō pōt molere sine vēto.Jta ex nobis labimur in peccatum ꝛ in infernuꝫ:sed non possumus ad celum ascendere nisi vento.ss.flante in velum voluntatis humane.Beatus qui habet istum ventū in puppi.Nō eñ possumus meritoria opera exercere sine flatu istius vēti.Jdeo missus est.ss.cōtra istam impotentiam in specie venti impellentis:qđ facit per donum fortitudinis.Et ideo ad Ro.viij.Spūs adiuuat infirmitatē nostraꝫ.ꝛ in pō.Spiritu oris eius omnis virtus eoꝝ.Est autem sciendum q ista impotentia frequenter causatur ex consuetudine peccandi:sicut eñ multe gutte pluuiarum ꝓsternūt blada q̄ postea surgere non valerent:immo in terra putrescerēt nisi vento Boreali flante guttas aque excutiēte spicas eleuāte ꝛ grana formāte: Jta multitudo pctōꝝ ꝛ cōsuetudo peccandi ꝓsternūt hoies ad culpam vt peccare quasi

transeat in naturā. Et non pñt eleuari ad grām nisi flante. ss. erigente et eleuāte peccata excutiente/ gratiam causante/ et bona opera prouocante. Psalmi. Auertente aūt te faciē turbabunt au. spi. e. e. de. et in di. pul. suū reuertentur. Emitte spm̄ tuū et creabunt et renouabis faciem terre. Ergo ex his pōt quilibet cognoscere/ si recepit spm̄sanctū videat quilibet si nauis sua descendit/ si ex molendino suo exit furfur vel farina/ si spica. i. conscientia iacet in terram prostrata vel est ad celum eleuata. Qui em̄ sm̄ carnem sunt que carnis sunt sapiunt. Qui vo sm̄ spm̄ que sunt spūs sentiunt. Ad Ro. viij. Dilata si vtvis.

¶ Quantum ad tertium nota q habens ire ad alienam regionē indiget notitia lingue illius regionis: et potissime qñ lingue et idiomata sunt sibijnuicem odiosa. Nota de gallis et cathalanis viatores/ omnes habent ire in regionem remotam qt ad celestē patriam. Multum aūt differunt lingua et idiomata huius mundi a lingua et idiomate paradisi. Et sunt sibijnuicez contraria et diuersa. lingua em̄ huius mūdi est plena falsitate. Et caret veritate. vnde ps. Diminute sunt veritates a filijs hominum. Et alibi. Non est in ore eorum veritas: et alibi. Ois homo mendax. Lingua aūt paradisi caret falsitate: et est plena veritate vnde in psalmo. Edificabit in celis: preparabitur veritas tua in eis: et alibi. Dñe in celo mīa tua et veritas tua. Intātum est odiosa lingua mendacij i celis q ille qui vnq̄ primo dixit mendacium/ statim immediate ꝑpter mēdaciū de celo exclusus fuit. Iste est diabolus de quo dicit Jo. viij. Cum loquit mendacium ex proprijs loquitur: qt mendax est et pater eius. Sicut aūt mendax et mendacium de celesti patria: qt deo displicent sunt exclusa. Ita nunq̄ permittentur intrare. Dicit em̄ Apoca. xxi. Neq intrabit in ea aliquid coinquinatum et faciens abominationem et mendacium. Ideo missus est. ss. in specie lígue erudientis ad docendū linguagium celestis patrie qd est perfecte veritatis: quia idioma huius mundi erat ibi valde odiosum qd est plenum mendacio. Joan. xvi. Cū aūt venerit spūs veritatis docebit vos omnem veritatem. Causa autez quare deo displicet lingua mundana est qt a nemine perfecte potest intelligi. Uariabatur em̄ multipliciter: qt alia mentitoria/ detractoria/ derisoria adulatoria/ excusatoria: et hec sunt ps. verba malitie ad excusationes excusandus in peccatis. Prouer. vj. Sex sunt que odit deus et septimum detestatur aīa eius. Oculos sublimes: linguam mendacem et c. Linguagium autē veritatis docet spūssanctus per donum intellectus: dum dat intelligere sacre scripture quoad dicta et per facta diuinā veritatem et diuinam voluntatem testante psalmista qui ait. Declaratio sermonum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis. Os meum aperui et attraxi spiritum.

¶ Quantum ad quartum no. q in vul. prouer. dr sic. Anciete faict vielle troter et boyteux sauter. Nonne est aliquis a deo negligens et sopitus qui qñ ignis cōburit domum et multo plus quādo appropinquat ad lectum non surgat. Nō fugiat ad aquā non recurrat: sed multo amplius quādo ignis pedi apponit qt tunc festinantius homo currit et surgit: Spūaliter apostoli erant sopiti et viribus destituti ad predicationem/ ad defensionem catholice veritatis. Jō missus est spūssanctus in specie ignis comburentis ad excitandā negligentiā ipsorum. Unde non suffecit spūisancto domum igne accendere quia repleuit totaz domum vbi erant sedentes et c. Actuū. ij. sed etiam lectū cōscientie. Et qd plus ē pedem volūtatis et affectionis. vt em̄ ait Grego. in homilia. Foris apparentibus linguis igneis intus facta sunt corda flammantia: qt dū deuz ignis visione suscipiunt per ardorem suauitatis arserunt. Ex hoc immediate facti sunt diligentes et predicantes verbum dei et ad aquam currentis baptismi. ita patz de Petro Act. ij. Qui immediate post receptionē spūssancti verbum dei firmi=

ter predicauit: et circiter tria milia conuertit: et aqua baptismatis baptizauit. Hec aūt facit spūssanctus per donum pietatis. Que pietas s̄m apostolum ad omnia valet. In hoc eīm quilibet pōt experiri si spūmsanctum recepit: si sit diligens ad mandata dei firmiter exequēda: qꝛ s̄m ps. In hoc spūssanct⁹ facit angelos suos spūs et ministros suos flammam ignis. hec de secundo princi.

¶ De materia huius secundi membri inuenies plus in illo sermone repleti ꝛc.

¶ Quantum ad tertium principale nota ꝙ flatus venti australis / facit fluere torrentes ex fontibus: vt pꝫ tpe pluuiali. Odores ex floribus vt pꝫ tēpore estiuali. Humores ex lapidibus vt pꝫ in saxis tempore hyemali. Ita spūssanctus facit hec tria spūaliter fluere ab illis in quos descendit spūssanctus torrentes et flumina doctrina a sanctis doctoribus. Est eīm quilibet doctor quidam fons sapientie salutaris: a quo fluit aqua doctrine. Et fecūdandū corda fideliuꝫ in ecclesia militante. Talis fons fuit Petrus Paulus ceteri apostoli et euangeliste: dilata de torrentibus et fluminibus ep̄larum et euangelioꝝ q̄bꝰ fluxerūt p totū mundū. Ideo quilibet illoꝝ fons vocaꝫ Canti. iiij. Fons ortorum puteus aquarū viuē. q̄ fluūt ipetu de libāo. Hoc p̄dixerat xp̄s Jo. vij. Qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue. hoc aūt dixit de spū sancto quem accepturi erant credentes in eum. Item odores et aromata gratiaruꝫ a bene operātibus a quibusdam enim procedit qui sancti sunt: per spūmsanctum odor puritatis et munditie: vt pꝫ in virginibus: humilitatis et obedientie vt in confessoribus. firmitatis et constantie: vt in martiribus: veritatis et sapientie: vt in apostolis et doctoribus. pietatis et clementie vt in patriarchis et ceteris misericordibus. Ideo Canticorum quarto. Ueni auster perfla ortum meuꝫ et fluent aromata illius. Item tertio humores et lamenta lachrimarum a penitentibus: sicut flauit in petram petrum per trinam Christi negationem induratum quando Christus respexit eum. et exiuit foras et fleuit amare. Et sic flauit in magdalenam in peccatis carnalibus obstinatam: quando lachrimis rigabat pedes Christi et capillis tergebat. propter quod de ea cantat ecclesia: Flauit auster et fugauit aquilonē quando lauit cor marie / penitentis imber spiritussanctus liquefecit et refecit resolutam in lamentis: verbum etiam promissum celitus: de hoc in psalmo. Percussit petram et fluxerunt aque: et torrentes inudauerūt. Hec tria docet spūssancti flatus per donum consilij dū exterius vel interius ꝯsulit q̄d a suis sit docendum quoad verba: agendum quoad facta: dolenduꝫ quo ad crimina. Luce duodecimo. Cum videritis austrum flantem dicitis qꝛ estus erit. Et ita fit estus hic significat donum et flatum gratie. Sed nota. Sic contingit spiritualiter de istis aqueductibus: sicut contingit historialiter. Exodi nā ꝙ decimoseptimo legimus quod Moyses percussit petram Oreb: et vnica percussione dedit aquam. Numerorum autem vigesimo. Cū Moyses vellet aquā educere de fonte petre non potuit educere cum vnica virge percussione: sꝫ oportuit quod virga percuteret bis silicem. Et tunc egresse sunt aque largissime. Item spiritussanctus / aliquos percutit semel: vt fluant aque lachrimose et cōtritionis et confessionis. Et hanc percussionem / facit virga simplicis monitionis / qua percutit interius in corde per inspirationem: vel exterius in aure per predicationem. Et aliqui sunt ita obedientes / quod statim dant aquam contritionis et agunt penitentiam. Sed aliqui sunt ita obstinati in peccatis et scelenbus / quod ex hac vnica percussione nolunt conuerti: non potest vna gutta aque: vna lachrima penitentie extrahi: tunc spiritussanct⁹ immittit secūdā percussionem que est grauior / infirmitas vl̄ aduersitas carnalis: et tūc egrediūtur aque largissime gemitus et ploratus. Et sic vasa contumelie per istā aquā mundat et transfert in vasa glorie. Nō ad mundanā gloriā sed ad suā cōuertit.

petram in ſtagna aquarum: et rupem in fontes aquarum. Et non nobis domi=
ne non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Super miſericordia tua. Cuius nos
faciat participes ⁊c.

¶Collatio.xcviij. De angelis. ex pſalmo. ⁊c.



Ngelis ſuis deꝰ mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibꝰ vijs tuis.
In pſal.xc. Beatus Bernar. in ſermone de angelis/de eis loquens di=
cit ſic. Simus deuoti/ſimus grati/tantis cuſtodibus reamemus eos
quātū poſſumus quātū debemus affectuoſe in deo: alios enim dili=
gamus tanq̄ futuros aliquādo coheredes. noſtros vero interim acto
res/tutores/et a patre poſitos et propoſitos nobis adhuc enim paruuli ſub tu=
toribus et actoribus ſumus. In quibus verbis Beatus Bernardus deum vocat
patrem noſtrū: nos pueros paruulos angelos vero cuſtodes ⁊ tutores noſtros.
Horum autem ratio eſſe poteſt: quia mihi videtur in noſtro propoſito. Eodem=
modo de factis dei et mundi. In mundo autem ita/ꝙ humana natura diuinis
conſona ſtatuerunt. ꝙ puero minore annis patre orbato ⁊ orphano princeps et
iudex prouidet de tutore ⁊ cuſtode qui puerum cuſtodiat/in omnibus rebꝰ pa=
riter et perſona. Ratio autem legis ac legiſlatoris potuit eſſe iſta: puer enim mi
nor annis non habet experientiam ad agendum: prudentiam ad regendum: po
tentiam ad defendendum. Et ideo valde bonū fuit vt iudex vel princeps puero
primo prouideret de cuſtode ⁊ tutore tali qui eſſet expertus ad agendum/pru=
dens ad regendum/potens ad defendendum. Et ſic ſua experientia: prudentia:
et potentia cuſtodiat puerum in omnibus/in perſona ſcʒ. et in bonis. ſuo modo
conformiter eſt in factis dei. Deus enim nō ſolum eſt iudex iuſtus. vt dicitur in
pſal. immo eſt teſtis fidelis primogenitus mortuoꝝ: ⁊ princeps regum terre. vt
dicit Apocal.j. Nos vero q̄diu ſumus in hoc mundo/ſumus minores annis et
orphani/vtrumq̄ oſtendo. Primo ꝙ ſimus minores annis: Quis enim puer ſta
tim patre mortuo habeat ius in hereditate paterna. tamen iura volunt ante cer
tum tempus et. terminū vt terrā ſuā hereditatē ſuam non teneat nec habeat/nec
ſe intromittat/donec ad etatis iura peruenerit. Sic ſpiritualiter nihil huiꝰ mū
di iure hereditario poſſidemus omnia ſunt labilia ⁊ tranſitoria. Hebr.xiij. Nō
habemus hic manentē ciuitatem ſed futuram inquirimus. Illa eſt celeſtis pa=
tria in qua habemus hereditatē incorruptibilē/incōtaminatā/immarceſſibilē:
prime Petri.j. De qua pſal. Hereditas mea preclara eſt mihi. Verū eſt/ꝙ ante
chriſti mortē in ea nullū ius habebamus. Sed per eius mortē ſtatim ius acqui=
ſiuimus: quia facti ſumus heredes dei/coheredes autem chriſti. Rom.viij. Ta
men ius diuinum ſtatuit: vt ante certum terminū. ſcilicet ante mortē hanc here=
ditatem non teneamus: quia lex eſt ſcripta. Exodi.xxxiij. Nō videbit me homo
et viuet. Igitur q̄diu viuimus ſumus minores annis et pueri quia in hac vita
poſiti ad noſtrā hereditatē poſſidendā attingere non valemus. Ideo poſtq̄ mi
noritatē annorū iſtorū ⁊ dierum pariter reſpectu dies eternitatis. pſal. oſtende=
rat dicens. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Hierem.j.cap. Plan=
gebat quia hereditatem puer exiſtēs non poſſidebat/dicens. A.a.a. deus pater
puer ego ſum. apparet ergo ꝙ q̄diu viuimus ſumus minores annis. et pueri.
Secundo oſtendo. ꝙ ſimus orphani. hec eſt differentia in mundo inter pueros/
ꝙ illi qui diu et continuo fuerunt ſub cura parentum cū veniunt ad hereditatē
inueniunt oēs res ſuas bene diſpoſitas/agros: prata/et vineas: culta/horrea et
cellaria. ⁊ operatoria plena: domos hoſpitia et maneria integra. E contrario de
illis qui diu fuerunt orphani quia bona eorū tractauerunt extranei quibꝰ non
eſt tanta cura cū veniūt ad ea poſſidenda inueniunt omnia vacuata: oīa occu
pata: omnia diſſipata. Hoc oſtēdit nos eſſe orphanos: quia ſi homo ſtetiſſet cō

tinne sub cura et obediētia dei in statu innocētie: sicut fuit posit⁹ in terrestri pa
radiso qñ homo in morte venit ad hereditatē celestē: vel est saltē tpus veniendi:
inuenisset oīa bona sua bene disposita: qz cellaria ꝛ horrea.i.intelligētiam/vo-
luntatē/memoriā/ꝛ ꝯscientiā plena meritis: prata: et alias possessiōes.i.sensus
corporales cultas actibus bonis. Mancerium suum.i. corpus in quo manet aīa
integrū ꝛ perfectū: qz sine morte corpore sano ꝛ integro fuisset homo in celestem
paradisum introductus. Sed qz homo exiuit p pctm ab obediētia ꝛ cura dei et
fuit diu orphan⁹: inuenit oīa ista dissipata: ꝑpter qd̄ Psal. Dissipata sunt ossa
nostra secus infernum. et alibi. Dissipati sunt: nec compuncti. Et Esaie.xlix. Ut
possideres hereditates dissipatas. Quia igitur vt patet: nos q̄diu sumus in vi
ta ista: sumus pueri minores annis ꝛ orphani. De⁹ sicut princeps ꝓuidus ꝓui
det nobis de tutorib⁹ ꝛ custodib⁹ angelicis scz spiritib⁹ vt custodiāt nos in om-
nib⁹. in rebus pariter et personis. Unde dicit dñs illud Esai.lxij. Super muros
tuos hierusalē constitui custodes tota die ꝛ nocte non tacebūt laudantes nomē
domini. Ad hoc Hiero. super Mat. Magna dignitas animarū vt vnaqueq̄ ha-
beat ab ortu natiuitatis in custodia sui angelū deputatū. Quod satis figuratū
fuit in Raphaele angelo Thobie.v.ꝛ.xij. Qui Thobiā puerū duxit et reduxit:
et custodiuit ꝛ finaliter bonis oīb⁹ repleuit: dixit enim quā mercedē dabim⁹ ei
aut q̄d dignū poterit esse beneficijs eius me duxit ꝛ reduxit sanū vxorē me habe
re fecit ꝛ demoniū ab ea cōpescuit: me a deuoratione piscis eripuit: te quoq̄ lu-
men celi videre fecit: ꝛ bonis omnib⁹ per eū repleti sumus: ꝛ quod in eo factū est
specialiter credimus in nobis oībus fieri generaliter. Igitur patet iuxta verba
beati Hiero. q̄ per deū tanq̄ per principē nobis pueris ꝛ indigentib⁹ sancti apo
stoli tutores dati sunt ꝛ custodes qd̄ attendens. psal. hoc q̄ cuilibet nostrū gau
dens predicat dicēs. Angelis suis deus mādauit de te ꝛc. In quib⁹ verbis gau
dia tria nobis nuncians describit: quia scilicet grande.

Imperiū / Fastigiū / Bñficiuz — De⁹ mādauit / angelis suis / vt custodiāt. — ostenditur aūt grande — imperium / fastigium / beneficium

in — preceptis / subiectis / susceptis — qz — deus mandauit / angelis suis vt / custodiāt te ꝛc.

ergo in celesti hierarchia triplex latet harmonia quam hic psalmista de-
scribit: quia sm̄ hec verba sua ibi.

imperium preceptorum / fastigium subiectorum / beneficiuz susceptorum — est — promulgatiōis firmitate stabilius / executionis velocitate prestantius / protectionis vniuersalitate vtilius

quia — deus mandauit / angelis suis vt / custodiāt te ꝛc.

¶ Quantū ad primū nota. q̄ mihi videt̄ eadē differētia inter spūs superiores et
inferiores q̄ est inter corpora supiora ꝛ inferiora/celestia et terrestria: qz copora
celestia sui motoris motū semp suscipiūt nunq̄ deficiūt nunq̄ resistūt: et nunq̄
extraneo obediūt et firmiter et regulariter mouent̄ suo motu naturali ꝛ circula
ri: sed corpora inferiora ꝛ terrestria nō semp mouent̄ motu suo naturali nec sem
per obediūt suo motori: immo aliqñ deficiunt vel resistunt extranei motoris fre
quēter impetū suscipiētes vt patet in leuibus q̄ nō semp mouent̄ sursum immo
aliqñ deorsum: ꝛ eodē modo de grauib⁹. Sic spūaliter est in spiritib⁹: quia su-
periores ꝛ celestes.s. angeli beati ad omne preceptū imperiū ꝛ mādatū sui mo-
toris dei.s. creatoris obediunt ꝛ mouentur circulariter: quia omnem nutum dei
voluntatem sequentes quocūq̄ voluerit sine defectu regulariter vertit illos: qd̄

figurate est in rotis omniquaque volubilib⁹. Ezech.j. De quib⁹ ibi dicitur q̄ spi ritus vite erat in rotis: et quocunque ibat spūs illuc pariter et rote leuabant seque tes eū. Istam firmam obediētiam in diuinorū mandatorū obseruantia in ange lis prenoscēs. psal. cū ad hoc dixerat. Laudate eū oēs angeli eius: laudate eum oēs virtutes ei⁹. Statim subdit rationē. Quia ipse dixit et facta sunt: ipse man dauit et creata sunt. Statuit ea in eternū et in seculū rc. Propter hoc dixi diuidē do grande imperiū in preceptis firmitate stabilitis: qz deus mādauit. quo dicē te omnia in angelis facta sunt: mandante creata sunt: et pcepta posita non pre tereunt sed perpetua sunt. Spiritus aūt maligni inferiores vt sunt demones nō semper motui diuino eius imperio volūtati et mādato obediūt sed frequēter re sistunt: et ab ei⁹ obediētia deficiūt: immo frequētius mouentur impetu proprie iniquitatis q̄ imperio diuine volūtatis patuit in lucifero. Esa. xiiij. Qui mot⁹ fuit vento superbie in altū cum deberet per humanitatē descendere deorsum di cēs. In celo cōscendā similis ero altissimo: et tamē detractus est ad infernum de quo et suis socijs dixit. psal. Incre. su. ma. q̄ de. a mā. tuis. ideo sunt cōtrarij ad inuicem isti spiritus sicut contrario motu mouentur. Unde Joā. Apoca. xij. Ui dit q̄ draco/id est diabolus iratus in mulierē/ id est in ecclesiam triumphan tem abijt facere prelium magnum cum reliquis qui sunt de semine eius id est cum sanctis spiritibus angelicis qui custodiūt mādata dei et habēt testimonia iesu. Sed gaudiū nobis est qui sumus de acie et exercitu sanctorum angelorum: quia dux noster archangelus michael triumphauit et vicit. Unde dicitur ibidē. xij. Factum est prelium in celo. michael et angeli eius pugnabant cum dracho ne: et dracho pugnabat et angeli eius et non valuerunt. Et dracho ille magn⁹ ser pens antiquus qui vocatur diabolus: et sathanas qui seducit vniuersum orbē proiectus est in terram et angeli eius. Igitur spiritus angelici semper mouētur ad nutum diuine voluntatis eius mandata seruantes: sed spiritualiter mouen tur a deo quo ad nos in tribus sm̄ tres actus hierarchicos eis iuxta doctrinam beati dyonisij competētes qui sunt illuminare purgare et perficere. Etenim an geli mandatum dei perficiunt nos illuminando/tollentes ignorantiam: purgā do repellentes culpam: perficiendo adducentes ad gratiam et gloriā. et hec tria videntur competere tribus spiritibus quorum sunt nobis nomina singulariter nota scilicet Gabrieli ad quē pertinet illuminare vnde et ipse annunciauit virgi ni illū qui est lux vera que illuminat omnē hominem rc. Joan. j. et interpretatur fortitudo dei. vnde et nunciauit illum qui est fortitudo mea et laus mea domi nus in psal. Raphaeli ad quem pertinet purgare. vnde et munditia dei interpre tatur: et ideo purgauit thobiā a turbine oculorum per medicinā piscis thobie. Tho. xj. Michaeli cuius est perficere. vnde interpretatur quis vt deus cuius est perfecta facere: quia dei perfecta sunt opera. Deut. xxxij. Et quo ad hec tria scri psit. psal. Mandauit nubibus desuper et ianuas celi aperuit: ecce illuminatio et pluit illis māna ad manducandū. ecce purgatio. Māna enī habet virtutē medi cinalē et purgatiuam: panem celi dedit eis. ecce perfectio quo ad gratiā: panem angelorum manducauit homo. ecce quo ad gloriam. Quia igitur mādatis dei perfecte obediunt et mouentur semper ad eius nutum dixit Isidorus de summo bono. Boni angeli ad ministerium humane salutis deputati sunt: vt cūcta ad ministrent mundi: et regant omnia iussu dei. Ideo ad hec psal. Seruant testa mentum dei et memores sunt mādatorum ipsius ad faciendum ea. sequitur. Be nedicite domino omnes angeli eius: benedicite do. oēs. rc. ergo quilibet nostrū videat si diuine volūtati obtemperat: et si eius mādata obseruāt: hic enī ange lus dñi est: iste de quo psal. Beatus vir qui timet dominum in manda. rc. Sed si est aliquis qui a voluntate et dei mandatis deficiat: nō obediat: sed resistat et

hic non angelo: sed diabolo similis esse censetur: si ergo cum angelis vis ad vitam ingredi: serua mandata. Matth.xix. hec de primo. Si obijciatur quod in omnibus angelis tam beatis quam damnatis. Et in hominibus tam iustis quam iniustis: semper inuariabiliter voluntas dei impletur: dicente psal. Omnia quecunque voluit fecit: in celo et in terra &c. Distingue de voluntate: et dic quod verum est de voluntate consequente: et non antecedente: vt habetur.j. sententiarum.xlvij. Et ita premissa sunt intelligenda.

¶ Quantũ ad secũdũ nota quod beatus Gregorius in quadã homilia ostendit quid nomine angeli importetur dicẽs. Angelorum vocabulũ nomen est officij non nature. Nã sancti illi celestis patrie spũs semper sunt spũs sed semper vocari angeli nequaquam possunt: tũc solum sunt angeli quando per eos aliqua nunciantur. vnde psal. Qui facit angelos suos spũs. Hi ergo qui minima nũciant angeli: qui vero summa nũciant archãgeli vocantur: greca enim lingua angeli nũcij: archãgeli summi nũcij vocantur. Ex quibus verbis patet quod spũs celestes dicuntur angeli: quia nũcij. Est autem sciendũ quod nunciorũ est proprie literas portare et annũciare. Ita est de angelis: quia sancti angeli volũtatẽ dei sui et nostri domini nobis denunciãt: et literas eius nobis apportãt. Ita habetur Apoc.j. Significauit deus que oportet fieri cito: mittens per angelũ suũ seruo suo Joanni. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius: et seruat ea. Modo si vis scire quid in istis literis contineatur: scias quod litere quas nobis apportãt angeli sunt alique increpatiões et correctiue delinquẽtiũ: facit enim deus sicut paterfamilias: qui misso filio ad studiũ cũ magnis expensis et grauibus: audito quod non proficiat sed malam vitã teneat et fatue bona patris expendat: cõsueuit mittere literas increpationis et correctionis et improperare expensas quas pro eo facit: et quod ipse patitur defectus et incõmoda vt habeat quid ipsi mittat. Ita de Christo et nobis: ipse enim misit nos in hũc mundũ vt proficiamus: cumulũ meritorũ inquiramus: in diuinis mandatis studeamus: expẽsas nobis sufficiẽtissimas dedit: quia bona omnia nature/fortune/et gratie. Ad hoc vt nobis satis daret dixit exprobrans in persona sua quia male comedit: immo quadraginta diebus et quadraginta noctibus ieiunauit: male induit quia proprijs vestibus in passiõe nudatus fuit: male iacuit vt patuit in presepio: et peius fuit vt patuit in crucis patibulo et sic de alijs: et nihilominus multi ex nobis non proficimus/ studiũ contẽnimus: et bona nobis tradita male expẽdimus: quia quidã immũde et viliter vt filius prodigus qui dissipauit substãtiã suã viuẽdo luxuriose. Luc.xvij. Quidã superflue et inaniter vt diues epulo qui induebatur purpura et bisso: et epulabatur quotidie splẽdide. Lu.xvj. Ideo deus mittit per angelos suos literas increpatorias et correctorias cõminãdo penas et improperãdo expẽsas. Istas literas inuenies per angelos portãtes. Judicũ.j. et ibidẽ scriptas vbi dicitur quod angelus domini ascendit ad locum flentiũ: et ait loquẽs ex parte dei. Ego eduxi vos de terra egypti et introduxi vos in terrã pro qua iuraui patribus vestris et noluistis audire vocẽ meã terra egypti/status culpe originalis. terra iurata patribus: status est gratie. Est autẽ sciendũ quod sicut nũcius portans bonos rumores de correcto filio multũ gaudet. Ita angeli reportantes rumores de correctis peccatoribus multum gaudent: quia gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiã agente. Luce.xv. Et de contrario multũ dolẽt. vnde Esai.xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. alique vocationis et excitatiue negligentiũ. Sicut enim paterfamilias mittit nuncios ad excitandũ dormientes vt vadant mane ad operandum: ita deus videns multos dormientes in peccatis et torpentes ocio quantũ ad opera charitatis et pietatis mittit angelos suos excitatores ad bonum. Ita legimus in nouo testamẽto quia Actuum.xij. Petrus erat in carcere dormiens vinctus cathenis duabus et custodes ante ostium et ecce angelus domini astitit et lumẽ refulsit in habita=

culo carceris percussoq latere petri excitauit eũ dicens. Surge velociter: ꝛ cō=
tinuo ceciderũt cathene de manibus eius. Expone ꝛ applica. Idē figuratũ est in
Joseph. De quo Mat. ij. Angelus dñi apparuit in somnis Joseph dicēs. Surge
ꝛ accipe puerũ ꝛ matrē eius ꝛ fuge. s. herodē / puerũ. s. Christũ. Ad imitationē / ꝛ
matrē per deuotionē / ꝛ fuge herodē gloriantē in pellibus per vanitatũ abiectio
nem. Alique puocationis ꝛ cōfortatiue pficientiũ. Quādoq enim tēpore belli
obsessis ab hostibus cōsueuerunt reges nũcios ꝛ succursum mittere: ꝛ victualia
quibus cōfortent. Ita spũaliter sancti ꝛ benefacientes in hoc mundo multiplici
ter impugnantur ꝛ obsident ab hostibus ꝛ deficerent in tribulationibus. Sed
deus mittit angelos suos ad repulsionē hostiũ ꝛ cōfirmationē sanctoꝝ. Ita legi
mus. ij. Paralip. xxxij. Cũ Sennacherib tribulasset ꝛ obsedisset populũ israeliti
cum ꝛ blasphemasset domui israel: misit dominus angelũ suũ qui percussit om
nem virum robustũ ꝛ bellatorē ꝛ principē exercitus ꝛ saluauit Ezechiā ꝛ habita
tores hierusalem / ꝛ requiē dedit eis per circuitũ. Ad hoc. ps. Immittit angelus
dñi in circuitu timentiũ eum ꝛ eripiet eos. Ita cōfirmauit etiā angelus Heliam
tribulatũ ꝛ lassatũ itinere ꝛ labore. iij. Reg. xix. De quo ibi dicit. Ecce angelus
dñi tetigit eũ ꝛ dixit. Surge ꝛ comede: grādis tibi restat via. Surrexit ꝛ ecce ad
caput eius subcinericius panis ꝛ vas aque. Surrexit comedit ꝛ bibit ꝛ ambula
uit in fortitudine cibi illius vsq ad montē dei Oreb. Sic post ieiuniũ quadra=
genarium reliquit Christũ dyabolus eo tēptato / ꝛ accesserunt angeli ꝛ ministra
bant ei Math. iiij. Sic Christo tribulato ꝛ oranti circa passionē. Apparuit an=
gelus de celo cōfortans eum. Luce. xxij. Istos ergo nũcios angelos nobis mittit
deus tanq nostros correctores vocatores ꝛ prouocatores: cōsolatores bonorum
ꝛ vltores maloꝝ. Ad quod dixit Psal. Facit angelos suos spiritus. Quo ad bo=
nos ꝛ ministros suos flāmam ignis quo ad malos. Potest aũt obijci / q celestes
spiritus non sunt omnes angeli: qꝛ nō omnes sunt nuncij: sed solũ illi qui sunt
vltime hierarchie ꝛ inferioris ordinis. Ad qḋ dicendũ. q hierarchia dicitur ab
hieros / quod est sacrũ ꝛ arche principatus inde hierarchia. quasi sacer princi=
patus: Igitur tota acies spiritũ celestiũ diuiditur in tres hierarchias / in nouē
ordines isto modo: qꝛ omnes celestes spiritus sunt vel assistētes diuine maiesta
ti / ꝛ hec est hierarchia superior vel resistentes cōtrarie potestati ꝛ hec est hierar=
chia media vel ministrātes humane necessitati: ꝛ hec est hierarchia inferior. As=
sistentiũ autem quidā diligũt ardentius quasi amore feruentes ꝛ hi Seraphin
quasi ardentes ordo primus. Quidā intelligũt limpidius / ꝛ hi Cherubin dicun
tur ꝛ interpretantur scientie pulchritudo ordo secũdus. Quidā discernũt subti=
lius / ꝛ hi Throni in quib9 deus dicit residere: qꝛ in eo ipsi residēt ordo tertius.
Resistentiũ aũt cōtrarie potestati ordinati sunt ad regimen reipublice. Et hoꝝ
alij sunt deputati ad iniungendũ expedientia. Et hic est ordo dominationũ. Ad
exequendũ iniuncta. Et hic est ordo Virtutũ. Ad remouendũ impedimēta. Et hic
est ordo Potestatũ. Ministrantiũ aũt humane necessitati: alij sunt deputati. Ad
custodiā regnoꝝ ꝛ prouinciarũ: ꝛ hic est ordo Principatuũ: ꝛ in isto ordine poni
mus Michaelē. Ad custodiā principũ in ordine ad populũ subiectũ: ꝛ hic est or=
do Archangeloꝝ / in quo ponimus Gabrielē. Ad custodiā singularē personarũ
ad seipsas cōparataꝝ: ꝛ hic est ordo Angeloꝝ. Et in isto ordine ponim9 Raphae
lem. Et hoc est qḋ dicit Gregorius in quadā homilia. Nōne angeloꝝ ordines te=
stante sacro eloquio: scimus scꝫ angelos: archāgelos: virtutes: potestates: prin=
cipatus: dñationes: thronos: cherubin atq seraphin? Nomē ergo angeli est om=
nibus cōmune / inquantũ omnes mediate vel immediate ministrant. Sm qḋ di=
xit Apostolus. Heb. j. Omnes sunt administratorij spiritus. Et sic hoc est nomē
nature. Aliomodo est nomen speciale vnius ordinis / scꝫ vltimi. Et sic est nomen

officij. Et hoc illis solum cōuenit qui immediate hominibus et personis singularibus administrāt. Et sic patet quō angeli nūcij dicunt. Hec de secūdo.
¶ Quantū ad tertiū nota verba Ber. in sermo. de angelis vbi dicit sic. Benignus es domine q̄ nō es cōtētus nostra fragilitate monitore sed ipsis hominū custodibus angelicā custodiā superponis. Ratio est princeps et dux summe habet aduertere de custodia exercitus qui est cōtinue iuxta hostes et precipue quādo exercitus est attentus libētius spolijs eleuandis q̄ hostibus debellādis: q2 tunc est maius periculū propter armorū depositionē: et propter propriorū incautelas et inaduertentiam: et inimicorū potentiā: et astutiam armorūq̄ potiorū assumptione. Hec est ratio quare singulariter deus dat nobis quotidie custodiā angelorum: q2 licet quotidie simus nō solū iuxta sed intra hostes nostros qui vndiq̄ nobis insidiantur: tamen nos sumus plus solliciti: plus intenti spolijs eleuandis: id est tēporalibus cōgregādis q̄ hostibus debellandis. Et vere ibi est maximū periculum: q2 vt cōmuniter in tēporaliū auida cōgregatione deponūtur arma virtutum: vt veritatis per fraudulētiam: equitatis per iniustitiā: liberalitatis per auaritiā. charitatis per inuidiā &c. Istis dicitur. j. Macha. iiij. Nō cōcupiscatis spolia: q2 bellū cōtra vos est: sed state cōtra inimicos nostros et expugnate eos. Ad hoc dati sunt nobis angeli custodes. Unde dicitur Hiere. iiij. Eruditū est in hierusalē custodes venire de terra longinqua q2 de terra paradisi. Custodiunt sancti angeli exercitū ecclesie militantis: specialiter ab aquarū diluuio. Periculum magnū est exercitui in transitu fluuiorū et stagnorū nisi habeat custodem de submersione. Nobis ad paradisum trāseuntibus occurrit trāsitus carnaliū voluptatū: et in isto stagno sūt multi mali passus: sicut mala cogitatio: delectatio: cōsensus: operatio: cōtinuatio: nisi caueat. Et q2 sm Bernardū: angelis est cognata virginitas ipsi sciunt optime passus per quos homo potest transire sicut est moderatio ciborū ludorū cōsolatoriorū indumētorū: carnis afflictio: oratio: oportunitatū vitatio: &c. Quō vincere potius est angelicū q̄ humanū sic liberauit et custodiuit Loth de de diluuio sodomorū. Geñ. xix. Sic Angelus Sarram a demonio. Thob. viij. Sic iudith de torrente holofernis. Judith. xiij. Unde dixit viuit dominus quoniā custodiuit me angelus eius: et nō permisit me dominus coinquinari. Sed sine pollutione reuocauit me gaudentē. A flammarū incendio periculum magnū est quādo hostes appropinquātes tentorijs supponunt ignes. Et ideo exercitus indiget custodibus: dolendū est q̄ ignis auaritie possit accendi in fidelibus a dyabolo suppositus et forte iam ita accēsus est in Jacob: q̄ ira dei descēdit in israel: vt locus esset clamaui ad aquā. Contra hoc periculū deus posuit custodē angelū qui extinguit: et refrigerat istū ignē per cōtemptū terrenorum. Qd signatū est. Dañ. iij. Ubi tribus pueris missis in fornacē ignis ardētis angelus dñi descendit in fornacē: et excussit flāmam ignis de fornace: et fecit medium fornacis quasi ventū roris flantē. Et pueros nō tetigit ignis neq̄ contristauit: neq̄ quicq̄ molestie intulit. Unde quilibet illorū potest dicere angelo. Illud Job. x. Uisitatio tua custodiuit spiritū meū. A ruinarū precipitio: Magnum periculū est exercitus q̄ vadat per abrupta montiū et precipitia colliū: per tales viam ducit dyabolus: q2 per vanitates et superbias. Et sicut male sibi cōtingit. Ut patet de lucifero qui dicens in corpore suo. In celis ascendā similis ero altissimo. Et ad infernū detractus est. Esa. xiiij. Ita male cōtingeret sequentibus eū. Et ideo dati sunt nobis custodes angeli qui nos doceant viam celi et custodiant in passibus malis. Istam viā docuerunt angeli Jacob. Geñ. xxviij. Quādo vidit in scala ascendere ad celum angelos ascendentes et descendentes: quia in via dei oportet ascendere per charitatē: et descendere per humilitatē: sicut ad altū montem non venitur cōtinue ascendendo: sed aliquādo etiam descendēdo. Isti ergo

custodes angeli malorum passuum videntur esse illi. De quibus Judith. vij. Sederunt per loca que angusti itineris tramitē dirigūt inter montana. Et erāt custodientes ea tota die et nocte. Igitur per istos iuxta. ps. Orationē. Dominus custodiat introitum tuum etc. Quod no. etc.

¶ Istud tertiū membrū pōt aliter deduci isto modo vt post illam authoritatem hieremie auditū est in hierusalē. Uenire custodes a terra longinqua dicat sic. Custodiūt aūt angeli homines et preseruāt a nouē periculis grauib9: sicut sunt nouem ordines angelorum qui custodiūt a periculo ignis. Dañ. iij. Nota historiā de trib9 pueris. Angelus ascēdit cū Azaria et socijs eius etc. Aque et maris. Act. xxvij. cap. Liberauit Paulū et ceteros qui erāt in naui. Unde dixit Paulus. Astitit hac nocte angelus dei cuius sum ego etc. Carceris. Dañ. vj. Liberauit Danielem de ore leonū in carcere existentiū. Unde dixit. De9 meus misit angelū suū etc. Et Act. xij. Liberauit Petrum de carcere. Unde dixit. Nūc scio vere: qr misit dñs angelū suū etc. Famis. Unde angelus dñi apprehendit Abacuch cū prādio suo et portauit in Babylonē Danieli qui erat in lacu leonū. Dañ. vlti. et. iij. Reg. xix. Angelus dñi dedit helye subcinericiū panem et vas aque et dixit ei: surge et comede etc. Exercitus hostilis. ij. Paral. xxxij. Misit dñs angelū suū et percussit oēm virū robustū et bellatorē et principē exercit9: saluauitqz dñs Ezechiā etc. diuine vltionis. Geñ. xix. Angeli apprehēderūt manum Loth et manū vxoris ac filiarū eius: eo qp peteret dñs et eduxerūt extra ciuitatem etc. Incurabilis egritudinis. Unde Raphael curauit Thob. Seniorē cū felle piscis. Thob. xj. Itineris: sicut angelus precedebat castra israel in desertū. Exod. xxxiij. Mittam precursorē tui angelum: vt intres terrā fluentem lacte et melle etc. Insidiantis demonis quod vocat psalmista. Incursum a demonio meridiano. vt patet Thob. viij. Liberauit enī Thob. Juniorem et, Sarram: quia angelus apprehendit demonium et religauit ipsum in deserto superioris egypti. Nota quālibet historiam locis allegatis. Ergo iuxta doctrinā Psalm. A custodia matutina vsqz ad noctem. id est a principio humane natiuitatis vsqz ad mortem. Speret israel in domino. Et si petas: quare ipsemet Psalmista respondit. Ecce non dormitabit neqz dormiet: qui custodit israel. Quod exponēs beatus Bernardus in sermone de angelis dicit sic. Quotiens grauissima cernitur surgere temptatio et tribulatio vehemens imminere. Inuoca custodem tuum directorem tuum in oportunitatibus tuis in tribulatione vero neqz dormitat neqz dormit. Et si quādoqz ad tēpus dissimulat. Idē quoqz beatus Bernardus in illo sermone quadragesime. Accesserunt angeli exponens verbum assumptum dicit sic. Angelis suis deus mandauit de te: vt custodiant te in omni. vijs tuis. O q̄ntā tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam afferre deuotionem: conferre fiduciam pro presentia reuerentiam pro beniuolentia deuotionem: a custodia fiduciam. Caute ergo ambula vbi sunt angeli. Et custodiant te in omnibus etc. Hanc cautelam ipse Bernardus in eodem sermone ita describit in quouis diuersorio: in quouis angulo: reuerētiam exhibe tuo Angelo: ne audeas illo presente qđ me vidente non audes: assunt enim tibi non modo presentes tecum: sed etiam pro te assunt vt protegant et assunt vt prosint. Igitur nō restat aliud nisi vt nostrum quilibet illud oret qđ in versibus vulgaribus habetur. Angele qui meus es custos pietate superna. Me tibi cōmissum serua: defende guberna. Exod. xxiij. Ita dicit. Ecce ego mitto angelum meum qui precedat te et custodiat in via et introducat ad locum quem preparaui. Ad quē nos perducat qui sine fine viuit et regnat deus. Amen.

¶ Expliciunt sermones compositi per fratrem Armandū de bello visu ordinis predicatorum: ac sacre theologie magistrū actu legentem ordinarie in sacro palatio apostolico in ciuitate Auinionensi: Ubi tēpore patris: ac sanctissimi domini nostri Domini Johānis dei gratia Pape vigesimisecundi sancta Romana curia tenebatur quos in prefata ciuitate et curia cōpilauit. Qui tñ inuēti sunt in honesto et religioso fratrū predicatorū cōuentu Beluaceñ. Et Lugduni impressi opera et industria Egregij viri Johānis moylin al's de cābray ad laudē dei: beate Marie virginis et sancti dominici: ad vtilitatē aūt Christifidelium precipue verbi diuini predicatorum. Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto.